


1 - 345

NO A

1 - 345





12.a.8-9.

(page 9) 4

El P. e Sociedad de la Compañía
de Jesus en su corpo era libre.



1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15




12.a.8-9.

Done 9/24

El P. José de Leiva de la Conf
de Jesus copiò este libro.





Del Coll' della

R. D. *Camp^a de Granada.*

S. B.C.

PETRI BESSÆI

B. 1582

Sacræ Theol. Doct. Paris.

CHRISTIANISS. GALLIAR. REGIS
à Concionibus

CONCEPTVS THEOLOGICI,

HOC EST

HERACLITVS CHRISTIANVS, De Peccatoris Pœnitentis suspirijs, ac lachrymis.

Ierem. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die, ac nocte.*

Matth. 5. *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.*

NEC NON

DEMOCRITVS CHRISTIANVS,

De Contemptu Vanitatum Mundi.

Democritus dicor, risus mihi nomen adoptas.

Rideo, sed risum seria cura facit.

Rideo Fortuna bona lubrica, video vanas

Quisquilias : risum discebo mente pari.

Cum duplici Capitum, & Serum precipuarum Indic.



VENETIIS, Apud Sanctum Grillum, & Fratres. MDCXII.

Superiorum Permissu, & Privilegijs.

LAURENTI HESSE

SCENAS TYPICAS DOG. CANT.
CATHERINAS GALLIA. REGIS
CONCILIOPHIS
COMETRIS ASTRONOMIS
HERALDIAS CHRISTIANAS
DEMOCRITAS CHRISTIANAS
NEC NON

EX CONCILIIS VATICANIS
DEMOCRITIS HOC ESTIATUM EST
ROMA. 1580. ANNO 1580. Mense Octobri.
TYPIS LONDINIENSIBVS IMPRIMIS. TYPIS
SOLVINGENSIBVS. TYPIS ALIAS IN LONDINI
CIVITATE. TYPIS DILECTISSIMIS. DILECTISSIMIS
MAGISTRI. PASTORIBVS. DOMINICIS. DILECTISSIMIS
MAGISTRI. PASTORIBVS. DOMINICIS. DILECTISSIMIS





ILLVSTRI,

Et admodum Reuerend. DANADA
ac Patri,

D. CANDIDO MELIORINO,

Congregationis Canonicorum Reg. S. Salvatoris Visitatori vigilantissimo.

Sanctes Grillus Bibliopola S.P. D.

Ex priscis illis Philosophis
omni Religionis lumine de-
stitutis, Illustris, atque
admodum Reuerende Pa-
ter, plerique (si Diogeni
Laerio fides adhibenda)
ab hominum consortio se ipsos segregabant,
quò intimius naturæ arcana perscrutari pos-
sent; alij oculorum acie animum impediri
putantes, oculos sibi ipsis eruebant, ut per-
fectius, ac libcrius speculari assiduo eis lice-

BIBLIOTeca UNIVERSITARIA

DANADA

*

ret; alij vulgarium hominum actiones obser-
uantes, quasi tot ineptias, semper cachinnaz-
bantur, nonnulli denique humanas misé-
rias, tum ad animum, tum ad corpus, spe-
ctantes continuis lachrymis deplorabant. Iste
omnes profecto extra communem consuetu-
dinem hæc agentes stulti, ac insani ab alijs
hominibus existimabantur. Non secùs etiā
apud Christi aëseclas, dum aliqui se metipsoſ
ut carnis illecebras aufugiant, acerrimè uer-
beribus cedunt, vel in dumos proiectiunt, alijs
in locos desertissimos antra, ac specus se re-
trahunt, ut hominum, ac mundifallaces nu-
gas euitent, alijs, uita delicijs, diuityjs que
omnino spretis, cucullos assumunt, vestibus
que asperis induuntur, à reliqua nomine te-
nus Christianorum turba dementes, ac de-
lirantes dijudicantur: iuxta illud in sacris
paginis decantatum: Et vitam illorum exi-
stimabamus insaniam. Sed reuera illi prio-
res, qui solo naturæ lumine philosophantium
vitam, ac mores irridebant, à ueritate lon-
gè aberrabant, ut potè qui eximiam feli-
citatem, in hac vita comparabilem, in re-
rum creatarum cognitione, ac scientia posse-
sam, non agnoscebant, omniaq; impedimen-

ta hanc fælicitatem dirimentia non auferebant; at toto cælo magis decipiuntur isti, qui summum bonum, veramq; beatitudinem in Deo Opt. Max. omnis boni, beatitudinisq; fonte positam sectantes, tanquam ridiculos, colludunt, contemnunt, conui-
tijsq; afficiunt. Quapropter cum libellum hunc doctrina clarum, pietate insignem, Christianæ nostræ fidei exemplar, uulno antiquiorum illorum Sapientum insignitum, Heracliti scilicet ob hominum miserias semper flentis, & Democriti ob eorundem ineptias assiduo ridens, ad peccatorum tamen in fide confirmationem, & ad rectam semi-
tam restituitionem, typis non amplius Vene-
tij editum imprimendum curauerim, ne huius celeberrimi Theologi tantus labor in his nostris regionibus adeo latitaret, diu, ac diu anticipi animo habitaui, cui nam dicare deberem: tu solus, admodum Reue-
rende, ac Religiosissime Pater, inter cate-
ros occurristi, cum opus hoc doctrina, re-
ligione, ac fide referum iure opimo ubi deberetur, qui inter reliquos tui ordinis
insignes viros humanarum, ac diuinarum
rerum scientia, & probitate floreas, &

ideò merito primis honoribus tua Religio-
nis semper sis gauisus, & nunc gaudeas.
At quod me potissimum ad hoc agendum
impulit, illud est, ut tuorum erga me, ro-
tamq; familiam meam meritorum aliquod
specimen exhiberem; cum sub tuis fælici-
bus auspicijs frater meus D. Basilius Grillus
Sacro Canonorum Sancti Servatoris ordi-
ne sit decoratus, assiduisque in ipsum bene-
ficijs pro tua humanitate cohonestetur; que
omnia ita me arctissimo vinculo obstringunt,
ut, si ingrati animi notam eximere uellem,
aliquod me erga obseruantæ, ac studij
non vulgare argumentum aliquando oblata
occasione ostendere essem deuinctus. Omit-
to nominis tui, ac familie etymologiam, quo-
rum utrumque probitatem quandam præ se-
fert, & omnium animos ad te amandum al-
licit; Candidus enim es nomine, habitu
candidus, fide candidus, & doctrina, qui
ex melioribus es selectus, & inter bonos
quandam præminentiam ostendis. Accipe
igitur hoc munus ex se quidem magnum,
vii celeberrimi Theologi partum, insignius
tamen tuo nomine nunc applicito reddi-
tum: at dicam paruum munusculum ad

ani-

*animi mei magnitudinem, meritorumque
tuorum amplitudinem comparatum: sea
qualemcumque sit cordis mei ideam accipe,
viue diu fælix, & me in addicitionum
seruorum numerum colloca.*

Venetij, Die 5. Februarij, Anno 1619.

BENEVOLO LECTORI.

BRUDIT IN SCENAM, VT VIDES, LECTOR, HERACLITUS ille vetus, vera doloris imago, sed non iam Philosophico testus palliolo, sed Christianum schema praferens: & quamuis à tot iam annis expirarit, ipsa tamen hominis forma, facies, vox, & omnes denique gestus tristitiam, ac gemitus spirant, vt quotquot illum aspicerint, lachrymas inhibere posse diffidam. Sed audi, sub imagine veteris illius Heracliti, nouus delitescit peccator, at penitens, cuius suspiria in celum tendunt, lachrymæ in terram fluunt. Peccator, inquam, qui longa suspitorum serie, & doloribus quos ob amissum Deum, & animæ ruinam sustinet enarratis, peccata detestatur, vanitates spenit, ob dissolutiones priores ingemiscit, bonum omnibus esse exemplum desiderat, & penitentiā passim deprehēdat. Prēdicat inquit nemine cogitare debere, peccata sua occulta mansura, aut penam ob eandem promeritā cuitare se posse: ipsa siquidem vtrix conscientia nos exagitat, & vnu quidquid fecerimus, interius representat: Addit insuper, peccatum quā primū vt admisum est, suum secum iudicē, testes, tortorē, ac suppli ciū trahere, & qui occidere illud ante quā occidat, potuerit, illum inimicos suos, & aduersarios ante mortē suam superasse, & occidisse. Atque ideo oēs peccatores qualis ipse est inuitat, vt sua secum peccata in torrente lacrymarū immergāt. Deinde mudi vanitatē peritus, eiusq. imposturam detegēs, vitam hanc nostrā instar comediaz esse ait, ad quam

non

non tam requiritur, quā longa sit, & prolixa, quam
vt scitè, & concinnè exhibeat. Viuere, s. patrū esse,
vrpote quod cū bestijs, arboribus, & plantis nobis
cōe est; at in primis opus esse, benē viuere, & benē
mori, aitq. bonam vitam faciliorem esse scelestas;
in illa. n. quies, & malacia, in hac tempestates, &
procellæ. Subne etit insuper bona mundi huius esse
velut supellectilem diuersorij alicuius, de qua ne-
mo diutius sollicitus est, quam dū ibidem diuertit,
omnē porro animi contentionem ad alterius sēcu-
li thesauros debere tendere. Atque ideo cēlum ab
Ægyptijs per cor designatum erat, quo denotatur,
cor non in terra figendum, sed ad cēlum sustollen-
dum. An non hoc est sublime philosophati? an non
egregia axiomata? dicet & alia, modò placidam ac
commodare aurem, & æquanimiter legere velis:
inuenies. n. quod delectabit, hic disces mundum, et
vanitates contemnere, ac uitæ rationem, quam ha-
ctenus forsitan non rectè instituisti, ad rectam Euani-
geliij normam dirigere. Dicebat oītū Pythagoras
illos, qui templa intrarent, in quibus Deorum si-
mulacra viserentur, vel oraculorum vocem coram
tēdi audirent, aliam quam primum mentem, ac
cognitionem induere. De huius rei ueritate non
admodum mihi constat, at scio, & certò mihi per-
suadeo, quotquot ad tractatus huius templum ac-
cesserint, eius oracula intellexerint, huncque Phi-
losophum diligenter inspexerint, ac lachrymas
quas effundit attentiū considerarint, animum
quam primum mutaturos, atque ad pietatem se
conuersuros. Vale igitur, & fruere.



INDEX CAPITVM

Partis Primæ.

- Cap.I. *Suspirat ob multitudinem peccatorum.*
- Cap.II. *Abhorret, & detestatur peccata.*
- Cap.III. *Ingemiscit ob anima ruinam.*
- Cap.IV. *Suam deplorat ingratitudinem.*
- Cap.V. *Dolet ob tempus amissum.*
- Cap.VI. *Dolet de non ad a pœnitentia.*

Partis Secundæ.

- Cap.I. *Deplorat voluptatum, & gaudiorum mundi lux
ius uanitatem.*
- Cap.II. *Ob propriam suspirat miseriam.*
- Cap.III. *Mundi fallaciam, & fraudem deplorat.*
- Cap.IV. *Deplorat ob amissionem bonorum cœlestium.*
- Cap.V. *Lachrymatur dum mortem cogitat.*
- Cap.VI. *Lachrymatur dum diuina perpendit iudicia.*

I N.



INDEX RERVM

Præcipuarum Heracliti
Christiani.



A

A ngeli peccatoribus compatiuntur. pag.	20
ad hominum custodiam deputati.	67
Mali in die Iudicij, quo timore per- cellentur.	178
Angelorum malorum damnatio.	32
Anima facta Spiritus sancti templum per pecca- tum constituitur propodium diaboli.	15
à Deo derelicta derelinquitur ab omnibus. peccatis dedita merum desertum.	26
à toto mundo exploditur.	44
sine lacrymis similis terræ aridae.	132
Animæ rationalis excellentia, peccatricis miseria.	64
	57

B

B althasar Babiloniorum Rex cur à Deo pu- nitus.	29
------------------------------------------------------------	----

Bene.

<i>Beneficium creationis, quam nobile.</i>	66
<i>Bonorum cælestium iactura quanta.</i>	160

C

<i>Christus magni pænitentia.</i>	89
<i>Christus in omnibus membris passus.</i>	71
<i>Corporis humani admirabilis fabrica, & compo-</i> <i>sitio.</i>	63

D

<i>Deus peccatorem non damnat, qui se ip-</i> <i>sum condemnat.</i>	20
<i>peccatorem quomodo puniat.</i>	34
<i>ei calamitatem suam antequā veniat prædictit.</i>	53
<i>Dei ira, & vltio aduersus peccatorem.</i>	46
<i>bonitas ineffabilis.</i>	72
<i>prouidentia, quam necessaria.</i>	66
<i>beneficia homini præstata.</i>	ibid.
<i>contemptus quantum malum, & qua pæna di-</i> <i>gnus.</i>	12
<i>Diabolus mundus caro tres fallaces mercatores.</i>	

161

<i>Diabolus à tentationibus nunquam quiescit.</i>	37
<i>peccato quantopere delectetur.</i>	ibid.
<i>aspetto terribilis.</i>	40
<i>Dies extremi iudicij, quam terribilis.</i>	181

E

<i>Mendationis tempus post mortem nullum.</i>	
82	

F

<i>Alconum Noruegorum prudentia.</i>	115
<i>Fides sine operibus similis nautæ in mari reli-</i> <i>ficanti.</i>	

<i>ficanti.</i>	97
<i>cur grano Sinapis comparetur.</i>	98
<i>Fumo uira homini's collata.</i>	170
<i>Furi mors comparata.</i>	170

G

<i>Audia mundi non diu durabilia.</i>	129
---------------------------------------	-----

H

<i>Homo, quot nominibus Deo factori suo obligatus.</i>	68.69.70
<i>nascitur mancipium, & ita moritur.</i>	144
<i>quidquid habet commodato habet.</i>	144
<i>ad mortem condemnatus nullam risus habet causam.</i>	168
<i>Hominis vita cur breuis.</i>	143
<i>Homini omnia contraria.</i>	145

I

<i>Actura temporis, quam perniciosa.</i>	89.90
<i>Ingratus Bestia deterior.</i>	61
<i>Ingratitudo peccatoris in peccato obdurati, quid sit, & quantum malum.</i>	77.78
<i>Ingratitudinem ad deplorandam lacrymae insuffcientes.</i>	68
<i>Judicij extremi dies, quam formidabilis, & metuenda.</i>	176
<i>dies belli.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Iuuenes mortem retrorsum senes antrorsum, quomodo dicantur habere.</i>	171
<i>Iuuentus arbori similis.</i>	88
<i>Iuuentutis ambitio, & studium.</i>	87
<i>pericula.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Labor</i>	

L

- L** Abor bonæ famæ parens. 90
 Lacrymæ peccatoribus pro peccatis debitæ, et
 propriæ. 142
 Lucifer cur cælo de turbatus. 10

M

- M** Anassis Regis Iuda pænitentia. 7
 Mors semper armata. 174
 valet ad refrenandos appetitus sensuales. 169
 Mortis encomia. 174
 prenunciij cani. 105
 Memoria semper habenda. 117
 Memoria uera Philosophia. 172
 Mundus peccatores quomodo suis uanitatibus ine-
 scet, & decipiatur. 52
 labano similis. 148
 amatores suos, qua ratione fallat. 149. 150
 impostor. 152
 meretrix Apocalypticæ. 151
 immemor amicorum, inimicorum memor. 154

O

- O** Tium sepulcrum uiuentis. 90
 simile aquæ stagnanti. 93
 Otij mala, & effectus. 88

P

- P** Eccatum quantum malum, quid sit. 15
 duplex secum trahit supplicium. 24
 causa omnium malorum. ibid.
 cunctis nos creaturis infestos reddit. 25
 basalisco uirulentius. 27
 quomodo, & quam seuerè semper punitur. 34
 causa

<i>causa mortis Christi.</i>	35
<i>animam abominabilem facit.</i>	38
<i>animæ statum evertit.</i>	43
<i>animatorum Tyrannns.</i>	49
<i>teter carcer.</i>	34
<i>Peccati uenialis effectus in anima.</i>	39
<i>malitia.</i>	46
<i>crudelitas.</i>	55
<i>uoluptas quænam.</i>	56
<i>Peccatorum confessio, quam sit utilis.</i>	8.9
<i>numerus Deo non cognitus.</i>	ibid.
<i>pæna infinita.</i>	17
<i>Peccator propriæ calamitatis sibi auctor.</i>	3
<i>solis conspectu indignus.</i>	5
<i>filio prodigo similis.</i>	6
<i>quot, & quantis miserijs expositus.</i>	9
<i>qualiter in ueteri lege punitus.</i>	10
<i>mundi, & sui ipsis idolatra.</i>	13
<i>quicquid à Deo in creatione recepit peccatum destruit.</i>	15
<i>submerso similis.</i>	168
<i>nullam apud Deum meretur gratiam, quamdiu in peccatis præfractè haret.</i>	17
<i>Deo odibilis.</i>	31
<i>Christum peccando denuo crucifigit.</i>	36
<i>cogit Deum ad uilciscendum.</i>	59
<i>desperandi causam nullam habet.</i>	75
<i>maledicta ficus..</i>	101
<i>Elephantu similis.</i>	120
<i>sine lacrymis similis terra arida.</i>	132
<i>in die Iudicij quomodo tractandus.</i>	181

Peccatoris

<i>Peccatoris typus publicanus.</i>	7
<i>miseria deliciae Diaboli.</i>	56
<i>Penitentia non diu proroganda.</i>	108
<i>prorogata admodum suspecta, & noxia.</i>	118
<i>& mera cæcitas.</i>	121
<i>Pena peccatorum in genere.</i>	27.28. & seq.
<i>Prudentia diuina horologio similis.</i>	66
<i>quam necessaria.</i>	65

Q

<i>V&, & qualia in iuuentute occurrant pericula.</i>	87
<i>lae.</i>	

T

<i>Emporis negletti, & amissi detrimenta.</i>	80
<i>merito deploranda.</i>	85
<i>penitentia restauranda.</i>	86

V

<i>Vita hominis eur breuis.</i>	144
<i>labore plena.</i>	<i>ibid.</i>
<i>fumo, & floribus similes.</i>	166
<i>Umbra uanitatis.</i>	167

F I N I S.



HERACLITI CHRISTIANI

Pars Prima.

I N Q V A P E C C A T O R I S
*Pænitentis suspiria, ac gemitus
exprimuntur.*

C A P V T . I .

Suspirat ob multitudinem peccatorum.

*Tor licet, ethereis quoq; aguntur in orbibus astris,
Ex oculis manent flumina amara meis;
Nil tamen hæc facient ad nostras flumina culpas;
Ne ue meas maculas eleuet Oceanus.*

BA M igitur, misera, & vetè infelix
creatura: præ dolore arescatam,
& quodammodo emedullatam, &
ad extremos vitę spiritus redacta,
in deformi pudoris tabula, spiritus
tristitiam, cordis contritionem te exprimere
oportet. Tuum iam est, infide, ac perfide pec-
cator, coram Angelis, & hominibus multorum,

HERACLITI CHRIST.

ac grauium scelerum ree, lacrymis, & suspirijs
habenas, quantum potes, laxare, in ijsque pro-
digum te quodammodo ostendere, ut nimurum
cœlum, ac terra, ad querulum, & gemitum
planetaum tuorum accentum, velut Echo re-
sonante respondeant.

Ierem. 9. Magnus ille Prophetas Ieremias, verum
virtutum exemplar, & gloriæ Dei Israel zelator
ac certimus, ætatis sua scelera, quo passim tunc
inter homines regnabant eum animo volueret,
tanto intrinsecus animi dolore concutiebatur,
vt caput in oceanum, oculos in torrentes exu-
beratissimos petierit conuerti, quo ita noctu,
diuque ploraret, & lachrymarum flumina ej-
cere: Eheu! Si Propheta ob delicta aliena sic in-
gemuit, vt illis crescentibus, crescerent illi gemi-
tus ac lachrymæ; quibus me lachrymis propria
& particulata deplorare oportet, quorum nu-
merus, & enormitas, stellarum numerum an-
tecedit? an non ex opere, & toto animi deside-
rio ex opere, caput vt in oceanum, & oculi in
fontes commutentur, vt toto vitæ tempore ini-
quitatum mearum multitudinem plorem, ac
deplorem.

Ita profecto: æquum siquidem est, vt sceleras-
tus, qui è rationis præscripto non vixit, eiusque
benemerita neglexit, toto vitæ tempore infor-
tunia, & calamitates videat, sentiat, experiatur;
æquum est, vt iucundum deliciatum vèr, & apri-
lis, in tristem ac terricam miseriaum hiemem
transformetur; gaudia voluptatesque in suspiria
& dolores, lilia, rosæq; tenerimæ i horridos car-
duos & spinatū aculeos: æquū est inquā, vt dies
illius in pleno meridiē dū maxime ridet, ac splé-
dent subito tenebris & terra caligine omiscetur.

PARS PRIMA.

3

Cum ipsem ipsius destrutor sim, & meatus Peccator
 calamitatum auctor, & fons, par est, ut in oculis propriæ ex
 los sœuiam, lachrymis vultum repleam, & animum doloribus. Quin & omne tempus, si quod bi est au-
 fortè à suspirijs superfuerit, & aliqua data fuerit auctor.
 plorandi requies, ita ut loqui & respirare liceat
 interdum, tristibus lamentis & anhelis deside-
 rijs amaritudine referris impendam.

Hebræorum rex Dauid, sed qui non secus, atque alij homines peccabat, cum duorum tan-
 tummodo criminum, licet alioquin enormium
 & abominabilem, apud Deum reus esset eadē
 agnoscens, tantoperè ingemuit & doluit, ut in-
 ter cetera pœnitentis animi indicia lacrymarū
 torrentes oculis emanasse, & corde abyssos quas-
 dam suspriorum lamentorumq; erupisse consi-
 teatur; quod scilicet legem Dei sui violasset, &
 diuina mandata conculasset.

O cœlum, ò terra! si Reges, & principes, ob
 vnum atque alterum peccatum tam nouo &
 peregrino pœnitendi schemate vni sint, tantum-
 que rigorem induerint; quod non me ipse vilis &
 miser, et inutile tamen multitudine obrutus di-
 mittam; quid non suscipiam aut aggrediar? an
 non necesse, ut oculis egrediantur torrentes, &
 flumina, & imo pectoris procellæ & tempesta-
 tes protumpant? cum toties tamque grauiter
 cœlum irritari, & ad iracundiam prouocari,
 ac toties in leges & edicta maiestatis illius diui-
 uæ peccarim.

Vale igitur iucundum cœli lumen, naturæ mi Non mere-
 raculum, influxum Domine, Philosophorum tur pecca-
 omnium stupor, qualitatum regina, totius vni- tor solis lu-
 versi Princeps, & oculis te meis quamprimum men intue-
 suri: neque n. amplius tui splendoris admini- ri.

HERACLITI CHRIST.

culo, & radiorum luce collustratus vivere cupio
noctis iam tenebras consector & ambo, ipsa
obscuritas mea nunc voluptas, cauernæ, deliciæ,
& receptacula, denique lamenta, & suspitia mea
carmina, & voces futura sunt.

Nec vlt
Dei opus.

Nolo iam imposterum oculos ad hyanthinos
illos, & ceruleos cælorum fornices sustollere, nec
ad mundi cardines faciem conuertendo, opera
altissima contemplari, vel admirari. Sola deserta
iam frequentabo, cauernas abditissimas subibos,
vnica voluptas mihi erit profundas speluncas in
colere, planctu & eiulatu velut cibo satiari.

Cum enim Dei, cœli quoque, & terræ sim
inimicus, ad extremos orbis angulos (imò, si fieri
posset non esse, & in nihilum redigi exoprem)
procul'lab hominum, & animalium consortio
secedam.

Gen. 8.

Adam, qui eodem penè momero, quo primus
mundi incola constitutus est, primus item præ-
uaricator exstigit, tametsi nonnisi vnius comissi
reus esset, in paradiſo èt terrestri; tantum inter-
nè dolorem concepit, itaque indoluit, ut pudore
suffusus seseque erubescens, latebras fugiendo
petierit, & sub arbustis delituerit, vt lachryma-
rum clanculò riuos emitteret, quibus delictum
clueret & expiatet. Me vero, viptote qui ab hoc
Adamo originem duco, tamque infelicis patris
infelix sum filius, quid facere par est, me inquā
maximo peccatorum pondere oppressum? Pro-
cul, sa mundo recedere, & confusione oppletū
abditissimas siluarum cauernas adire, uel ad ex-
tremos remotissimæ solitudinis angulos me
conferre, ut tantum in ijsdem agam pœnitentiæ,
totque ejciam lachrymas, quorūquam to-
to vite curriculo delicta commisi.

Vale

PARS PRIMA. S

Vale igitur splendide Sol, omnium horologiorum gnomon, & director, vitæ nostræ textor & opifex, Planetarum caput, omnis motus causatur; qui roties ab Antipodibus reuersus es auro-ram reducendo, quò incundum oculis meis radiorum tuorum lumen afflares. Non sunt mihi amplius oculi, qui te videre mereantur, sed tantum illi digni sunt, qui lachrymis madescant & innatent: conditus sum ab initio homo rationis particeps, & ad te contemplandum, & intuendum, sed quæ rerum vices & factus sum iam sicut nycticorax noctu, ac velut feralis quædam aus, quæ nonnisi tenebras, phantasmatæ, & nebulas consecutatur.

Vale tu quoque argentea Luna, humorum omnium dispensatrix, tenebrarum regina, tristium solamen, quæ paulatim terra noctis vela explicas, & expandis, & vitæ nostræ momenta temperas, ac disponis; euanesce, extinguere quæ documque libuerit; mei namque oculi ad te vindicandam extincti sunt; tu quidem sceleratos abscondis & tueris, laboribus finem imponis, ac quietem corporibus, velut delinimentum inducis: Ipse verò quem passim omnes reum, & supplicijs dignissimum norunt, nonnisi tormenta & flagella promeritus sum, tormenta inquam infinita, & flagella nullo tempore cessatura.

Vos autem rutilantia, & ignescentia astra, quæ quidem quam citissimo motu ferimini, in celesti tamen regione, certa quadam ratione, & mensura in debilia nostra corpora, diuinam vestram potentiam demonstratis, cursum inhibete, cum visum vobis fuerit, neque enim in mortuos (qualis proh dolor, ipse sum) vires vestras potestis exercere: nonnisi in viuos vestra

Peccator
solis cōspē-
ctu idignus

*Conspēctus
Luna.*

*Item infla-
xu celesti*

6 HERACLITI CHRIST.

valet potentia, viuos vestra afflat virtus, & instru-
xus. Ipse vero cum animam mille letalibus vul-
neribus sauciam habeam & interemptam, &
omnis iam sensus, & vita sim expers, de cursu
vestro, & motibus, influxibusque non labore:ve
stro. sed dominio iam amplius non sum subiectus.

Item volu-
ptatib. que
è rerum na-
tura trahū-
tur.

Emarcescite prata, & viridantia hortorum,
siluarumque nemora, cum allubuerit, florum si-
vultis decorem & diuinos illos colores, ac deli-
cias exuite: exarescite, cum volueritis, vos ò cry-
stalline scaturigines, ac vos, ò limpidi riuii per
confragosa leniter susurrantes currere definite:
oculos siquidem peccatum mihi abstulit; & vo-
luptatibus, quas è vobis oculi haurire nati sunt,
indignum planè me reddidit. Valeat igitur mun-
dus, valeant voluptates, ualeat quidquid aliquā
do me in terra recreauit; singulture iam iuuat,
iuuat indulgere dolori, iuuat me ipsum affige-
re; & vnica iam mihi vita fit dolor, suspiria, lu-
ctus, pœnitentia, & iucunda animi amaritudo.

Peccator fi-
lio prodigo
similis.

Sum etenim (summe, omnipotens, ac meiuē-
de Deus) informis, sceleratus, ac perditus ille
Prodigus, qui futibundo adolescentiae aquilonc
abreptus, & iugis impatiens, præ libertatis amo-
re, insolenter me erga te gessi, & violentum pas-
sionum impetuū secutus, domum tuam dese-
rens, in longinquas & peregrinas regiones seces-
si, in quibus luxuriosè viuendo, & dissolutè agen-
do, facultates omnes, & substantiam dissipavi,
adeò ut, in iustum peccatorum castigationem,
vrgente necessitate, siliquis suillis famelicum
saturare ventrem sim coactus, porcorum factus
conuiua: In quo peccavi, infinitè inquam pecca-
vi, in celum, & coram te, nec iam dignus sum
vocari filius tuus, teque Patrem dicere.

Luc. i. 5.

Quam

P A R S P R I M A.

7

Quamobrem , velut nouus quidam publicanus, confusione in fronte, poenitentiam corde, sui spiria ore, & oculis lachrymas præferens , ad te *typus*.
 (ò summe Iudex, sed benignissime præuatorianum Iudex) venio, altaribus tuis prouoluor, & pudore, & dolore exanimatus, peccata in me puniens , & aduersus eadem insurgens, corpus excrucians, & pectus tensionibus dilacerans, intensissima voce inclamo , verbera verbis subnecens: Deus propitius esto mihi peccatori, delictis ignosce: nec iniuriantes meas obseruaueris Domine .

Sum namque miser ille, & infelix seruus, quæ Euangelica parabola describit, qui ad reddendam rationem à te (qui es Dominus, & herus meus) vocatus, plusquam decem talentorum millia tibi me debere competio, mille inquam delictorum supplicia , quæ nondum perfolui ; qua propter hinc veniam obtinenda desperans, illinc dolore de ijsdem concepto exanimatus, quid acturus sim nescius, ante te me supplex prosterno, corde & oculis demissis , & in genua sup nudam prouolutus, humillimè, & ardentissimè te obsecrans, ut patientiam habeas in me, benignè te mecum geras, nevè tam rigidè solutionem exigas : Spero siquidem tam cautè me impositum vitæ meæ rationes administraturum , tam sedulò negotia curaturum , tot verbera in corpus irrogaturum , tot singultus eiaculaturum, tantaque poenitentia, & rigore in corpus hoc sauiturum, tibi ut penitus sim satisfactus, & omnne debitum dissoluturus.

Manastes Rex Iuda, & mei instar, peccator, *Sui ipsius cum in catceris Babylonici tenebras coniectus, accusatio. delicta supplex coram Deo consiteretur, eadem.*

Matth. 18.

*Peccator
coram Deo
debit plurima ut ser-
uus Euana-
gelicus.*

Matth. 18.

8 HERACLITI CHRIST.

Que recognosceret, super arenas maris eadem, multiplicata aiebat, nec celorum orbes se dignū esse intueri. Ego autem, infelix & calamitosus, rege hoc etiam longē sum deterior, meaque peccata & numero & magnitudine illius peccatis præponderant. neque enim Oceanus tot calculos ad littus voluit, nec tot cælum stellas complectitur, quot anima peccata admisit: adeo ut indignus sim, qui oculos ad cælum erigam, aut palpebras ad cœlestium orbium magnitudinē splendoremque contemplandum sustollam.

Dilectorū agnitiō. Sum profecto, sanctissime, iustissime, ac simul benignissime Deus, infelix & infamis peccator, maledicto, morte, damnationeq; perpetua & omnibus cœli fulminibus dignus; sum ingrata & peruersa creatura, qua nulla vñquam magis detestanda, execranda, abominanda, magisque diuinæ tuæ maiestati rebellis existit,

Ipse iam à nescio quo annis infinitorum criminum apud summam & metuendam iustitiam accusatus, & conuictus fui, reus factus sum innumerabilem & grauissimorum scelerū, quæ durante uitæ curriculo, coram immensa, & infinita bonitate tua, è mera malitia & summa nequitia commisi,

At quis, Deus meus, eadem recenseat? quis eorum quantitatem & numerum exprimat? quis Arithmeticus eorundem summam subducat? non tot pilos habet caput, aut nemus Erymanthium tot frondes, non tot cælum stellas, non tot littus arenas, quot ipse toto uitæ tempore delicta commisi; sicut scilicet anima scelerū receptaculum, & omnigenæ iniustitiae domicilium.

Quoties, heu quoties? Deus bone, pestilens ilia superbia, inanis ille funus, infernal is illa fasci-

PARS PRIMA.

matrix, violento & intolerabili suo impetu extra rationis limites me abripuit ; quoties auaritia, usura, scēnora, aliaque irrationalia desideria & concupiscentiae me concitatunt , ut aduersus Creatorem meum insurgerem , quō Creaturas amplecterer; Cœli obliuiscerem, quō terram ambirem; uera bona negligarem, quō uanitates, & fumos consecutarer? quoties ita & furor extra mentis statum me præcipitem abripiuerunt , ita ut ab insania haud procul abessem? quoties inuidia, malitia, rancor, iniunctio, impatientia, uindictæ cupiditas, furia illæ infernales cor meum diuexarunt, aduersus proximum me concitarūt, ossa emedullarunt, & sexcentis animam aculeis & inquietudinibus excruciarunt?

Quoties gula, ingluuij, & deliciæ sensuales me delectarunt, & in infame uoluptatum barathrum demerserunt ? quoties lascivus amor, quoties impudicitia , quoties impura libido, quoties obscena & impura desideria cor meum illaquearunt, captiuum abduxerunt, ibiq; Deus meus (ad quem iure meritommo pertinet) me tamen non impediente, inique surripuerunt ? sed ah nefariæ prædatriæ?

Tu uero, ò sagacissime, & eruditissime Deus, cùm noris omnia, & rerum singularuim nomina teneas, melius delictorum meorum numerum, qualitatem & magnitudinem nosti , quāme go ipse: te non latet eorum enormitas , cùm oculi tui omnia & penitissima quæque intueantur, immo & ad rerum usque penetralia, ossium medullas, cordis latebras & intimas animarum fibras pertingant,

Ipsa fateor heu? peccatorum meorum series adeo lōga est, & pondus iniquitatum, quib. Deū meum

*De septem
peccatis
mortalibus
accusatio.*

*Deus peccatorum nu
merū exa
cte nouit.*

10 HERACLITI CHRIST.

meum diuersimodè offendì, adeo est graue, totus ut contremiscam, cùm eaſdem mente voluo, & tremens obſtupescam, elementa mihi adhuc ſuccurrere, & opem ferre, aerem ſcilicet ſpiritu ad respirandum luggerere, ignem me caleſface, re, aquam humectare, terram denique mea ſuſti nere; mirer inquam, me ab illa ſupportari, ita ut non dehileat, nec ſub pedibus ſubſidat, mirer po los non collabacere, & tanto ſub pondere omnia non ſatisfacere, concidere, & pellum ire.

Angelus **cælo ob pec** **catum de-** **turbatur.** O paradoxa: video pulcherrimum, ſplendi- diſſimum, ac perfectiſſimum Angelorum, iu- cun- diſſimo Dei habitaculo priuari: video cælos quis inſtar duros, imò & duriores, cùm nec frangi, nec corrumpi queant, illo cadente rumpi, neu illum in ſe ſuſtinere, aut continere poſſe. Et ecce ipſe ſceleribus grauatus, & ſub nitiorum fasce, collabefcens, adhuc niuo, adhuc ſuperſtes ſum, terra ſe ſolidam præbet, gressus mei ſecuti ſunt, ac ſine uila formidine, & intrepidus ingredior.

Equis tam generofius, imo tam fortis, & uali dus fuit, ut diuina flagella auertere, & Dei omnipotentis ad ſeriendum manum parati cohibe re potuerit, ne me iam à longo tempore, ſeueris ſim, & iuſtissimæ equitatis muctrone interfec rit, & dupli ci morte affecerit, uitam ſcilicet cor pori, animæ ſalutem auferendo.

Num. 16. In ueteri Testamento, ob unicūm contuma cia peccatum, cælo indignante, & uindictam exigente, Chōre, Datan, & Abiron, murmurantium coryphæi, & duces, dehidente terra uiui ad infertos deſcenderunt, & ipſe ſeditioſorum caput, tot conſpirationum anctor, ac mille flagiti ſum reus, ſecurus adhuc obambulo, capite ere, eto, ſtronie placida, nec terra ſe ſe aperit, ut me uiuum

P A R S P R I M A .

II

uiuum uelut mortuum cadauer absorbeat, &
ad inferos transmittat. Promereor tamen huius
modi supplicia, inferni pabulum, & esca, ac diui-
no Angelorumque conspectu indignus.

Hic igitur, Anima mea, dolores ingemina, &
in unum uelut fascem collectos planctus effun-
de, simulque cogita, me vix natum fuisse, & in ci-
uium orbis numerum ascriptum, quin aduersus
diuinam maiestatem conspirauerim, insurrexe-
rim, in eam iniurius extiterim, varijsque modis,
eius honorem læserim, ac pessum dederim. Ec-
quod enim est malum, quod non tentarim? ec-
quæ abominatio, quam non perpetrarim? per
omnia flagitorum genera sum peruagatus, &
omnes vias iniquitatis calcaui.

Vbinam estis dolores? quin hic magno nume
ro adestis? quin animam opprimitis, quin vindicatam de eadem sumitis, cum Deum illa suum
non dilexerit aut coluerit, sed honoris, & reue-
rentiae loco mille ei iniurias irrogarit, ac mille
cam modis offenderit; tamumque absuerit eum
vt amarit, vt potius odio illum sit prosecuta, &
quamuis summum, & optimum esse bonū, quod
præ ceteris etiam nobilissimis amari, & queri
eportebat, ipsa tamen prauo affectu excœcata,
quisquilias, nugas, & nihil pluris fecit, quā sum-
mam, & sanctissimam maiestatem, vilem aliquā
creaturam Creatoris loco amplectens, & sum-
mam felicitatem in turpi quadam voluptatula
constituens, in his finem suum ultimum statuit,
atque hoc omnes cogitationes, & spem retulit.

Quis obsecro, infelix, pro dignitate scelerum
tuorum magnitudinem, delictorum quantitatē,
& offendarum tuarum dedecus disquirat? quis
satis explicet, imo quis vel cognoscere psumat?

Guttas

*Peccator ē
Deum in-
iurias.*

12 HERACLITI CHRIST.

Guttas Danubij quis citius enumerarit, aut aviū
per aerea volitantium, quam flagitorum tuo-
rum numerum subduxerit,

*Omnis cre-
aturae ē pe-
catorē in-
surgunt.*

Tuum o' sceloste, impie, ac nefande, Patrem,
Creator, emac Deum contempsisti; an non ideo
omnes creatureas celi, & terræ, simul & infero-
rum, iuste succensendo, aduersus te insurgere, tui
nam tuam moliri, & arma induere, ad vindictā
de peccatis aduersus totius vniuersi auctorem,
quique ijs esse dedit, commissis, sumendam,
par esset?

Dic mihi, rogo te, candidè, ac sincerè, o amice,
sine ullo fuso adulatioñeque; ullumne est in or-
be supplicium, cruciatus, aut tormentum, quod
ad delictorum meorum enormitatem, turpitu-
dinem, vitæq; dissolutiones dignè, & iuste casti-
gandas sufficiat? nullum protectò, omnis, n. qui
in mundo est cruciatus, & seueritas finem ha-
bet, & certis limitibus est circumscriptus; at sup-
plicia, que peccatis meis promeritus sum, finem
habere, modum scire, & limitari non merentur.

*Dolor de
non amato
Deo.*

Tenebat heu? diligere Deum meum ex toto
corde, & super omnia, in huius obligationis im-
memor, & amore, & desideria alio conuerit,
omnia dilexi super ipsum, & neglecto obiecto tā
amabili, nobili, & perfecto, quæ mea stultitia, &
stupiditas est, abiectissima quæque adamani.

*Qui Deum
contemnit,
contemnen-
dus est.*

Quomodo, clementissime, benignissime, & pa-
tientissime Deus, tantam meam insolentiam,
talem contemptum tui, ac tantas iniurias tulis-
sti? quomodo iræ tuæ fulmina continere, iudi-
cia tua suspendere, ac vindictam tuam sistere
potuisti? satisne ad huiusmodi piaculum ex-
piandum, & aliqua ei ratione satisfaciendum,
confundi queam? sufficiuntne vilipendia, &

iniu-

In iuriis mihi irrogat? satis in mundo confusio-
nis, & erubescientiae futurum, quae me rubore
suffundat, & præ pudore emori cogat?

Iam inde ab incunabulis, & primo infantia-
tempore amoris tui iugum excussi Domine, vi-
tula dilectionis tuæ diffregi, & a te diuertens,
ad mundum me conuerti. Quin, & longè dete-
rior exstisti, nam te deserto, & omnib. animi fa-
cilitatibus aduersum te insurgentibus, adeò im-
prudens, insolens, ac temerarius exstisti, ut publi-
cè dicere non erubuerim. Omnino tibi seruire
nolo, & seruitu tuum detrecto; non secus quām
si subditus aliquis aduersus regem insurgeret,
& vasallus aduersus Dominum se extolleret, ser-
uire nolens, iugum excutiens, eumque agnosce-
re detrectans.

Ah quanta mea fuit nequitia, & malitia? id
lum quoddam è carne mea mundo, & diabolo
concinnauit; & velut Pantheo quoddam omniū
omnino creaturatum, in quib. infidum cor meū
voluptatulâ aliquam potuit reperire; ipse nimil-
rum altare suere, in quo victimam immolauit; ip-
se templo in quibus preces, & uota fudi; ipse nu-
mina, quæ idololatricè colui. Et quæ mea cæci-
tas, & nequitia, aliud agnoscere recusaui. Ipse ce-
lorum motus, elementorum status, maris aestus,
& ipsum denique uniuersum conuincere, & ar-
guere facile me poterant, unum esse Creatorem
& Deum dignum, qui ab omnib. adoretur; aliud
tñ numen agnoscere nolui, præterquam mundū,
cui soli, & obsequium, & affectum dedicabam.

Nihilominus bonas ille Deus, tantè misericor-
dię, quātè ipse miserię, calamitati, & malis meis
condolens, sëpe me uoce quadam amabili, affe-
ctuinq; spirante, quaque uel durissimas petras

*Adolescen-
tię peccata.*

*Pecrator
mundi id
lolatra.*

eniol.

Peccatoris emollire, & emouere potuisset, vocabat: Reuer-
nequitia et tere, reuertere, & te in gratiam admittam: cum-
peruicatia. que os nihil responderet, opera ipsa altum cla-
 mabant, Non veniam, nihil efficiam; sic statui,
 hic mihi animus, dulcem voluptatum tramitem
 ingredi decreui, nil mihi cum celo, mundo obse-
 qui gestio, huc omne meum vergit desiderium,
 huic soli fidem meam obligauit.

Ah rem nimis ah? indignam? ò passiones ex-
 cas & præcipites? Credidi creaturas esse, quæ
 mihi esse dederant, quibus uitam debebam, &
 à quibus animæ dominium dependebat; atque
 ideò easdem adorauit, eisque fidele obsequium
 iuraui, & perpetuum etiam me iis seruum fore
 promisi: quin imò inordinatus quidam amor,
 quo me ipsum dilexi, ita transuersum me, & ex-
 tra rationis limites abripuit, ut me ipsum adora-
 rim; de me ipso sollicitus, propriæ voluntati fide-
 liter obsequens, vbique, & in omnibus concipi-
 scientijs satisfacere satagens, & omni eas ratione
 adimplere.

Peccator Quod verò pessimum, nubibus obsitus, &
idolo simi- tenebris penitus cooperitus ita cæciui, ut meip-
lis. sum non agnouerim, nec viderim ænæ, vel lapi-
 deæ statuæ me esse persimilem, utpote cui sint
 pedes, sed non ad ambulandum per vias rectas;
 manus, sed ad virtutum opera stupidæ; oculi, sed
 qui Deum videre, & agnoscere non possunt; au-
 res, sed ad omnem salutarem doctrinam turbæ;
 lingua, sed in diuinis præconijs celebrandis im-
 pedita; odoratus, sed qui sæculi huius vanitates,
 & æternas alterius diuitias sentire, & percipere
 nequeat.

Peccator Denique calamitates meas paucis comple-
quidquid à Etiam, & uno uelut fasce comprehendendam, genera-
lcm

PARS PRIMA.

Item quendam omnium donorum, quæ à Deo Deo in crea-
tempore creationis accepi, iactutam feci, in quo tione rece-
dam vitiorum Oceano naufragium passus; & p[ro]p[ter]e destruit
omnes dotes & ornamenti, quæ corpus & ani-
ma tam nobiliter, & feliciter à naturæ auctore
recepereant, prodegi, & nequiter pessum dedi.

At nondum hic finis, occurruit enim mēti, & *Animas q[ui]*
alia magis detestanda. Ah poterone sine lachry-
mis eadem recensere? *S. Spiritus*
diuinitatis palatum, & sacrum Spiritus S. templū,
destinata erat, miserum in modum prostituta
est, satanæ propudium & concubina facta, fla-
gitiorumque, & dæmonum postribulum, ac lu-
panar. O rem funestam, & lamentabilem! Nulla
vñquam sentina, colluvio, egeries, cloaca, aut
sterquilinium tam sordidum, tetur, abomina-
bile fuit, tantamque virulentiam exhalauit, quâ-
ram ipse detestandis peccatis, & sceletibus puti-
scens; si quis enim tetram faucium mearum me-
phitum sensisset, sepulchrum patens se sentire
haud dubiè censisset.

Et sanè confiteat necesse est, pudore vultus
suffusus, & ingemiscens intrinsecus, nullum vñ-
quam peccatorem tam abominadum, & impiu-
exstitisse, quem non ipse peccatorum nithero, &
grauitate superarini; proditio[n]es meæ proditio-
nem Iudee Iscariotis; adulteria ipsa Dauidis; sa-
cilegia, Giezi; inuidia, Saulis; superbia, & arro-
gantia; Pharisei orantis arrogantiā antece-
dunt. Denique nihil abominationibus meis, &
vitiis pat sol vñquam vidi, & aspexit.

Et quid? me vbi perdidisti, totum perdidisti me.
Peccatum
moria, quæ condita est, creatoris ut sui recorda-
tur, ibani creaturarum recordatione semper
impedita, & offuscata fuit; intellectus meus, de-
stina.

stinatus ut superna, & summum bonum cognosceret, nobilitate sua amissa, malum patrare velut repuerascens didicit, & vanitatum ac fatuitatem scholam adire non dubitauit: voluntas omnis amoris domicilium, & piorum affectuum seminatium, impudicitię flatimis se passa est vstulari, & enormium desideriorum, & nefariarum concupiscentiarum ardoribus aduti.

Ecquid non admisi Deus bone? quid obsecro ad te ad iram concitandum reliquum fuit, quod non feci? Pœnitet, fecisse pœnitet, millies idcirco suspiro, dolore, & pudore emorior; utrinam potius mihi numquam data fuisset vita, cum eius compos factus, tam iniquè & peruersè eam traduxerim, cum eadem abusus sim (que mea ingratitudor) ad datorem illius offendendum. Utinā numquam fuisset? cur virę meę telam mortis præpropera non succidit, dum ordiri inciperet? cur recens natum fera Parca non sustulit?

*In gratitu-
do est uitā
ad Dei of-
fensam im-
pendere.*

Anne me viuere tamdiu oportuit, mortis experientia, eò ut deuenirem audacię, & præsumptionis, ut impudens, & perficta frontis, temeritatis cornua aduersus altissimam Dei mei maiestatem sustollerem? Quomodo ausus fui tam audacter illi insultare, insolescere & superibire? aut potius quomodo tu hęcce tā benignę sustinuisti?

Quid? tantum monarcham, tantam maiestatem, tam admirabilem potētiā, & bonitatem à tam abominabili creatura despiciam, & irritatam? satisne opprobriorum, vituperiorum, confusionū, iniuriarumque in mundo haberi queat, ut in me pro flagitorum grauitate exonerentur, & coram totius orbis nationibus me confundant? David duorum tantummodo criminum reus, tantum se eorum pudorem concepisse testatur

statur, ut oculi quotidie pīe verecundia suffundentur; & qui ipse plurimis delictis grauius corā hominibus audeam comparere? cur non in antris, & ferarū spelæis potius delitescens, hominum fugio consortia?

Quid enim diutius in mundo acturus sum? ubi-
nam tecurus ero? ego inquam, qui Dei mei hono-
rem diripiui, in Regem meum cōtraui, Patri, mei
dilectissimi opes dilapidaui, quoniam fugiam, quod
me conuertant: si in celum ascendero, quem offen-
di, illic commorarui; descendero in infernum,
ibi quoque inuenitur, castigans illos, qui, vix, ego,
aduersus illum cornua erexere, & fontes aquarum
viuentium, Ganges illos, & Pactolos, in putiscentes
paludes, & cisternas dissipatas, quæ continere
non valent aquas, quemadmodum ego, conuer-
tunt.

Quæ cum re uera ita se habeant, an ne aliquam
à tua maiestate gratiam, & benevolentiam ex-
spectem, benignissime creator? Nequaquam, A-
nima, nequaquam, quin potius confiteor, & agno-
scō nihil me præter horrenda, & crudelia tormenta,
mille, & mille inferorum supplicia, & cruci-
ciatus nullo æuo terminandos prometeri; neque
ut ita omnino, & penitus delictis satisfiat, penarum
grauitate ad scelerum grauitatem commensurata,
sed ut reliqua illorum portio hac ratione deleat;

Si enim cruciatus, & tormenta criminibus us-
quequaque respondere oporteret, non est profe-
cto dubium, quin supplicium infinitum, & intensi-
uum promereret, quale nec apud inferos inuenire
est; cum tormenta, quæ apud inferos in ceterum
cruciant, extensiù solum, non vero intensiù ad
temporis durationem commensurata, non vero
ad peccatorum nequitiam sint proportionata.

— dicitur
naturam null
ad hinc de
in ualigia

Nullam à
pud Deum
gratiā me-
retur pecc-
tor.

Pæna pec-
cato debita
infinita est.

Protopla-
stus vnicū
ob crīmē ca
stigatus est

Quid igitur de te scelestē, & miser futurū est?
 si enim diuinā maiestas Protoplasti peccatis irri-
 cata, ob vnicū inobedientiā peccatum paradiso
 eum expulit, quid mihi euenturū est, qui tot
 tantaq; admisi? Vnicū si delictū diuinā ira-
 cūndiē ignem' ira succedit, tantamque castiga-
 tionē promeruit; quam non mille, & decies mil-
 le prōmerebunt? quem non ignem, ecquod incen-
 ditum non excitabunt?

Ah quories (tremiscens refero) tā diuinā, quā
 humanas lēges transgressus sum? quot Deus alie-
 nos adorauī? quot idola colui? an non brutales
 appetitus, carnales, & prauæ propensiones, pro-
 fani, & nefarij erga creaturas affectus, quas ma-
 jori, quam Dēnni ipsum honore colui (blasphemati-
 intollerabilem?) idola quædam, & adul-
 terina numina fuere, quæ mihi ipse finxi, & quæ
 supplex flexo poplite, factus idolatra, adorauī?

Non nisi vnicū mihi cor Deus dederat, quo il-
 lum vnum, exclusis ceteris, adāmarem, ac nullum
 in eo amorem prēter diuinū admittrem: at ego
 perfidus, & scelestus, prōditor ipsum deprauauī,
 violauī, aē mille in partes concidi, adeō ut nullus
 appetitus brutalis fuerit, cui non portionem ali-
 quam assignauerim. Amor mundanus, & indiscre-
 tus suā rapuit partem, & sensualitās reliquum si-
 bi vindicauit.

Nadab & Abin ueteris testamenti Sacerdotes
 Aaronis filij, quod in sacro altari ignem profa-
 num, & alienum accendissent, à Deo morte
 repentina, & horrenda percussi, dignam delicto
 vindictam experti sunt. Ego igitur infelix, & miser
 quid non commerui, qui toties in sancto cordis al-
 tari amorem alienum, & profanum ignem suc-
 cendi; amorem inquam mundi, amorem crea-
 rarum,

PARS PRIMA.

19

tarum, & amorem denique mei ipsius, qui omnes
haud dubie alieni sunt, & nullam cum corde co-
gnitionem, & affinitatem habentes? an non mor-
tem promereor? haud dubio, eamq; sempiternam.

Prae ea-
gitationes
cor reddit
profanum.

Ah quomodo cor hoc profanauit? nam magna
turpium, & noxiarum cogitationum, quæ semper
illud circumvolitant, circumsecus obsidebant,
atque inuoluebant, copia tandem illud evenerit:
quo depravato, & corrupto haud potui, quæ mi-
hi agenda erant, prospicere, aut animum ad illa
appellere: nihil ut omnino egerim, quod aut ad
Dei honorem, aut ad animæ salutem spectaret.
In solam mundi amplitudinem vinneret meæ cogi-
tationes intendebat, cor quoque pratio illius a-
more excæcatum, nonnisi ad mundi honores, &
dignitates aspirabat, & sola ipsius obsequia se-
tabatur.

Mille passiones, furiæ intelligo crudelissimam, *Passionum*
infirmitum, ac miserum hunc locum obsederunt, *acies ad-*
oppugnauit, & expugnat, Inuidia, rabies, & *uersus ani-*
aduersus proximum rancor crudeliter in illum sa-*mam direc-*
uerunt: auaritia, ambitio, & aliæ tortrices, angüesta*ta.*
tes, & curæ magno cum furore in illum debaccha-
tæ sunt: curiositas omniū virtutum nouerica equo
sublimius interduin illum exiit, ut deinde de i-
ceret profundius, & grauiore, quam ueller ad ter-
ram casu collideret: superbia socios manipulos iun-
gens, & dominari gestiens, humilitatem sua sède
expulit, & sancta quæque alienauit.

Denique in criminibus actionibus meis lascivus, *Peccator*
impudicus, in honestus, & dissolutus existi em. *Dei deserit*
nem moderationem, limitem, regulam, discretio-*obsequiuñ,*
nem exosus: feci illas prout lubebat, ac præcepis *quò creatu-*
impetus suadebat; immo numquam ad mentem *ris obsqua-*
reuocabam quid esse, cur aut quem ob finem *tur.*

creatus, & in hoc mundo constitutus. Cumque vanitatibus penitus immersus esset, aliud non spectari, quam lascivit in hoc mundo, in soletere, & dominari: ac graue non duxi Creatoris mei obsequium repudare, eiusque sanctam legem violare, quo duras creaturarum leges sequeret, eisq; ad natum quam diligentissime obsequeret.

Angeli peccatorib. compatiuntur.

Dignusne sum igitur qui vivam? quomodo me summa maiestas, quæ omnibus perfectionibus cumulata, in sancta tua familia tam improbum, nefarium, inutili em, perniciacem sustinuisti? at quomodo vos, sancti Angeli, vos inquam Spiritus mundissimi, cœlestes legati, Altissimi nutriti, Diuinorum mandatorum executores, tot iniurias in Dominum, & Regem vestrum, ac Deum, & Creatorem meum, irrogatas à me tam æquo animo passi estis? cur vindictam de tot tantisque, quas aduersus illum machinatus sum conspirationibus, non sumpsistis?

2. Reg. 15.

Abisai dux Regis sui honoris studiosus, impudentem Semei, in Davidem, regem suum conuicta egerentis temeritatem non ferens, amdem fetio expiare voluit. Vos autem cœli Principes, mentes beatissimæ, me æquanimiter sustinuistis, me inquam, qui in Deum omnipotentem, Creatorem, Regem, ac Dominum vestrum tam iniurias existi, neve audaciam, ingratitudinem, temeritatem, & impudentiam meam vlti estis. Unicæ id bonitati Dei ascribendum, qui vos in me noluit insurgere. ò bonitas infinita? misericordia ineffabilis?

De° peccato rem non dñat, qui seipsum condemnat.

Hæcce, fateor, Deus, beneficia, hosce fauores non merebar, sed sola supplicia, & tormenta. Ideo aduersus meipsum sententiam ferre, iudicare, & condemnare me volo ex ore meo; vita misericordiam

diam in oculis tuis reperiam, qui peccatorem pœnitentem, & contritum seque condemnantem, damnare non solent.

Dignus sum quem omnes odio prosequuntur, exsibilent, & velut peripsema rejiciant: dignus inquit sum, in quem omnia tormentorum, cruciatuum, suppliciorumque genera debaccentur; dignus sum, qui priuer omnibus, quæ a benignissima manu tua recepi, dignus quoque, ut ab aula tua cœlesti expellat. Dignus sum (et hie? anne, & hoc dicendum?) qui in æternum a te separer; & si quod supplicium grauius, aut tormentum separiri posset enormius, illud proculdubio mereor, quod iniquitate, ingratitudine aliquique delictorum generibus multis intetuallis maximos, & ingratissimos mundi peccatores sim antegressus. Ah misera, infelix, ah maledicta creatura.

C A P U T . I L

A bhorret, & detestatur peccata.

Viles sunt lachrymae tantis pro sordibus, atque
Omnis pro tanto criminis vilis aqua est;
Solus erit sanguis, digne qui crimina tanta
Defeat; ergo meo corpore sanguis eat.

TAmetsi nullus umquam mortalium Domine, in delictorum suorum detestatione tantam intrinsecus commotionem affe. Etumque senserit quantum ipse modo persentisco, tamen oculis fletu offulis, & stomacho præ suspitorum vehementia faciente, nouos patoxysmos sustineam, suspiria adaugeam, & redintegre necesse est, atque hac ratione exclamem.

Hec quā malē opinatiē erant influentiā, in felix peccator, quibus cooperantibus in hoc mundo te nasci contigit; quām detestabilis fuit horoscopus, qui dierum tuorum stamina trahere cepit, at quām ferale punctionū illud, & spatiū temporis, quo oculos aperisti ad vanitates contemplandas, calamitatis tuę fontes, & vitia tibi cōcilianda.

Hec quis qualisque sum, ecquo agor spiritu, cum namquā adaperire oculos potuerim ad peccati turpitudinem, & monstri huius abominationem agnoscendam, quānūis roties audiuerim ubi que illud, eiusque fœditatem describi. Quid? hincine me errare, hiccine mihi rationē deficere, an ne cestrum meum, bono nāq̄ infestum, hanc mihi calamitatem reseruauit, ut ita me penitus miserum, & infotunatum redderet?

Peccatum interficit animam. Ah! quām intolerabilis mea fuit dementia, vt propter exiguum voluptutiam, quæ tamen milles patit ætumnas, ad malum me trahi passus sim, vt ita in mortem animæ inciderem? Non fuit hæc vita sinceri Christiani, quia sufficere debebat diuinæ maiestatis me leges transgressum, etiamsi tantæ audaciae mei ipsius homicidium non addidisse.

Peccati deficitio. Sciebam quippe peccatum esse dictum, factum, aut concupitum contra mandata Dei, id est præfria. Etam aduersus diuinam maiestatem rebellionem, & contumaciam; quoties tamen, quæ mea insanias & stoliditas locutus sum, quoties feci, quoties concipiui contra legem, & iussa Dei, Deum meum, patrem meum, Regem, ac Dominum meum irritando?

Peccatum naturæ repugnat. Nunquam eheu? cognoscere potui peccatum naturę aduersari, atq; ideo ipsum iuratum esse hominem, ac incendiarium, si qui totum vniuersum pertinet, & concessivitatem vero naturę consentaneam

neam esse, hominum delitias, ut pote quæ conscientias delectet, & totum orbem exhilarat. Cognoscere scilicet non potui, quod culpam pœna premat cōmēs, & acerrimos conscientiæ stimulos asfidiud torquere quorquot in dilectis vivunt.

Nunquam deerant Iobo inter casus, & infortunia nuntij, qui tam grauia rerum dispensia nuntiarent: vix enim ceciderat fulgor, vix direpti erant greges, & amenta, vix ruina oppressi liberi, quin statim per nuntios id intellexerit. Ad eundem etiam modum vix admissum peccatum est, quin peccatori quam primum nuntietur, ut quem intrinseci testes, & propriæ conscientiæ aculei & remorsus accusent. Sed o miserū me? solus ego viens auribus caruisse videor, quibus clamores, occasiones, remorsus, & funestos illos tumores perciperem.

Durior quippe fui in crudibus, aostaxis insensibilior, cum aculeos, remorsus, & incredibilia totmina, quæ misserum cor meum laninabant, percipere haud potuerim. Atque ut vulpes Samsonicæ in Philistæorum ægros immisæ, ignem flammæ rum infernalium assiduò mecum circumtuli, nec unquam cogitare, aut in animum inducere potui vindictam peccato semper à tergo imminere, & scelus nunquam à cruciato liberum esse.

Toto illo tempore, quo filius ille prodigus, dissolutionis illud speculum, consanguineorum crux, familiæ probrum, ac dedecus, paterna domo cœruit, nil nisi labores, ærumnas, & amatitudines reperire potuit; quo haud dubie notatur, peccatorum, verum illum prodigum, quamdiu, non dico domo, sed gratia patris sui cœlestis exulat, aliud sperare non debere, quæ tormenta, inquietem, & continuum martyrium.

Ion. 1. Ionas à facie Dei fugit, mare concēdit, in terram vstramatiham nauigaturus, & aliud præter afflictiones non sensis mare quippe aduersus illum insurgit, venti cursui destinato aduersantur, tempestates grassantur, & tandem triste facit naufragium? Quo docemur aquam, æternum, elemēta, atque omnes ad eo creaturas aduersus peccato rem instigere, & somptis quodammodo armis, iniuriam Creatori suo illatam velle vlcisci. Totum itaq; vniuersum in peccatorum conspirat, ad eo ut misericorde illa nonquam à cruciatu, & pena imminet sit.

Peccatum duplex super plicium secundū trahit. O monstrum portentosum? duo semper tecum supplitia intolerabilia trahis; animam quippe hoc in mundo varijs tormentis excrucias, & deinde in altero in æternum damnas, quemadmodum vice versa virtus duo includit, præmia, & remunerations; hic namquæ animam delectat, & post mortem æterna beatitudine beat.

Peccatum penitentia includit. Et profecto ita euenire cerium est: peccatum si quidem peccantem exagitat, ut de commissione indoleat, & sui ipsius terror est: & licet in illius castigationem non esset paratus infernus, nec gloria aliqua amittenda, ipsum se peccatum vlcisceretur, & poenam de admisso deposceret, ac sibi infernus foret.

Omnium malorum nostrorum causa est. Hoc ita se habere in meipso experior, & re ipsa iam agnosco, omniumq; patior malorum ipsius causam esse. Nunquam Diabolus, homines improbi, tentationes, mors, honorem ledere meū, aut aliquid anime detrimentum adferre potuerunt, si ab hoc monstru me custodissem; sciebam nempe eum; qui ab hoste hoc tutus esset, ab alio nullum perire periculum debere. Sed heu, calamitatem meam subterfugere non potui, nec caput

putà tam maligno, funesto, ferali sydere auertere.

Euitare non potui, & euitando detestari mortale illud terum immortalium venenum, mortis illud abortuum, titionem illum infernalem, infortunium illud, tam infortunatum, quod animam addicit supplicijs, corpus redigit in cineres, uniuerso crudeliter dominatur, naturae statum euerit, & omnem spem nostram succidit. Heu? Huiusmodi fugete inimicum non potui, qui sanctos mihi Angelos infestos Deo odiosum, & omnium illius creaturatum inimicum reddidit.

*Omnibus
nos creatu-
sis infestos
reddit.*

Jacob Patriarcha visis iniurijs, & calumnia, *Genes. 31.* quas Labam idolatra sacer irrogabat, vxoribus suis Racheli, & Liæ dicebat, Ecce vobis vale dico dilectissimæ, abitionem paro, & in alienam regionem secedo; neque enim diutius iniurias, & inhumanitatem Labani tolerare queo; ad eundem etiam modum Deus ab anima mea secessit, quod nimis in eum fuerim iniurius, & inhumanus, & peccatum idololatra ille, vel ipsa potius idolatria, infamiam illi irrogauit, quæ æquo animo tolerari nequeat. Sed nimis mihi heu? amara hæc suit illius amissio.

Dixit olim Deus iusta aduersus Israelitas iracundia incitatus, se ab illis recessurum, qui ubi hæc audiuere, lacrymari cœperunt. Quis non item lacrymetur, cum eadem illi accidat calamitas? In lacrymaste reolui oportebat anima, cum Deus ob inhumanitatem, quam in illum exercuisti, & exiguum quem ei impendisti honorem, cum creaturas plus eo dilexeris, recessit, quo recedente omnia bona amittis, & in omnia miseriarium malorumque præcipitia ruis.

Exod. 33.

Quantum hocce malum graue sit, apprehensio Propheta regius cū Deo expostulans dicebat:

Vt

Psal. 9.

Vt quid Domine recessi longè. Idē te iam repetere par est anima iam lachrymis suffusa, & ingemiscens coram Deo dicio: vt quid Domine te elongasti à me? aut potius, cur à te ipse recessi, aut quare te dereliqui? cur me deseruisti, vt me mundo traderem, eique obsequerer.

Psal. 70. *Qui custodiebant animam meam, ait Psaltes, con-*
Anima à filiis fecerunt in unum dicentes, Deus dereliquit
Deo dereum, persequimini, & comprehendite eum, quia non
licta, deest qui eripiat. Idem tibi iam discrimen imminet
relinquitur ab omnibus. anima mea, omnes in te homines insurgent, pec-
catum liquidem omnium te scopum fecit, in-
quem omnia mala collinearent: cum enim à Deo
derelicta sis, ab omnibus etiam te deseriri par est;
Diaboli, inferi, & adeo omnes creaturæ in poste-
rum aduersus te semper insurgent, cum Deus tua
protectio, & asylum esse desierit.

O damna intolerabilia, & perditio penè irrecu-
perabilis? neque enim ob mortale peccatum so-
lummodo Deus perditur, & anima in extremum
discrimen incidit; sed quidquid etiam boni toto
vitæ tempore actum fuerit, eadem opera amitti-
tur. Atque hoc per prophetam suum Deus olim

Ezech. 18. prædixit: *Si auerterit se iustus à iustitia, & fecerit*
iniquitatem; omnes iustitiae eius quas fecerat, non
recordabūtur, & in peccato quod peccauit, morietur.

Simile. An non stultus ille dicendus foret, qui è longin-
quis regionibus domum locupletatus rediens, illi-
cò ad lusum fortuitum applicaret, incerto aleæ ia-
ctui facultates omnes exponeret, & exiguo tempo
re amitteret, quod triginta aut quadraginta anno-
rum spatio magno labore, sudore, vitæque pericu-
lo comparasset? Miserum me? idem omnino feci,
cum ob peccata mea mortalia amiserim quidquid
meritorum collegeram, & temere exposuerim sor-

ti, quod tanto labore, discrimine, vitaque præterita
tæ periculo conquisieram,

Hoc ipso labore ipse haud dubiè exstisti demen- Peccatoris
stultitia.
tior ac stultior; nam hic de quo ad Indos nauiga-
tionem instituere potest, amissas opes recuperare,
& in pristinum gradum restitui; at ipse hoc effice-
re nequo, nam ad tantas me angustias peccata re-
degerunt, nullum ut opus vitæ æternæ meritorium
facere amplius queam: adeò, ut non Deum solum,
& cum illo quidquid meritorum collegeram
peccando amisserim; sed meipsum quoque perdi-
derim, inque tantas redactus sum angustias & ca-
lamitatem, nihil ut amissorum recuperare possim,
nullumque de nouo meritum conquerere.

O quam graui detimenta sunt, quæ animabus
peccatum adferre solèt: omnia namque quæ illa-
rum sunt etiam pretiosissima, in venenum conuer-
tit, virtutem commutat in iniquitatem, saluem
in damnationem, & vitam in mortem evidentissi-
mam. Nullum enim virus adeò pestilens & exitio-
sum est, ut vas quo continetur corrumperet, aut effi-
ciat ut ipsum minoris ideo valeat: at hoc efficeret
potest peccati venenum; tanta namque eius perni-
cies est, ut animam, in qua commoratur, destruat,
perdat, eamque licet magni sit pretij, & meritorii
copia redundans, pauperem reddat, & inopem.

Basilisci venenum homines quidem enecat, sed
suo ipse veneno vicitat; licet alios interficere
soleat; at peccati virus adeò mortale est & no-
xiūm, ut ipsum quod ei vitam dat, enecet: unde
colligere licet, ipsum omni veneno esse veneno-
sius & exitiosius. Ipsum enim animæ meæ mor-
tem intulit, & quotquot bona feci opera, enecat, &
emedullat.

Quid igitur, Deus bone spectauis an nesciebam
pecca-

Peccatum
virus no-
xiūm est.

Peccatum
Basilisci

virus no-
xiūm est.

peccatum homini adeo noxiū esse, & tantum detrimentum adferre, ut, licet totus infernus insurgeret, omnes inter se bestiae consiprarent, omnia elementa aduersus illum concitarentur, omnes creature bellum ei indicerent, unum peccatum mortale magis tumendum sit, quam omnes hi iniustici in unum collecti? ubi iam sum igitur, qui tot in anima peccata continet? quin potius quid cogitauis, cum semper minimum periculum, & hostem plus fugerim, quam omnia mundi peccata?

Genes. 3. Si vultum peccatum tantam in mundo iniuriam interrogavit, ut ob unican Adae prævaricationem in miseras extremas inciderit, omnemque eius posteritatem mortis addixerit, & celo exegenter: Quantum te incurrire dannum putas, Anima, ob tot quibus inuoluta es peccata, quæ a tot iam annis commisisti?

Prou. 14. Miseros facit populos peccatum, ait Sapiens. & sanè mirum, tantam peccato miseriam inesse, ut non priuat os solum homines miserios reddat, sed integras etiam Prouincias, & Regna, imò per qua tuor orbis angulos diuagans, quidquid in rerum natura est, destruat, & perdat. Interea tamen ego infelix me illi diripiendum, & vastandum dedi.

Peccatum Ah quomodo rem adeo odiosam potui amcansa oiu, plecti, quomodo pestem tam virulentam conq in mur cupiscere? itane cor meum vile, & effemina- do sunt ma torum. tum fuit, ut securum fuerit, quæ fugere potius oporteat: ut fouerit, quod detestari; ut dilexit, quod odisse debebat; extremè inquam odisse, cum extreum quoddam malum sit, quod mortis, laborum, morborum, omnium miseriaturum, quæ in hoc mundo laxatis habenis dominantur, causa sit.

s. Paralyticus ille, qui duodequadraginta annis paralysi

paralysi apud Ioannem diuexabatur, & grauissimos dolores patiebatur, peccato cosdem potuit ascribere: nam sanitati iam restituto Saluator ait: *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Vnde manifestum est, non animabus modo nocere peccatum, sed corpus etiam destruere, & miserijs inuoluere, omniumque aduersitatum, & umnarumque, quae nos pulsant, & quotidie diuexant, originem existere.

Iudeis in captiuitatem a Rege Assyriorum Tob. 3. Samanare abductis, & graui quotidie afflictione pressis in Niniue, apud Deum hunc in modum orauit bonus ille senec o Tobias: *Quoniam non obediuimus preceptis tuis, ideo traduti sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & improperiis omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos.* Seruitutem igitur mortem, & calamitatem Iudeorum Tobias eorum peccatis ascribebat, & metuò quidem; ipsa enim causa sunt omnium, quae hic patimur malorum, & sine peccato nulla vñquam aduersitate premeremur; sed ubi illud in animam admittitur, omnia simul mala, & aduersitates admittuntur.

Babyloniorum Rex Baltassat ob peccata, & Dan. 5. nimis in omnibus luxum, & lasciuiam, magnum tum animæ, tum corporis detrimentum accepit, vt qui uno, eodemque die, & regnum, & uitam amiserit. Idem omnino peccatori accidit, atque inter ceteros, & mihi: eodem enim die, imo instantे, quo peccato consentire cœpi, corpus felicitate, & anima uitam regnum cœlorum, & coronam sempiternam amisit.

Aman ille purpuratus Regis Assueri, eb insolē Esth. 7. tiam, ambitionem, & tyrannidem infami laqueo uita finiuit, atq; ita honore spoliatus est, & scipsū perdens,

30 HERACLITI CHRIST.

perdens, domum, & omnia simul perdidit. Non inferior mea fuit calamitas, & infortunium, nam qui in cœlo incolam destinatus eram, aduersus Deum insolescens, vanitatem ita consecratus sum, & vitia, & ambitionem, ut omnem meum honorem concularim, animam damnatim, meipsum denique perdiderim.

Gen. 34.

Cum Ruben patri Iacobo facultatem daret, duos filios suos, ut interficeret, nisi Beniaminum reduceret, consensit Patriarcha noluit; at postquam Iudas dixit: In me erit hoc delictum, nisi ubi illū sospitem stitero, mox potentibus annuit. Quo docemur, peius esse, & animæ exitiosius, in se peccatum suscipere, quam bona, facultates, liberos, & vitam amittere; cum Iacob pluris ficeret Iudæ sponsonem, quam quæ Ruben obtulisset, quantumvis filiorum eius vita oppignorata foret.

Nihil peccato peius.

Et sanè nihil in universo orbe deterius quam peccatum, nihil damnosius, abominabilius nihil; monstra tērrima cum hoc comparata nihil sūt, rhinocerotes, dracones, tigrides, & crocodili, & quidquid Getulis delitescit in desertis, nihil omnino sunt, si cum unico peccato conserantur. Quidquid furæ infernales, & monstra terrena horroris, teritoris, turpitudinis, & visu execrabilis continent, simul omnia in teatra peccati facie depicta reperientur. Ipse nihilominus ipsum amplexus sum, adamaui, quæsiui, quasi quædam magnorum meritorum foret occasio, & ingentem in se deletionem concluderet. Infelix nimis igitur es Animæ, quæ tam male desiderium tuum applicaueris.

Eccl. 21.

Consulebat Sapiens à facie peccati, tanquam à facie colubri fugiendum, quasi nullus serpēs, aut scorpio, adeò virulentus foret, nullum in desertis

Libyæ

Lybiæ monstrum terribilius peccato. Et tamen crudelem in passionibus meis tyrannidem expriens, & in ruinam meam præceps ruens, teturum hocce monstrum non formidaui, familiarem me ei reddidi, cum ipso simul sum educatus, & numquam ex oculis abire passus sum.

Hebræorum oraculum Moses, in Ægyptum iamiam profectus, iubet à Deo serpentem humi jacentem in manus per caudam accipere, sed tremuit subterfugiens, & territus accedere formidat. Ego verò, sine vlo metu, aut formidine, sine ratione potius, & iudicio, cùm inimicus id iuberet, toties ad peccata, dracones illos virulentos, viperas adeò mortales, & pestes teterimas accessi, vltro in manus sumpsi, cum illis lusi, & familiariter egi.

Exod. 4.

Amon Regis Israel filius, sed libidine infamis, & incætu, cum postquam Thamarem sororem nefariè constuprasset, criminis conscientia angeretur, ita ipsam abhorruit, tantamque intrinsecus amaritudinem, & cordis tristitiam persensit, ut priorum uoluptatum oblitus, eam furore stimulante cubiculo exegerit. Peccatum scilicet à seipso ita horribile est, ut & peccatoribus ipsis horrorem quandam, & extremam detestationem incutiat, ut iniungi etiam monstrum hoc procul ab anima propellere cogantur. At ipse incantationibus veneficis, credo, aut stultitia potius, fascinatus, nūquam illud abhorruī, imo ne timui quidem, quamuis alioquin horribile, & metuendum foret, ut quod maximè.

Non cogitauī, nihil in orbe terrarum reperiī, Deus infi-
quod Dens tantoperè detestetur, vel oderit, quām nito pecca-
vitum, & peccatum; cum quo immortales se habi-
turum inimicitias iurauit, & implacabile, ac per-
petuum odio prosequitur.

petuum ei iam inde ab eo tempore, quo exortum est, bellum indixit; non cogitaui miser in ruina mea, grauia supplicia, & seueras castigationes, quibus potens ille inimicus iram suam in id, quod maximo odio prosequitur euibrans, semper in ipsum animaduertit, & vindictam, quam tam de Angelis, quam de hominibus peccantibus sumpsit.

Cur non attendi supplicia, castigationes, & dignam seueritatem, quae in primas illas creaturas, opera illa primaria, spiritus illos perfectos, nobiles, & iam inde à creationis momento tantis tum gratiæ, tum naturæ perfectionibus dotatos, Deo ad hæc gratissimos, effusa sunt. Ob vnum scilicet arroganterem concepium, & presumptionem, nimis insolentem, quod cum diuinitate competenterent, & similes esse altissimo conarentur, coelo expulsi sunt, ad inferos deturbati, obscuris carceribus mancipati, tormentis infernalibus traditi, & criminum non remissibilium, utpote in diuinam maiestatem, quam proximè commissorum, rei iudicati.

Quam miserabiliter sit An gelorum damnatio. Cur non perpendi ea, quæ modo in infernali barathro agunt; quorum nempe tam misera, & deploranda conditio est, nullum, ut bonum conciperet, nullum verò malum prætermittere queant; quique perpetuò doloribus conficiuntur, & torquentur, dum cogitant, quantam beatitudinem amiserint, qua in æternum beati fuissent; quique desperant indignabundi, ubi uident nullum uenient, gratiæ, misericordiæque obtinenda locum superesse; æternis adhæc flammis torquentur: unde fit, ut incessanter, & assidue Deum detestentur, blasphemant, & hominibus bellum implacabile indicant. Heu, si hæc animo uoluistem, sufficere sanè poterant ad docendum, nihil esse, quod tanto Deus odio prosequatur, quanto peccatum, simulque

mulque me prudentioriem fecissent.

Et si nec Angelici peccati castigatio satis erat **Protopla-**
 ad effrenes meas ineptias compescendas, ipsa qua *sti peccati*
 hominum peccatum castigatum fuit, maiorum *prena-*
 haud dubio virium erat. coniçere siquidem ocu-
 los poteram in id, quod in ipso mundi primordio
 factum fuit, in ipsam inquam iustitiam qua ma-
 grus ille *Iude* Deus in protoplasti præuaricatio-
 nem animaduertit: Adamum intelligo primum
 mundi ciuem, naturæ delphinum, & miraculum
 in terra. Cum enim Deus sua illum manu com-
 pegisset, totius vniuersi regem declarasset, in pa-
 radiso loco deliciarum, & omnium locorum a-
 mœnissimo, ac iucundissimo constituisse, pluri-
 mis tunc naturæ, tunc gratiæ dotibus insignitum,
 & æternam illi felicitatem esset pollicitus; ecce,
 quam primum ut peccatum inobedientiae admi-
 sit, Dei inimicus factus est, omnes illius dignita-
 tes, & perfectiones ablatae, nudus, ut omnino re-
 transferit, inops, & naufragus. Deus siquidem
 meritò commotus, nudum illum, & vnum, omni-
 bus spoliatum, diuinijs, & gratijs à se reiçit, cæ-
 lum vindictam de delicto sumens à summo felici **Quantum**
 tatis gradu in imum malorum barathrum, mise- **malorū id**
 triarum iliadem, in mantum labores, in sudorem **in mūdum**
 vultus illum præcipitat: & quod maximè miran- **inxerit.**
 dum, & dolendum, omnis illius posteritas in ean-
 dem miseriarium abyssum præceps lapsa submer-
 gitur: id est, omnes qui modè sunt, qui que olim
 vixerunt, & ad finem usque sæculi viæturi sunt, pa-
 rentis sui ærumnatum hæredes, ac successores, tan-
 to dignis criminis supplicijs castigantur, & in eter-
 num castigabuntur.

An nesciebam, quod omnes tamen sciunt? an Peccatum
 nesciebam, primum peccatum, quod originarium erigitur.

C. est,

omne malū est, Pandoram quandam fuisse, quæ omnia mālo
in orbem rum genera in homines effudit, & ianuam apper-
inuexit. ruerit, per quam miseriarum ilias in mundum
irrupit. Hinc enim, iusto Dei iudicio, & æquissima
vindicta corporis morbi orti sunt, mortis angu-
stia, naturæ flagella, creaturarum rebellio, bello-
rum denuntiationes, fortunæ casus, diabolorum
conspirationes, animatum damnatio, aliaque plu-
rita, quorum origo vniico primi parentis lapsi
adscribi debet. Quæ cùm ita fuerint, & ipse hoc
ignorare non potuerim, an alieno non sapui ma-
lo? cur idem omnino crimen incurti, immo, & ma-
iora, & plura? cur syrtes has non evitauit? cur cha-
rybdes, & abyssos non declinauit? cur ad vada illa
cymba mea adhæsit, naufragium non pertimescens?
cur admittens peccatum pœnam peccatori debi-
tam, & tempestatem miseriarum illi imminētem
non timui.

*Quomodo
in omni sæ-
culo casti-
gatum fue-
rit peccatū*
Genes. 6.

Genes. 19.

Num. 21.

Actor. 5.

Quænam tuæ cæcitas fuit Anima, qua te, admis-
so delicto, in calamitates præcipitem dedisti, cum
scires, quæ rigidè Deus peccata aliorum semper
in omni ætate castigarit: nam tempore legis natu-
rae, & Noachi vniuersum terratum orbem aqua-
rum diluicio'obruit: Sodomam, & Gomorrham
sulphurea, & ignita pluia extinxit: Tempore le-
gis Mosaicæ murmuratio Dathan, & Abironis,
Saulis inobedientia, & adulterium Dauidis satis
ostendunt, quam seuerè Deus in eadem delicta
animaduérterit. In lege Euangelica mendacium
Ananiæ, & Sapphiræ satis clamat, quam graui sup-
plicio Deus id vltus sit, quamquæ rigidè puniat a-
lios, qui peccatis onusti mortalibus hinc decedunt,
pœnis sempiternis, & tormentis terminari nescijs
eos tradendo.

Et quamvis omnia hæc ignorasses Anima no-
ueras

ueras salrem tantam peccati malitiam esse, & CETERA Peccatum
uitatem, vt filium Dei coegerit cœlo descendere, Dei filium
Angelorum consortium deserere, vt in terra inter in terram
homines conuersaretur, carnem nostram in morte expavit.
talem assumeret, vt in ea pateretur, atque ita mun-
di crimina expiatet, in cruce moretur, & mon-
strum hoc cruci affigeret.

His de rebus certa esse poteras, & certo cer-
tior; cum enim letalis peccati malitia infinita sit,
& sine terminis, utpote quæ aduersus infiniti
Dei bonitatem commissa sit, nonnisi infinita etiā
satisfactione expiari poterat. Adeò ut necesse fuisset
alioquin, vel infinitam hic pœnam subire, quā
creatura, quæ finita est, tolerare non potest; & vel
in infinito tempore pati, ut iam damnati apud infe-
rios patientur; aut potius inuenienda esset creatu-
ra quædam, quæ quid amplius præter communē
creatrarum conditionem contineret, quæquè di-
gnitatis esset infinita, quo infiniti meriti actioni-
bus, & operibus Deo satisficeret; talis autem fuit
persona Christi Iesu, qui pro amore, quo erga sa-
lutem nostram tenebatur, hocce negotium aggre-
di non dubitauit.

Adeò ut hinc colligere sit, quod quemadmodū
peccata auctores suos damnant, & infernalibus
supplicijs afficiunt; vel quemadmodum furta, &
latrocinia fures, & latrones ad patibulum ducunt:
ita quoque delicta mundi, & hominum scelera, fi-
lium Dei coegerunt humanitatem nostram aslu-
mere, &, quod ut immortalis facere nequivat, in
monte Calvariae emori. Ego tamen his non ob-
stantibus malefacere non desisti, vitijs quæ me to-
tum tradere.

Cur homo brutis brutior, & talpis cæcior prius-
quam vitijs te immerges, non considerasti, Iesū Christus
mortum.

crudelissimam per-
Christum, qui eadem in humeros sustulerat, quod
eorum grauitatem, & pondus magis magisque
demonstraret, vitam non modò elegit plenam la-
boribus, & afflictionibus, sed mortem etiam crude-
lissimam, & turpissimam subiisse; atque hoc ut ex
iustitiae rigore, infinita satisfactione, talium ini-
tatem criminum absolute aboleret, & expiatet.

Vnum pecca-
tum nostrum
Christi passione expia-
ri debeat. Quodque etiam deterius, cogitare debebas in-
felix creatura, ob unum tuum peccatum, tameis
alia nulla in modo forent, passionem Iesu Christi ne-
cessariam fuisse, & enormes illos cruciatus, &
tormenta, que eandem comitata sunt: nam quem-
admodum non minus hominem interficis, cum
solus cor illi gladio transfigis, quam si decem si-
carios tecum haberet, qui hanc tecum cædem
peragerent; ita quoque unicum tuum peccatum
mortale, ad cuius expiationem Dei filij mors ne-
cessaria erat, non minus causa est passionis Christi,
quam si omnes totius orbis peccatis graua-
tum in cruce pendente cerneret.

Peccator iterum Christum crucifixit. Te igitur, perfide peccator, reum mortis, &
passionis Redemptoris tui peccando constituisti:
Tua scilicet sacrilegia, crimina, & impietas tan-
ta illi supplicia præpararunt. Tu fuisti Iudas, qui
illum tradidisti, tu carnifex illum cruci suffixisti:
tu clavos parasti, quibus manus, & pedes illius
transfigeres; tu spinas produxisti, quibus sacrum
illius cerebrum perforares: tu lanceam sustulisti,
qua latus illius aperites; tu crucem erexisti, in
qua expiraret; tu es inquam patricidia, qui mor-
tis huius causa extitisti: tu tantam illi ignomi-
niam interrogasti; tu toties Deum tuum derisisti; tu
toties sacrum illius vultum conspuisti; tu oculos
illi velasti; alapis tu eum percussisti, & mille
injuria um genera interrogasti. Et etiamnum vi-
uere

uere audes? anne coram hominum oculis compa-
rere? Deumne adhuc audes offendere, peccata-
prosequi, & in vitijs tibi complacere?

Quasi nescires, nihil in orbe esse, quod dæmo-
nes, hostes nostri iuratissimi, diligent ardentius, ni-
hil quod illos delectet magis, quam vitia, & pec-
cata: hæc illorum deliciæ, voluptas, & recreatio.
Atque ideo nec aurum, argentum, gemmas, the-
sauros, nec exquisitas epulas sectantur, omne illo-
rum studium, & solicitude circa fôrdes has, &
quisquilijs versatur. Dæmon igitur quidam fui-
sti, quando neglectis diuinijs cœlestibus, mundi
te peccatis inuoluisti.

Rex Sodomorum è prælio reuersus dicebat A-
brahæ: *Da mihi animas, cetera tolle tibi.* Barbarus
hic, teste magno Gregorio, diabolum inferorum
tyrannum repræsentabat, qui in vitæ huius confli-
ctu, quo animas acquirat, cetera contemnit; has
autem sine peccato obtinere nequit, nec nisi per vi-
tiorum pedicas irretire, atque in hoc summoperè
delectatur.

Voluptatem, quam è peccato diabolus haurit,
declarant etiam continuæ illæ tentationes, quibus
hominem oppugnat, nullam illi quietem indul-
gens, sed assiduo illum ad peccandum inuitans, &
solicitans: quina iam annorum millia in hoc nego-
tio impendit, totisque conatur viribus, ut homi-
nem ad delictum pertrahat, nouas quotidie artes,
& rationes excogitans, quibus illum nihil minùs
opinanter aliquo modo peccare cogat, & quò
plures, & sèpius, ac profundius erroribus immer-
git, eò redditur audacior ad nouas artes excogitan-
das, & animosior.

Adeo enim surit, & bacchatur, ut per omnia Job. 1.
quæritans discurrat, & uniuersum terratū orbem

Nihil est,
quod tan-
tovere Dæ-
mones a-
ment, quā
peccatum.

Genes. 14.

Nunquam
desinunt d.e
mones ten-
tare hoies.

Dæmones obambulet; testis sit tentator ille Iobi , qui totum mundum percurrerat; itaque anxius & sedulus est, nullam ut requiem diu noctuque, vti Zizaniorum ille seminator, inueniat . Quam igitur fui demens qui peccando inimicis meis gaudium attuli , & enormibus delictis meis diabolos recreauit.

Peccatum Infelix homo, infamis, vilis, unfortunate, & detestabilis, cur vbi peccaui, non considerauit animam, anima abominabilem reddit. quæ imaginem Dei sui in se concludit , quamdiu in statu gratie, & Dei amicitia est, adeò pulchram, formosam, & monilibus spiritualibus instructam esse, vt Domino illius complaceat habitare in ea ; at quamprimum, vt peccato consensit, adeò sordidam, abominabilem, & foedam reddi, vt si peccatori eam videre contingeret, intueri eam sine horrore, metu, & formidine non posset.

Mala que Infelix anima videre tuam vis anatomiam? audi te potius vis ruinam, direptionem, & casum in anima peccatum causatur. tuum ? diuinis beneficijs eo ipso priuata es , Deus te deserit, & derelinquit, eiusq. gratiam, & fauores amittis , meritorum Christi non amplius participas; paterna Dei tui prouidentia excidiſti , omnes tibi infuse virtutes, & dona Spiritus sancti eripiuntur . Ecclesiæ bonorum , & thesauri non es amplius particeps, nec ullam in conscientia tua pacem, aut securitatem habes : arrhas denique regni cœlestis, meritum, & fructum omnium bonorum operum , quin , & vitam sempiternam amittis . Quid verò his omnibus amissis es ? quam turpis, abominabilis, horribilis, & tetra?

Mala ex- Sed quid nihil hæc propemodum sunt, & non tremma que nisi modica calamitatuum tuarum pars; longè alias peccatum tibi peccatum adfert: odium , & furorem Dei tibi in anima conciliat; foedissimis te sordibus inquinat, & com- causatur. eternæ te damnationi adiudicat, de li-

bro vitæ te delet , auxilium, & præsidium tibi au-
ferr, mancipium te reddit diaboli, eiusq. catenis te
grauat , acrem tibi conscientiæ remorsum impri-
mit, periculo in maiora delicta incidendi te expo-
nit, pudorem tibi indit, quo confiteri erubescas, &
difficultatem suggerit , qua sceleribus satisfasias:
denique te hominem ratione præditum, & iudicio
dotatum, in bestiam te ferocissimam , & fœdissi-
mam commutat.

Hinc David brutam primorum præuaricato. *Psal. 48.*
rum stupiditatem deplorans, qui nescio quamobrē
tanta felicitate exciderant , & bonum suum pes-
sum dederant, suspirabundus dicebat: *Homo cùm
in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis
in stupientibus, & similis factus est illis.* Quàm be-
nè hæc infamia Psalmographi verba in me retor-
queam ? Ego quippe post tam iniquum patrem ,
conditionis meæ dignitateim, & essentiæ excellen-
tiæ non attendens, peccato me venundans, be-
stiale conditionem indui , & bestiarum ritu
vixi .

Ecquæ mea igitur nequitia? quomodo tam fa- *Homo ad
cile in peccata prolapsus sum, cùm tam graue peri-
culum sit, res tam periculosa, ac tam enidens discri-
men? quomodo his me casibus inuoluerem præsum. re debebat-
psi , cùm ad vnicum peccati moralis nomen ita-
me exhorrescere par esset, ac si cœlo fulgur in ver-
ticem meum delaberetur , vel infernalis abyssus
fauces ad me deuorandum laxaret.*

Quin & venialia peccata homini iusto pertime- *Peccati ue-
scenda sunt, eo solum nomine, quod pœnæ nos o-
bligent aut in hoc, aut futuro sæculo persoluendæ, etus in anti-
quod aliquot animæ maculas affracent, quod cha-
ritatis feruorem extinguant ut aqua flammarum ,
quod animæ vires debilitent, ut viatorem sarcinæ,*

quod iter ccelos versus difficile reddant, quod pre-
mium, & vitæ æternæ meritum imminuant, quod
ad peccatum mortale viam sternant, noræ gratiæ
influxum impediunt, pietatem turbent, Deo que,
& Angelis displicant. Ego verò nec mortalia ti-
mui, nec vilam in illis perpetrandis difficultatem
sensi, quæ longè alia profecto mala adficiunt, &
multò magis abominanda.

*Vt quis u-
niuersum
mundū lu-
cretur, nul-
lum venia
le peccatū
admitten-
dum est.*

Quid cogitauit Domine, aut spectauit? sciebam
nefas esse unum veniale peccatum admittere, etiā
si certissima totius orbis conuertendi spes hac ra-
tione affulgeret: & interea ipse in conceptibus
meis fascinatus, omnibus vitijs liberas habenas
laxauit, & in omne delictorum genus etiam leta-
lium, quorum vel unum sufficiebat ad uniuersum
mundum condemnandum, præcepit rui.

*Nihil pec-
cato hoc in
mundo for-
midabilius*

Quomodo me, anima mea, direxisti? quomodo
me oculi deduxisti? quomodo me docuisti ra-
tio? Instar bestiæ directus sum instar ceci deductus,
instar fatui edocetus, omnes meæ inclinationes cor-
ruptæ sunt, & depravatae. Timere solebam vipe-
ras, horrere monstra, fugere bufones, formidare
chimeras: sed hosce horrores concubans, & qua-
si sensus expers peccatum omnium horribilium hor-
ribilissimum, & rerum omnium maximè abomi-
nabile, non horruī, fugi, aut formidaui.

*Demonū
aspectus
terribilis.*

Omnium iudicio constat, demones tenebra-
rum princeps omnium mostrorum esse tetri-
mos, & fœdissimos, quales nunquam aliquis in re-
rum natura vidit, & visu adeò deformes, ut vel uni-
cus eorum aspectus homines interficiat. Nihil au-
tem adeò illos deturpavit, insignemque eorum
pulchritudinem imminuit, quam peccatum, quod
e pulchris, & diuinis Angelis diabolos illos, & om-
nium creaturarum turpissimos reddidit. Si igi-
tur

ut cuncti infernales hasce furiæ horrent , cur
ego peccata non timui , & fugi , quæ turpitudinis
tantæ causa sunt , & origo , & non minus turpia , &
abominabilia sunt.

Primus mundi incola Adam ante prævarica-
tionem capite erecto incedebat , securus , quietus ,
& nudus per paradisum ambulabat , nobilita-
te , immortalitate , ac beatitudine dotatus , in om-
nia animalia imperium obtinebat omnibus crea-
turus speculum , & imago pulchritudinis erat , &
quocunque , & quandocunque lubitum erat per
amœnissima illa viridaria sine veste , pudore , con-
fusione , nulliusque rei metu ingrediebatur . At
quamprimum , ut delictum amisit , ita subito mu-
tatus est , ut pulchritudine in deformitatem , au-
dacia in confusionem , felicitate in infelicitatem ,
nobilitate in dedecus , nuditate in pudorem , im-
mortalitate in mortis cineres , fortuna bona in æ-
rumnas conuersa , seipsū horruerit , adeo ut podo-
re suffusus , & præ verecundia comparere non au-
dens , etiam si solus cum vxore in mundo esset , la-
tebras petierit , & folijs nuditatem velarit .

Magnus ille orator Cicerone dicere solebat , vir-
tutem tantam pulchritudinem præse ferre , & in-
cludere , ut si hominum oculis aspici posset , omnes
in sui amorem traheret . Si ille hoc de virtute : de
peccato si sermo incidisset , contrarium penitus di-
xisset , esse scilicet obiectum adeò horribile , ut si
oculis certi posset , omnes omnino homines per-
terrefaceret , & in fugam conijceret .

Solus ego (hem infelicem ?) pulchritudine ,
& excellentia virtutis capi non potui , nec eam
vñquam vidi , sed toto semper affectu ad peccan-
dum contendi , & tenerè semper peccatum dilexi ,
illud quæsui amplexus sum , foui , & ceteris rebus
ante .

*Adami
post admis-
sum peccä-
tum pudor*

Cic. 108.

anteposui, nec illius umquam horrorem consideravi; & quod omnes detestabantur, hoc toto ego conatu quæsui; & toto affectu dilexi, eique totam animam meam, & vitam dedicaui.

*Notabilis
D. Ansel-
mi senten-
cia.*

S. Anselmus magnus tuin doctrina, tum sanctitate dicere solebat, se, si hinc videret accensum ignem infernalem, & illinc peccatum mortale, sibi quæ data esset alterius eligendi optio, electuru se potius in accensum illum ignem præcipitem, deiici, æternisque flammis mancipari, quam peccato consentire, & huius se reum constituere. Cur non, & ego illius animi fui, cur non tam defæcati iudicij? imò verò mille potius delicta commissæ mortalia, quam vel minimum tormentum sustinuisse.

*Meditatio
Patrū con-
templati-
uorum.*

Atque ideo Patres omnes contemplatiū assunt, Sanctos omnes, cælesti beatitudine iam gaudentes, si Deus illis proponeret, (quod fieri tamē non potest) ut vel cælestem beatitudinem deserent, & infernum adirent, perpetuis cruciatibus affligendi: vel maiestatem diuinam peccato mortali offenderent; quamprimum electuros flammis infernalibus potius aduri, quam peccato mortali Deum offendere. O animos heroicos, ac diuinos! Quam dispar mihi mens fuit? milena, & decies milena potius peccata commissem, quam ut vel minimam voluptatulam contemptisse, vel aliquid de delicijs, quibus frueretur, remissem.

*Peccatorū
agnitio.*

At modò agnosco errorem meum Domine, casum meum deploro, abominor, virtus detestor, & veluti pestes euidentissimas fugio; contritione cor vindictam sumer, confessione lingua, satisfactione opera, & totum corpus pœnitentia. Mille potius mortis genera pati paratus sum, quam amplus

plius in delicta delabi. Veniam da Domine huic peccatori, reo huic gratiam concede, delictis, remissionem exposco, & tuam misericordiam imploro.

Dauid, qui, sicuti ego, peccauit, at non toties, ac tam grauiter delicta sua agnoscens, ita indoluit, itaque eadem detestatus est, ut suspirare se, singulare, eiulare, & imo de corde ingemiscere assiduo ob illa diceret: quo aliud insinuare noluit, quam tantum de admisso peccato, & Deo ad iram provocato, dolorem se concipere, ut voce illum humana exprimere non posset, sed rugitu leonino, & bestiali quodam v'lulatu, & eiulatu opus fuerit.

Huc scilicet redactus sum Domine, & ad extre mos dolores perueni, ita nempe mihi peccata iam displacent, tantumque dolorem intrinsecus concipiō, quod diuinam tuam maiestatem offendit, ut quō extre m tibi dolorem, ostendam, oculis semper fletu madentibus, corde assiduo suspirante, ore clamante, uoce te humana iam alloqui nolim, sed leonis instar rugire, & pedibus tuis supplex aduoluimus, bestiarum instar v'lare decreuerim. Ita nempe peccata detestor, & execror, ut humane exclamations, & accentus ad eadem exprimenda non sufficiant, sed eiulatus, mugitus,

& boatus anima-

lium maxi-

morum

assumere, sit animus.

*Dauid pec-
cata dete-
stans est.*

C A P V T III.
Ingemiscit ob Animæ ruinam.

*Hei mihi q̄ grauibus premor undiq; & vndiq; curis,
Anxietasq̄ animum quām grauis intus edit?
Me, me nam mala cuncta premunt, bac unica saltēt
Sors mibi sit, sortem posse dolore mēam.*

*Peccatum
animæ sta-
tiū euerit.*

Onus, & deploranda rerum facies, & conuersio? ò terribilis commutatio, & metamorphosis? Anima mea cœlorum amica, creaturarum omnium domina, quæ, vt Cupressus procula inter ceteras eminet arbores, inter ceteras mundi creaturas caput extollebat sublimius: illa inquam, quæ tam magnificè Dei sui imaginem fronti inscriptam præferebat, quæ gloria, & splendore mirum in modum resplendebat iam prostrata iacet, deturpata, deformis, illutus, & sorribus oppleta, fuligine infecta, adeò, vt nemo illā posset agnoscere.

Anima, q̄ in peccato est merū de fertum est. Hem, quo in statu te modo video superba, & elata creatura; superbarum potentiarum tuarum insolentia, & rumor iam satis depresso est, iam omnes facultates tuæ mera sunt demolitio, ruderia, ruina: circumsecus respiciens quæro, ubi sint tot præclaræ virtutes, quæ essentiam tuam nobilitabant, at non video hic aliud, quām vastitatem, & solitudinem, nihilq̄ aliud cogitationes tuæ parciunt, quām coruos, noctuas, bufones, & cineres: non etiam aliud, quām desertum, viæ tuæ herbis succrescentibus repletæ sunt, circum te vrticæ, & cardui silvescentes, viria inquitam, & passiones, desertum quoddam constituunt. Nulla in vicinia appa-

apparet virtus, nullum boni hic operis videre est
vestigium.

Ecquæ Domine mutatio? pia illa exercitia, quæ viam tot sanctis conceptibus pandebant, vitijs illâ Intelle^{ctu}s hominis p iam occludunt. Insigne illud ingenium, quod perfectionibus insignitum, tanta maiestate Dei tui peccatiū de prauatus. laudes decantabat; iam penitus obscuratum est, & perijt, & aliam vocem non edit, quam lamenta, & lachrymas; iam sui pudore tactum, oculos cœlum verius conuertit, si forte vincula captiuitatis distumpat, atque hac ratione forsitan iram illi impendentem auertat, & furorem exuat.

Nobiles illæ facultates, raraque naturæ dotes, Peccatum quæ candem pulchritudine sua insignire solebant, destruit omni stellæ noctem, euanuere, & emarcuere, & mentis horrorem, & terrorem præseferunt: intelle^{ctu}s Etus meus brutalis factus est, voluntas fera, & memoria in metam obliuionem conuersa. Peccatum Dan. 9. siquidem colorem, & decus illorum abstulit, quæ cum video, tot mortuos viuentes video, videor.

Video iam magno sanè damno meo, magno inquam dolore, veteres illas figuræ, & emblemata casus mei prænuntia, in ruina mea adimpta. Iam reuera sceleratus ille lapillus, peccati symbolum, superbiae, & præsumptionis monte delapsus, & fragilitatis meæ pedibus allapsus, ingentem animæ colossum, tot è metallis confiatum, auro, argento, ære, ferro, & terra, id est, multis dotibus, & perfectionibus diuinis exornatum, deiecit, & in cineres redigit.

Iam sum infelix ille viator, qui descendens Iero Luc. 13. solymis in Iericho, id est, è statu gratiæ in peccatiū, & per mundi huius deterium proficiens, misere in saeuorum latronum, id est dæmoniū, manus ceci- di,

di, qui omnibus me despaliarunt, virtutes diripuerunt, bona opera pessimamente dederunt, omnia merita prædati sunt, & vulnera gravissima inflixerunt; adeo ut intellectus sit factus obtusus, voluntas corrupta, & concupiscentia estrenis, & derelicto me seminece*ijs* solis, quæ à natura habebam, relictis abierunt. Quis igitur salutis rationem habebit? quis ille futurus Samaritanus, qui mecum charitatem exercebit.

Diaboli glo- Solis iam viuo suspirijs, nihil vitam amplius riantur *vbi* animat, nihil pulmones commouet, quam solus quemquam dolor, qui eosdem inflat, qui gravitate sua me opin peccatum primit, & amaritudine excitat; amarus scilicet nimum dolor est, *vbi* video animam in captiuitatem redactam, in triumpho ab inimicis iuratissimis ductam, & illius exultijs eos inducos, illius casu lato*s*, & exultantes, illius paupertate ditatos, & illius casu, & impotentia factos potentes.

Era Dei ad- Sunt hæc scilicet flagella iratum tuorum Domini uersus peccatorum. ne: Heu? satis iram tuam in me effudisti, sat ssuperque me sentire fecisti, quam dura sit, & grauis vltionis tuæ manus, & omnia severæ tuæ iustitiae flagella in me exercisti: cumq; videtes delicta mea in infinitum excrescere; similem quoque *ijs* pœnam præparasti, & sanè nihil tale, nec adeo deplorabile unquam visum fuit.

Ita spei meæ florem amisí, omne animæ ornamentum evanuit, & miserum in modum direptum est, nihilque integrum ei relictum præter integras ruinas: Ipolatus sum omnibus bonis, paradise exactus, in seruitutem redactus: iam oculis dimissis incedendum, & capite deiecto, misere

Peccator suspirando, & casum meum deplorando. *collatus fi-* Iam represento casum filij illius prodigi, nam, *lio prædico.* quæ mea infelicitas? patris, ac Dei mei domo egredius,

Sus, in tam longinas peccati regiones profectus sum, ut postquam luxuriosè vixi, & omnem meam substantiam dilapidavi, penitus iam nudus sum, & à toto mundo derelictus, desperationi proximus, ad escas pororum redactus, & extrema necessitate pressus, nulla ut mihi vitæ ducendæ ratio supersit, aut alia salutis spes, quam ut ad Deum meum me conuertam, eiusque misericordiam implorem.

Calamitas quæ me vrget, & cruciatus, quos per- *Ruina quæ*
fero efficiunt, ut errorem meum iam agnoscam : *peccatum*
ruina quam in re iam re ipsa experior, iudicare me *anime af-*
cogunt de inimicorum meorum crudelitate, & vi- *fert satis o-*
tiorum nequitia. Sed ò sera recordatio, citius te ve *stendit, quæ*
nire oportuit, ut me à tam praua, & abominabili *ta sit eius*
vitæ ratione auerteres, si non ex mero Dei amo- *malitia.*
re, saltem ex futoris ipsius metu, quem toties iam
expertus es. Sera quippe est recordatio, quæ post
peccata sequi solet, & parum congrua pœnitentia,
quæ nonnisi post supplicia sequitur.

Oculi haud dubiè mei obtusi erant, & hebetio- *Peccatum*
ris visus, qui tantam malorum seriem, & conca-
renationem, quæ post peccata sequi solebat, pœ-
uidere non poterant. Sed quid ? hæ peccati artes,
& astutiæ sunt, quod ita amicos, & clientes suos
excœcata soleat, nullamque eis pœnitentiam sugge-
rit, quam dum sera est, & tempus pœnitenti non
datur; in tentationibus oculos ijs velat, & aperit,
quando res iam peracta est, & supplicium irro-
gatum.

O peccata detestanda ! vos vnico instanti de-
molita estis, quod tanto annorum spatio, tanto
ipse sudore ædificaueram ; & tam profundè demo-
lita, ut non sit relicta lapis super lapidem, virtus
super virtutem, gratia super gratiam, ad funda-
men-

mentum vsque fidei omnia diruistis, adeò ut de anima illud dicere liceat, quod de domo illa Eu-

Matth. 7. gelica : Et fuit ruina eius magna.

Anima peccato iniquata diabolorum exploda. Vos in causa estis, virtus execranda, quod toties illa in grauissimam calamitatem prolapsa sit, causa inquam estis, cur illa iam omnium fannis, & lugnientur, que dibrío sit exposita. Omnes enim creature, quae illam, priusquam fœdus vobiscum mirent, honore prosequabantur, & reverebantur, illam iam exsibilat, & explodunt. Pudor ipsius, & confusio omnibus oculis patent, & scopus est, in quem omnes deridentes collimant.

Anima diuinitatis habitaculum. Quam nequiter me, ò peccata abominabilia tradidistis? absque ulla misericordia, & mensura me afflixistis: in id quod maximi faciebam, & præceteris existimabam sanguinolentas vestras manus iniecistis: nulli rei, quam ut sanctam, & antiquam habebam, pepercistis. Sacrilegè manus vestræ Diuinitatis habitaculum, ac gratiarum illius domicilium destruxerunt, & ornamenta templi animæ meæ diripiuerent.

Nihil miserius anima peccatis iniquata. Nihil me miserius iam videri potest, nam ubi in chaos ruinæ meæ oculos coniicio, & dignitatis meæ reliquias contempler, nihil in rerum natura mihi esse videtur funestius, & ab eo tempore, quo oculos habere coepi, nullam calamitatem meæ similem video vidisse, & dum hanc desolationem intueor, lachrymas cohibere nequeo.

Heu? verè plorare iam ad solamen meum cogor; cum nulla mihi aliunde suppetat consolatio, mihi inquam, qui olim vidi animam meam tot tantisque donis locupletatam, à Deo suo dilectā, Angelis charam, & dæmonibus horribilem, ac metuendam; qui inquam se penumetò illius splendorum, ac dignitatem vidi, & iam pro dolor? il-

Ius ruinam, & destructionem contempnor.

Videre mihi iam videoꝝ vrbem uallo denu-
datam, in quam omnes promiscuè hostes irruerunt,
qui non domos modò deripuerunt, ciues iugula-
runt, sc̄eminas constuprarunt, palatia solo æqua-
runt, sed omnia ad ipsos usque lapides abstulerūt.
Videre videoꝝ uineam sine septo feris animalibus
obsitam, quæ non modò vuas collegerunt, &
destruxerunt, sed septa confregerunt, eiusque propa-
gines, & truncos euulserunt.

Docuit meo me Deus dispendio, furorem, & po-
tentiam suam, uindicta illius cœlo delapsa, in ca-
put meum fulminis instar irruit, & ad ossium meo
rum medullam penetravit, omnia deiecit, commi-
nuit, confregit; ita ut iam non sim homo, sed de-
bestiarum numero: & quod deterius, merum ni-
hil; nam peccatum, quod meta priuatio est, omni-
bus me rebus priuauit.

Denique sub peccatorum pondere me penitus
prostratum video, & in humeris meis uelut intole-
rabile iugum delicta mea sentio, quæ me supplicijs
diuexant. Iure igitur dicere iam possum, in pro-
fundum me malorum deuenisse, & in manus ini-
mici decidisse, cuius è manibus nunquam libera-
bor, nisi cùm uita decedam.

Ecquæ tibi in malis tuis in posterum affulget
consolatio? quæ tibi spes reliqua est, & qua in re-
sita? cùm peccatum, infernale illud monstrum, ani-
marum tyrannus, Dei hostis, totius vniuersi grádo,
omnem virtutum, & bonorum conceptuum radi-
cem eradicarit, illas penitus ejiciens, hos in capti-
uitatem redigens?

Heu? Quo in me impetu, ac crudelitate omnia
hæc mala debacchata sunt: omnes animæ faculta-
tes, instar vrbis ui interceptæ, plateæ morti.

Dei vindicta de peccatis.

Peccatorum crudelitas minus inimicus.

Peccatum animarum inimicatu-
tyrannus.

enīs copertæ sunt, omnes potentiae, ut ossa corporis, in eculeo torti, loco motae sunt, vidi omnia sursum deorsum inuerti, & quadrata rotundis cōmutari; cor intrinsecus commotum est, & oculi ut fontes lacrymas emiserunt.

Peccator animā perdit. Quid igitur iam faciam? ecquod in afflictione mea quātam remedium? unicus ad solamen mihi restat fletus. quid aliud enim facere possim, cūm animam perdiderim? hanc mihi hostis vi extorsit, dominium in me, & facultates meas obtinuit, & uitam exoptem longiorē, ut diutius tantam miseriā cogor intueri?

Anima ruina confertur cum casā casu. Tantam inquam miseriam, ut ad hanc dignè exprimendam, casæ alicuius exiguae luto, & sputo, ut dicitur concinnatæ, & palea cooperatæ, casum imaginari necesse sit. Dum enim tempestas ingruit, omnia dissipat, culmen deiicit, fundamētum euertit, partem huc, partem illuc rapit, omnia quæ destruit, nihil minus illius, ut supersit, quām in loco ubi sita fuit. Ad eundem modum cum anima mea actum fuit: vix enim ipsa tot gratiarum, & insignium virtutum, quæ illam mirum in modum exornabant, remansere vestigia, è quibus colligere liceret, illas ibidem aliquando inhabitasse; nullus de ijs sermo, nemo illatum meininit, ac si nūquam ibi comparuissent.

Mira anima peccatis subiecta desolatio. Quin & misere concussa fuit, & agitata, & ad terram deiecta, nullus ut lapis super lapidem in illa remanserit, portæ illius prostratæ, cardines euuli, obices effracti, claustra disrupta, vtque metaphorice loqui desinam, tam infelicit, & misere à peccato habita fuit, ut assidue ploret, & suspirabunda ingemiscat, tetricam, & funestam vultu solitudinem ostendens.

Sed ad summum calamitatis cumulum accessit,
quod

quod priusquam ad terram collaboretur, omnes omnium laborum, sudorumque fructus viderit amissos, merita perdita, uirtutes in captiuitatem redactas: vidit inquam legem Dei in se abolitam, vidit omnia dona, & gratias, quas in pignus amicitiae, & fœderis artus illi contulerat, reuocatas; unde videre potuit illius se amicitia excidisse, cum pignora, quæ dederat denuo repetit.

Anima,
quæ in pec-
cato ē Dei
amisit.

Atque idcirco non amplius vti solebat, eidem se manifestauit, suum ei Spiritum, vti consueuerat, dare desire, dulcis consolationum imber exaruit, fauoris, & benevolentiae signa subtracta sunt, imò penitus illam neglexit, ac vilipendit, in dubijs illi non consuluit, nec in deuio errantem deduxit, deferruit illam, vt oues per agros sine pastore, duce, conductore errantes.

Deus negli-
git anima
peccato in-
quinatum.

Quamobrem, ita à cœlo derelictus, & à toto mundo desertus, nullumque iam à Deo meo auxilium inueniens, cum nimis ad preces meas obfurderit, omni destitutus solatio quid aucturus sim ignoro; vnum hoc scio, vt scilicet in terra prouolutus, & cubito innixus eiulabundus suspirem, & somorem, calamitatemque meam ita defleam.

Peccator è
cælo, & ter-
ra desertus.

Misera, & infelix creatura, quomodo calamitas tuas depingam? quibus verbis ad viutam tam lugubrem, & funestam sortem exprimam? Cui postissimum rei afflictionis tuae magnitudinem comparabo? neque enim mens illam in ea posset comprehendere: peccatum omnia tua turbavit, & promiscue confudit; ipsa iam est suppliciorum, & tormentorum seges, ipsa abyssus es sine fundo, & termino, & fœdissimum monstrorum recepitaculum; nil nisi tempestates, & procellas continet, assiduè in labotibus tuis fluctuat: maiora, miscella, tua sunt mala, quam omnium, qui in

Omnia pec-
catum tur-
bat, & con-
fundit.

terra viuunt, vnde igitur petes remedium?

Vide, obsecro, quò tua te vitia abripiere, vide
Mundus *quò te fascinans mundus deduxit, vide quibus te*
vanitatib. *malis inuoluit, vanitatibus, & mendacijs inanite-*
suis pecca- *te pascens. Vide, inquam, vbinam sis modo infe-*
tore *lix, ac miser peccator, vide ut somnia, & inanes ti-*
tores inef- *bi proponendo chimeras, & inanias metas, ac præ*
cat, & deci- *sumptuosas consectando, tuis in conceptibus pe-*
pit. *rieris, atque ideo simul, & damnum, & confusio-*
nem sustines.

Omnib. im- *Omnes enim, qui in te transeundo oculos conii-*
pij sunt lu- *cunt, & eminùs te conspicantur, sortem tuam lu-*
dibrio excipiunt, & explodunt, manus admirantes
dibrio. *complodunt, te exibilant, subsannando quæ dicunt:*
Hiccine ille sanctus, ille inquam sanctus, cuius sa-
pientia, & virtus ita omnium lingua celebrabatur;
ille qui inculpabilis apud omnes, immo omnium
mortalium sanctissimus habebatur? hæc scilicet
impiorum merces, & vitiorum gloria, ac tri-
umphus.

Peccator *Vide miser, quid tibi Deus iam a longo tempo-*
non credit *re reseruauerit, quia à longo tempore merebaris.*
Dei minas *Omnia delecta tua coaceruauit, ut tandem semel,*
ueras esse. *cum vidi eadem in infinitum excrescere, vindi-*
ctam sumeret. Sæpè quidem tibi minas intenta-
uit, at credere nolebas illum, rem ad effectus, &
executionem, perducturum; sed ut vides rem exe-
cutus est, patientiam amisit, tuque modò flagella,
& iracundiam sentis.

Dens in p. *Putabas minas illius fore vanas, & friuolas, ve-*
missis side- *ritatem arbitrabaris esse nugas, & oracula fabulas;*
les. *at iam vides num mentitus sit necne, num præsta-*
re norit, quod promisit, & si tam potens sit in ope-
ribus, quam fidelis, & vera in promissis.

Quoties tibi prædixerat, se, nisi præceptis illius
pare-

pareres, & vitijs indulgere desineres, omnigenam tibi ruinam immisurum: unde num mentitus sit, vide ubi sis, fortè tuam considera, ecce totalem tibi ruinam induxit, penitus te perdidit, inimicoru te scopum constituit, omnem illis in te potestatem concessit, & qui Dei totus esse solebas, iam diaboli totus es.

O verba horrenda? talem habere Dominum Deus peccatoe calamitatem an-
detrecto Domine, tyranno huic parere nolo, illius excutere iugum desidero, te solum Domine agnoscere Dominum, mei igitur misertus in numerum tuorum clientum admittre, & si tibi sint oculi, in mea illos mala conuertere: si aures, in deprecacionem, & suspiria mea intende, & vide quanta mea sit miseria.

Vide, quo me peccatum redegerit, respice in Anima
quo verser diluuiio; proinerni, facio; misericordia Dei sui imaginem
tua penitus indignus sum, concedo; mei ipsius maiuscausa sum, certum est; sed ideone iram in mea tuam exercere non desines, ideone misericordiam tuam subtilahes, ideone perpetuum bellum geres?
ideone animam perdes, quæ tua præfert insignia, colores, similitudinem, & imaginem?

Iam igitur me Domine, qui cuncta tueris, inter Misericordia
mortuos numeras, ut qui pectus peccatis confixum habeam, caput decaluatedum, & sinum latis plagis Deo propri
patentem, unde sanguis largè profluit; vides me, oculos iam ad coelum conuertere, & iunctis dextris auxilium implorare, ne quæso peccatorum in eorum memoria misericordie te cogat obliuisci, Deus esse desineres si misereris nolles; quid prodesset omnipotentem esse, nisi simul clemens, & benignus esse velles?

Sed quid dico: quid cogito? illumne te ad clementiam flectere posse speras, quem delictis ita diae dignus?

54 HERACLITI CHRIST.

offendisti iuste permisit, cum ita illi id visum sit; in has me calamitates incdere, ut ita supplicia ini-quitati debita persoluere inciperem, manu-
suam grauauit super me, illiusque gratia in indigna-tionem implacabilem, commutata est, nullam ut
relaxationem mereat.

**Peccatum tenebris a-
nimam of-
fuscat.** Ipsum scilicet peccatum tanta mihi mala pepe-rat, ipsum omnes delicias meas diripuit, ipsum ob-scuritatem animæ attulit, tenebras mihi densissi-mas circumfudit, iucundissimo me lumine spolia-uit, in obscurum, & terrum me carcerem compe-git, in quo nec solem, nec lunam, nec stellas intuor,
& tenebrarum caligine inuoluerat.

**Peccatum modum a-
nimam di-
nexat.** Profectò vnica hæc me calamitas, ut alias tac-i-tus præteream, ante tempus veterascere fecit, præ-tristitia rugas pellis mea contraxit, caro ex ossibus liquefacta quodammodo de fluxit, crines incanue-re, ipse propemodum sanguis in venis concrevit,
itaque debilitatus sum, ut nisi propediem hacce,
captivitate soluar, animam emissurus sim, & vita

Peccatoris captiuitas. excessurus. Ecquid Deus bone carceres, ecquæ capti-uitas: in maioribus profecto tenebris ago, & den-sioribus, quam apud inferos damnati. In tetro vi-vio carcere, in quo inimicus, postquam ianuam, & fenestras occlusit, aures mihi etiam obturauit: ad hæc ne captiuitate me proripiam, pedes compedi-bus habeo constrictos, & manus manicis ferreis compeditas.

**Peccatum teter car-
cer.** Et sane anima mea captiua est, peccatum illam carceribus suis detinet, carceribus in quarum ære foci-tioribus, infinali crudelioribus, nocte obscuriori-bus, in quibus iucunda, quam cum Deo suo habe-bat, conuersatione priuata est. Hoc si me percellit,
hoc mihi pallorem incutit, cum omnem consola-tionem, & speciem meam vnicum recisam istu intueor.

In

P A R S P R I M A .

*Qui extra
Dei gratiā
est, in tetro-
agit carcē-
re.*

In cæteris afflictionibus meis cœlum mihi refugium erat, & in Deum spem meam conijsiebam : at ab eo tempore , quo me peccatum inuasit , spē in Deum conijsiendi spes concidit , misericordiam formam meam agnoui , ac verè me captiuum esse iudicaui , & nullum mihi ad Deum accessum patere . An non hoc est in carcere viuere , nullam à Deo amplius opem exspectare , eiusquè gratia penitus , atque amicitia excidisse ?

Hanc scilicet peccatum mihi gratiam rependit , hoc mercedis loco p̄mūlūm recipi : varia in me crudelitatis , & cruciatuum genera exercuit , mequè penitus transfodit , & instar carnis me habuit , cui vecte renes confriguntur . Ecce mihi dorsum contractum , ac luxatum est , vix languidum per terram corpus traho , nonnisi in infirmitate iam viuo , & quotidie malum meum felle , & amaritudine me potat .

O inhumanitatem intolerabilem ? Ergone patientiam amittere necesse est ? igiturue anima mea hisce malis ferendis impar , nec meliora sperans , in desperationis abyssum p̄æceps ruet ? hancine in charibdim incidet ? Tu solus eam Domine eripere , & iuuare potes , aliundè non est , quod speret auxilium , spes illius p̄enitūs concidit , tu solus eam vere resuscitare potis es , nam peccatoris grauitas candem omnino extinxit .

Hoc quippe omne in se peccatum habet , & includit , vt animas deijsiat , dequè ijs triumphum ducat : idque sibi laudi , & gloriæ ducit , cum tamen nonnisi infamiam mereatur , illas velut debellatas , & vincitas concludere , quasi potentiaz suæ trophæa . Hoc unum studet , vt in miseriā illas deijsiat ; adeoque in supplicia sempiterna , vnde nunquam eripiantur , demergat .

*Peccati
crudelitas*

*Peccatum
ad impatiē-
tiam per-
trahit .*

56 HERACLITI CHRIST.

*Peccati vo
luptas cru-
ciare ani-
mas.*

Nefarius hic animarum tortor, velut iudex in exorabilis, nonnisi vulnera, & plagas desiderat, vt ita torqueat, & cruciet; pœnam infligere delicias putat, & eculeos sua dicit gaudia; ita namque me in eculeo extendit, & in catasta cruciavit, vix ut mihi sensus supersit; tam altè meæ ascenderunt afflictiones, vt ultra caput peruererint, & propemodum me suffocauerint. Quidquid autem præstare potui, hoc vnum fuit Dominus, quod misericordiam inclamarim, opeam postularim, tuamque sim misericordiam deprecatus.

*Peccator
semper in
tenebris.*

Ex quo in manus tyranni huius cecidi, perpetuo in abyso vixi profundissima, in tenebrosi carceris caligine, manus pedesque vincitus; adeò ut nec solem, nec cœlum sim intuitus, & nonnisi recordando sciam solem, cœlumque in mundo videri; adeò scilicet obscurus, teter, & tenebrosus est locus, in quo nunc ago. Aliud hic præstare non potui, quam lacrimari, & eò fletus dirigere, quod sensus, & oculi pertingere non valebant.

*Peccatorū
miseria dia-
boli delicia*

Quid tibi igitur videtur Domine? anne diutius inimicorum meorum crudelitatem perferes? nonne breui malitia eorum domabis? cum nihil illos ad pœnitentiam pertrahere possit, annon ad pœnas, & supplicia sua illos perduces? æquum est, mea vt miseria, & calamitas illis gaudio sit, ac voluptati? tu cogitationum ipsorum nosti penetralia, tu nefaria eorum molimina perspecta habes; tu scis mala, quæ mihi continuo irrogarunt.

*Diaboli ho-
stes impla-
cables.*

O inimicos immites, & immisericordes? quid in vos equidem commisi, tot vt mihi laqueos pararetis? cur in me tam crudeliter grassamini? facteur tamen vestrae me imbecillitati, & impotentiæ vitam, & salutem meam ascribere debere; si enim

PARS PRIMA.

97

enim vires voluntati respondissent, tot mala profecto passus essem, quot vos excogitare potuissetis. Vires defuere, sed non voluntas, ut alia, & graviora mini infligeretis.

Continere, eheu? nequeo suspiria, & gemitus, Miseria a-
cum misellam animæ sortem attendo. Et quam- nime in pec-
uis ipsa mihi suggestat ratio, Tace obsecro, suffer, caro agens.
animus tamen à suspirijs abstinere non potest. quis
enim non flectatur, cum templum Spiritus sancti
in diaboli habitaculum commutatum videt? cum
cœlestes omnes gratias, quæ velut iaspides, & por-
phirij sanctuarium hoc decorabant, ablatas, ere-
ptas, & confractas intuetur? adeò ut ordinarium
hoc diuinitatis domicilium, quod solis instar col-
lucere, & splendere solebat, iam obscurum, tene-
brosum, & tetra quadam caligine oblitum sit.
Deinde, quis, obsecro, non ingemisceret, vbi con-
spicit tot egregios animæ meæ conceptus in nefas-
tias esse machinationes conuersos? tot sanctas
inspirationes, & motus cœlestes in perniciose abi-
sse voluntates? tot superbas, ac magnificas vir-
tutes in vitia transformatas? Denique animam,
quæ ad summum bonum condita erat, ad felici-
tatem æternam destinata; libertatem, & no-
bilitatem spirabat, malo mancipatam, in captiu-
tatem redactam, factam plebeiam, omni bono
spoliatam, vniuersis denique malis addictam, ac
supplicijs sempiternis mancipatam?

*Anima
pacaris
subdit la-
crymandi
occasio-*

Ecquæ hæc vitæ commutatio, Domine? ecquæ Sordida dī
crudelitas? quæ in delicijs viuere, que in croceis aboliū cō-
nutriri, & apud Deum suum iucundari Ange-
lis amica solebat, fame iam moritur, Deo est
exosa, amplexata est stercora, nec aliud con-
sortium habet, quam dæmonum, quæ non nisi
in virtutum roris inambulabat, iam ad sordes-
redas.

Ierem. 4.

§ 8 HERACLITI CHRIST.

redacta, cloaca, & sentina facta est, nec aliò se quim ad simarium peccatis, & immunditia plenum, conuertere potest.

Peccati ea Quamobrem, vbi attentiùs mala mea perpen-
ptiuitas ad do, corpus meum exarescit, contabescit, & sensim
fert auto- emorior dolore exanimatus: nec aliud malorum
rit languore remedium occurrit, quām mortem velut malorum
 medicamen exoptare, & diei in qua natus sum
 maledicere, quæ nimis prima causa fuit, cur
 iam adeò miser, factus sim.

Peccatum Sed Deus meus, anne æquum est hoc descendere, & hunc animum induere, quin & longius procedere, & desperare, cùm considero animam, quæ niue esse solebat candidior, facie ad instar eboris splendentis, & genis vermiculi, & cocci in morem rubricantibus, iam adeò deformatam esse, & terram, vt, qui illam videat, ab inferis prodijse putet, vel, vt metaphorice loqui pergam, semper in Vulcani quadam officina habitasse, vel studio ita ab aliquo, & data opera denigratam censeat?

Peccator Denique auriculæ ad instar conclusus sum, & des-
Des abuti- Etum meorum pedicis impeditus: & quoniam de-
sur patien- linquendi finem non feci, ideo in hæc mala prola-
gia. plus sum; coegeruntque Deum meum, vt irrevoca-
 bilem damnationis sententiam in me pronuntia-
 ter; itò violenter quodammodo ira illius fulmi-
 na in caput meum accessiui.

Peccator Ec quenam ira, Deus meus? cui similem nul-
Servit mise- lus umquam sensit. Sum pupilli ad instar, & orphani,
ram serui- qui quo se auxilijs petendi gratia conuertat nescit;
tutem. in nouam quandam, & inauditam seruitutem re-
 dactus sum, seruitutem inquam austeraam, & du-
 ram, qualis nec exprimi verbis, nec cogitatione
 comprehendi queat: iugū quippè gravissimum certucib.
 imminet, & bruti ad instar lupatis constrictus teneor.

Ecquis

Ecquis luctus Domine? ecquo dolore excru-
cior? nihil mihi iam in posterum placebit, sed per-
petuo in fletu dies meos traducam, & perennes la-
crymarum fontes oculis meis etmanabunt. Poterò-
ne igitur in posterum viuere? anne dolor mens ipsa
exiguus, qui non me mori cogat? anne malum ita
crudele, & esserum, oculos mihi, ut relinquer, quòd
diutius ipsum contempler? cælum verò ita mihi
infestum, ut tamdiu me hisce in malis agere velit?

Quid? anne me fortunæ satis meæ ruinam ante
pedes contemplari oportet? coram me coronæ ca-
pite delapsæ fragmina conspicari? pedibus preme-
re frustilla sceptri, quod manibus gestare consue-
vit? quid? opusne videre, ut coram oculis meis gra-
tia virtutesque regia illa animæ ornamenta, lace-
rentur, & disstringantur.

Maledictus ipse sim, & vae mihi, qui hanc mihi
peccatis desolationem comparaui, qui diuinam iu-
sticiam coegi in me furorem exercere, & iræ suæ
flammam in me spargere. Hoc scilicet deplorem
necessè, hoc lacrymas oculis excutiat, hoc quippe
malorum meorum origo.

Fuere inquirates, quæ animæ statum inverte-
runt, eiusque pulchritudinem immutarunt, quæ
virtutes meas in vitia, sensus in latrocinia, cot in
sentinam conuerterunt: ipsæ fuere iniquitates, quæ
nihil mihi præter dolorem reliquerunt, ut tam te-
tro spectaculo oculos consternerent, & tam fune-
sta cogitatione animum obtuerent.

Sed hæc omnia Domine a tua profecta sunt ma-
nu: atque ideo tremens, & suspirans, coram mai-
estate tua supp' ex provoluor, mihi ericordiam effla-
gitans. Quamobrem Domine iræ flammat ex-
tingue, iudicia comprime, furorem compescere, &
supplicia non nihil imminuc. Ne te prætereat,

*Peccator
cogit diui-
nam iusti-
tiam ad u-
tionem.*

*Peccatum
causa om-
nium, que
anima acci-
dunt malo
rum.*

*Deus non
est omnipo-
tens, nisi
ut bene fa-
ciat.*

que

quæ se iam offert mei miserendi occasio. Succurre,
opitulare, tu qui solùm omnipotens es, ut benefi-
cias, & afflictis succurras.

Cum igitur iam Domine, delicta mea agnoscā;
Poster, & oculos lacrymis suffusus, & amaritudi-
ne animi confectus, tua inter brachia mea projiciā,
ne me queso repellas in furore tuo: sed mei miser-
tus, & compassione tactus intrinsecus ob meas mi-
serias, vota, supplicationesque meas, benignus ad-
mitte, non enim labijs ea iam egrediuntur, sed ex
imis cordis penitentibus, & intimitis animæ fibris
proficiuntur.

C A P V T I I I I .

Suam deplorat ingratitudinem.

*Quis caput hoc (superi) largas dissoluat in undas,
Torrentesque oculos, quis dabit esse meos?
Et liceat totis ingratam flere diebus,
Fletibus ingratum sollicitare cayut?*

Hic scilicet anima mea, dolore extabescas?
hic vos; oculi lacrymarum abysso méri-
gi oportet; nolo iam in posterum stoma-
chum, aut pectus habere, nisi ut noctu, diuque su-
spiria & lamenta suppedinent: habere humeros, &
corpus in posterum recuso, nisi ut saccum, & cili-
cium gestem, & flagellis, & virgis eadem exerceam:
eloquium, & vocem habere detrecto, nisi ut uitia
mea increpem, & plenis faucibus ingratitudinem
meam deplorem, ac detester.

Lachrymae Sed quid Domine? cum vitæ præteritæ rationes
non sufficiunt ad in- examino, & excutio, beneficiaq; quæ a te recepi a-
nimo voluo, dolore vndique ita exanimor, ut quod
me

me vertam ignorem. Scio enim, quod, quamuis ^{nem de plo} gratitudi-
tot suspiria ederem, tot lacrymas effunderem, quot iam guttæ in pluia ceciderunt, vel ad finem us-
que mundi cadent, uel quot arenæ in littore, aut
stellæ in firmamento conspicuntur; & dein omnes
hæ lacrymæ sanguineæ essent, & plura adhæc præ-
starem, nulla tamen possem ratione ingratitudinē
meam, ut debedo, deplorare.

Filios enutriuit, & exaltauit; ipsi autem spreuerunt me, ait apud Isaiam Deus. De me iam tūm hasce querelas effudit, in hottum meum hicce iaciebatur lapis meum scopum hæ sagitta petebant; ipse quippe sum, qui Dei manu benignè creatus, delicate nutritus, & exaltatus, ipsum deinde contempsi, offendī, eiusque præceptia conculcaui, & iugum excussi.

Cognouit bos possessorem suum. & asinus presepe Ibidem.
Dominisui, Israel autem me non cognouit, & popu-
lus meus non intellexit, ait Israelicis expostulans Deus. Hac ego vitam ratione institui, ut in me merito hæc impropria detorqueri possunt, qui numquam Deum cognoscere, aut obedire Dominō volui. Heu? quò non deducit homines ingratitudo, cum per hanc bestijs fiant deteriores?

Agnoscit animal benefactorem: Dominū suum sequitur, & diligit: leo beneficijs namque delin-
tus, deposita feritate mansuetus, ac hero, & nutri-
tori suo obsequitur; ego verò bonum illum Deum non agnoui, à quo tot beneficia accepeream, super-
bus, ferox, insolens factus sum illi, qui me nutrie-
bat, dirigebat, & à quo penitus dependebam, &
leonibus, tigridibus, alijsqne feris superior, inso-
lentior, ferocior.

O summe Deus, gloria, & maiestate plene, Deus inquam, cui tot nominibus eram obligatus, cui seruite

Bestia de-
terior est
ingratitudo.

seruire, quemque ex totis viribus, & tota mente diligere tenebar ob innumera beneficia, gratias, fauores, quos à liberali, & munifica manu tua receperam; & interim, quæ mea ingratitudo? loco remunerationis, summas tibi iniurias irrogaui, & infinite in te iniurius exstisti.

In gratitu- Eheu Domine? an non tu magnus ille signulus,
do quoad qui me in omnipotentiae tuae rota ex nihilo for-
beneficium masti? an non tu, ô admirabilis creator, mihi, cū
creationis. nihil essem, Esse dedisti, imagine me tua exornas,
 & illustrans, ut te in hac vita per gratiam possi-
 derem, in altera per gloriam tui instar gloriosus
 contemplareret: & interea tantum absuit, tibi ut
 gratias agerem, ut te offendere non dubitarim,
 regiam hanc effigiem inquinatim, egregiam illam
 pulchritudinem perdiderim, adeò ut è Deo, qua-
 lis eram, diaboli instat sim deturpatus, tuaque be-
 neficia in veneficia, tuam gratiam in ingratitu-
 dinem conuerterim.

Homo an- Tu es, scilicet summe totius vniuersi Domine,
se creatio- & essentia meæ auctor, qui è nihilo, quod eram,
nem suam quod profectò minus est quam terra, quam pun-
nibil erat. etum, & denique nihil, qui que nihil omnino pro-
 mereri poteram, tam nobilem me creaturam esse
 cisti. & cum in ilis tenebris, carceribus, & illis ni-
 hili cauernis versareret, bonitate, & infinita miseri-
 cordia impulsus, ante omne meum mesitum, &
 ex meta tua grata, omnipotentiam erga me tuam
 ostendere voluisti, quando è tenebris, & carceri-
 bus, à non esse ad esse omnipotentia me tua redu-

Nulla cre- xisti, & aliquid me esse voluisti: Hoc esse debebat
atura in occasio, vt toto te vitæ tempore colerem, & reue-
mundo ho- rter, non verò vix reuera feci proderem, persi-
mune ex vel dum, & infidum me tibi ostenderem.
lentior.

Infinita Dei bonitas est, ingrate, quæ è nihilo ali-
 quid

quid me esse voluit, non tamen obuium aliquid, non anem, non serpentem, non lapidem, sed hominem ratione praeditum, qua nulla in mundo creatura nobilior, aut excellentior: quem proinde Mercurius Trismegistus magnum miraculum, Pythagoras diuinitatem morti obnoxiam, Plato genus diuinum, & Plotinus omne, & omnium rerum compendium appellare non dubitauit.

Sed non satis ei fuit, egregium hoc esse mihi contulisse, nisi deinceps excellens hoc corpus componeret, & temperaret, illud ipsum insigniret, membra, & sensus ei adderet, idque tanto artificio, & prouidentia, ut singula membra, si penitus, & sanguinatim examinare velimus, miraculum quoddam sint, & eminens beneficium. Idcirco tamen maiori cum honore non affeci, nec diligentius ei obsequium exhibui; sed e contra tot beneficiorum oblitus, & corde duro, & immiti eo ipsum magis, ac sæpius ad iracundiam prouocavi.

*Admirabilis
corporis huma-
ni compre-
hensione.*

Quanto sapientior exstitit Iob, qui hoc ipsum creationis beneficium agnoscens, coram te humiliavit, submiserique de se sensit, dicens: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu: memento quod sicut lutum feceris me. & in puluerem reduces me. Pelle, & carnis vestissi me, ossibus, & nervis compagisti me, Vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum.* hoc scilicet erat beneficia divina agnoscere, hoc erat agnoscere quantopere Deo servire tenebatur, & obsequij pignora confiteri, non vero, mei instar, eorum obliuisci, nullum eorum titulum agnoscere, & quod longè deterius, ipsum benefactorem offendere, & remunerationis loco summas ei iniurias irrogare.

Ecquæ mea, Deus bone, ob hoc, & animæ meæ nobis

*Anim era
tionis ex
cellentia.* nobilitatem, eiusque finem, obquem condita tibi seruendi erat obligatio? animæ inquam adeò nobilis, vt Creatoris sui imaginem fronte præferat, quæ non secùs atque ipse immortalis est, eiusdem cum Angelis substantiæ, tantæquæ capacitatibus, vt omnes creaturæ, diuinitæquæ totius vniuersi coniunctæ, non melius essentiæ illius capacitatem replere possent, quam vel minima musca, vel milij granum totum terrarum orbem.

*Anima
multò cor-
pore nobis-
lior.* Silege naturali patri obsequi teneor, ed quod aliquo modo adiuerit, & humerum nonnisi superposuerit, in corporis mei fabrica construenda: quâd potiori iure obligatus ero erga patrem illū æternum, qui corpus hoc communii sumptu condidit, & solus sine socio animam è nihilo creauit, & produxit, facultatem adeò nobilem, tantique pretij, vt sine illa corpus nonnisi sentina, & cloaca sit, mera infectio, & corruptio.

*Magna pec-
catoris in-
gratitudo.* O cor ingratitudine plenum, & infame? pruitine tot singularia beneficia, tanta obligatio- ne deuinctus, pedibus conculcare? tot dona, & gratias obliuionis sepulcro abscondere? eumne offendere ausus es, cui accepta referre deberes omnia? non possum, perfidum, & proditorum cor, tuam recensere nequitiam, quin simul oceanum lachrymarum effundam.

*Beneficiū
creationis.* Quod uero maiorem mihi pudorem incutit, & magis magisque calamitatem ineam adauget, est, quod cùm non satis ei esset, in tanta me gloria, & dignitate formasse, & admirabili creatione. Esse mihi dedisse, eandem essentiam diligenter conseruat, ut apud Prophetā testatur: Ego Dominus Deus tuus docēs te utilia gubernas te in via, qua ambulas.

Isai. 48.

Sunt matres, quibus formina, & cruciatus in partu tolerata sat is esse uideatur, atq; ideo prolem

nu.

trite negligunt, omnemque illius curam abiciunt,
sed naturalem quodammodo affectum exuentem,
alijs nutribus eam alendam tradunt: At maior
hauddubie fuit Dei amor, & obligatio mei erga
illum idcirco maior, et quod ipse hunc in se labo-
rem suscepit. Ipse namque matris instar meo
genuit, ac nutritius meus exstigit, quiq. ab incu-
nabulis mei curam, ac diligentem rationem ha-
buit. Atque ego scelestus, & nefarius, tantum
absfuit, ei ut gratias agerem, beneficiaque agno-
scerem, ut aduersus maiestatem illius insurrexe-
rim, ac mille cum sceleribus ad iracundiam prouo-
carim.

Populi sui ingratitudinem olim deplorans
Deus, hunc in modum apud Prophetam expostu-
lavit: *Ei ego quasi nutritius Ephraim, portabameos
in brachis meis, & nescierunt quod curarem eos.* Osee 11.
Quam merito in me haec impropria torqueri
queunt, quam dignus ipse sum hisce calumniis?
Nutritus me Deus iam inde ab incunabulis, tan-
ta me cura, & diligentia educauit, diuina me sua
prouidentia semper custodiuit; numquam tamen
curam, quam mei habebat agnoscere volui, aut si
agnoui, numquam illi ob hoc gratias egi.

Eheu, naturaliter edoctus sciebam, eundem
esse rerum auctorem, & conseruatorem; & sicut
nihil sine ipso factum erat, ita sine illo omnia pes-
sam ire: sciebam esse meum, & vitam ab illius ma-
nu, atque omnes dies meos ab illius prouidentia
pendere, nihilominus in conceptibus meis insole-
scens, & in actionibus impietatem spirans, ut crea-
torem illum adorare detrectauis, sed omnes è con-
tra creaturas illi præposui.

Hocce demiratus Psaltes dicebat: *Oculi omniū
intesperant Domine, & tu das escam illorum in tem-* Psal. 144.

pore opportuno; aperis tu manum tuam, & implet
Psal. 103. omne animal benedictione; auertente autem re facie
 turbantur, & in puluerem è quo facta, reuertuntur.
 sciebat scilicet sapiens ille Princeps à Dei manu
 omnia dependere, & sine illo nihil posse subsi-
 stere, & nisi per prouidentiam illius staret, om-
 nia pessum itura; ego autem idem cognoscere non
 potui.

Divina pro- Nam quemadmodum omnis horologij motus,
 uidēta ho- & cursus a ponderibus, rotis, & ferramentis de-
 rologio si- pender, quæ illud reguat, ut illis quiescentibus om-
 milis. nis simul motus quiescat, & despat; ita quoque
 omnis huius vniuersi machina, & omne creatura
 rum pondus, à solo diuinæ prouidentiæ pondere
 dependet, adeò ut illa mouere desinente, omnia si-
 mul quiescant necesse sit. Quamobrem magnum
 haud dubiè beneficium est a Deo mihi vitam da-
 tam, at longè maius, tanto eam tempore mihi con-
 seruatam, atque ideo immensas illi reddere gra-
 tias æquum esset.

Beneficiū Illud ipsum beneficium etiam infinitum est, &
 creationis innumerā alia, eaque non exigua in se complecti-
 tur. Quot enim uita mea puncta, & momenta cō-
 plectit, rotis beneficium hoc renouatur: nec e-
 nim, uel momento uiuere possem, si benignus ille
 Deus, vel paululum se tetraheret, & si oculos suos
 à me, uel unico momento declinaret, ultra subsi-
 stere nequirem. Adeo ut Theologi dicere non du-
 bitarint, conseruationem nonnisi continuam, &
 renouatam creationem esse, adeò ut, ob singulas
 quas uixi horas, & momenta, quibus conserua-
 tus sum, singula, tantas Creatori agere gratias de-
 beam, quantas ob primam creationem, qua esse
 mihi primum dedit.

Adhæc, omnes omnino creature, quæ in hoc
 uni-

uniuerso reperiuntur ad me cōseruandū quodammodo conspirant, & hocce beneficium redintere homini grant, cum uniuersas ad hoc tendere conspiciam: obsequi conadet ut ccelum meum sit, terra in usum meū condita sit: sol, luna, sidera quē omnia non nisi mei causa luceant: mare, pisces, aues, & animalia, omnia denique mei ergo creata sint, & hactenus conservata, cūm omnia obsequio sint meo dicata. Cur igitur illi non seruiui, qui tam sollicitē cunctā in mei obsequium protulit, & creauit?

Hoc fuit beneficium, quod admiratus est tandem per Psaltes, cūm ait: *Quid est homo, quod me mor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum, & constitueristi eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius; oves, & boves uniuersas, insuper, & pecora campi. Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra? Quasi diceret, Ingratus profecto, & nefarius est homo, nisi fidum tibi impendat obsequium, cūm tam liberalis in eum extiteris, tum in creando, tum conseruando, ut qui omnia in illius obsequium crearis.*

Non satis ei fuit in hanc rem creaturas uisibilis deputare, at pro infinita sua misericordia, inuisibiles etiam selegit; intelligentias inquam nobis illissimas, quæ coram maiestate illius perpetuò consistunt, illiusque diuinitatem, & essentiam coram intuentur; omnes enim, teste Apostolo, sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis.

Quenam igitur incumbit hominibus obligatio, ac mihi præsertim, ut magnum hunc Dominū

colam, seruiem, & obseruem, qui à tanto iam tempore tam sublimes creaturas in mei conseruatione occupari voluit?

Omnia Deus cōdidit ad hominū obsequium Denique Deus quis est, Anima mea, qui vniuersum terrarum orbem obsequio tuo destinauit, ut tu te illius obsequio totum impenderes, simulq; voluit, nulla vt creatura, tam super cœlos, quam sub eisdem esset, quæ non tuo se obsequio dederet; nihil vt in te esset, quod tuo illum seruatio priuatet: tu verò ingratus, & sensus expers, & bestijs ipsis detecior, omnib. Dei creaturis ad tuam voluntatem abutens, nunquam Creatori ipsi seruire voluisti, imo ne oculis quidein, quo illum admiraris, eiusq; beneficia celebrates, aperire.

Singularia beneficia singillatim in hominē collata. Cogitare saltem, ingrate, debuisses beneficia, quæ Deus in te contulerat, te à tot periculis, & funestis calamitatibus, in quæ quotidie alij itruunt præseruando. Hos namque vides cæcos, hos gibbosos, alios mancos, alios pedibus truncos, alios calculo, alios podagra, alios alio laborantes, malo, totus enim mūdus non nisi mare est malis plenum, ut vix villam in hac Aegipto domum reperire est, in qua non sit gemitus, aut afflictio. Cum verò ab his omnibus te Deus liberauit, an non misericordiam singularēm erga te ostendit? an non hoc nomine totus ei eras deuinctus?

Nescit peccator gratias à Deo datas agnoscere. Quid? non potuisti miser agnoscere illum, qui hoc exceptionis tibi priuilegium contulerat? ut scilicet inter tantam ægrotantium multitudinem tu solus sanus, & incolumis perstares, inter tot ad terram prostratos, & lapsos tu erectus stases? an minus homo eras, quam illi; an non item peccator ut omnes? Adæ filius ad instar aliorum? Et si omnia hæc in terra contingere soleant, tum natura ita disponente; tum verò ob peccatum, & eadem

in te omnino sit causa, cur non, & idem sequitur effectus? quid hic cogitate potes aliud, quam gratias singulares, & beneficia admiranda?

Numquam, brute & insensate peccator, diuinare potuisti, ecquis ille fuerit, qui in tui gratiam finistras illas calamitates suspenderit, & tam malis gnos influxus à ceruncibus tuis auerterit? imo ne cogitare quidem potuisti, ecquis ille fuerit amicus, qui harum aquarum impetum à nauis tua deduxerit, ne communis diluvij fluctibus vna cum alijs absorbereris? O stupiditatem singularem? ò in gratitudinem incomprehensibilem?

Si hæc attentiùs perpendisles, & accuratiūs examinassem, vidisses quam primum, omnia mala, & infortunia, quæ alios circumstant, & in mundi huius mari reperiuntur, tibi beneficiorum instar fuisse, cum Deus te ab illis immunitam præstiterit, & ob vnumquodque horum amorem te singularem, & singulare aliquod obsequium illi debere.

Quid verò dicam de inæstimabili redēptionis beneficio, mysterio illo incomparabili, quodque tot in se mirabilia, & obligationes complectitur, ut satius esset sancto illud silentio adorare, quam mortali de illo lingua velle loqui. Primam illam gratiam, & innocentiae statum, in quo conditus eras, amiseras, & in misero hoc statu meritò te diuina iustitia relinqueret potuisset, ut dèmones reliquit, nullus ut, cur ita faceret, petere posset. At nihil huiusmodi agere voluit; sed potius in infinitam misericordiam iram suam conuertens, eò se beneficentiorum, & gratiorem erga te ostendit, quo tu te, offendendo illum, ingratiorem, an non hoc erit bonitate malitiam, & beneficijs iniipientem superare?

Poterait haud dubiè malo tuo succurrere, &

*Mala mun
di beneficij
loco sunt
peccatori.*

*Mysteriu
redemptio
nis mirum
in modum
obligat ho
minem.*

70 HERACLITI CHRIST.

*Mittere tuam restaurare, Angelum, vel Archange-
lum, aut aliquem e cœli ciuib[us] in terram desti-
nando, aut aliqua quadam ratione. At nihil hu-
iusmodi præstare voluit, sed voluit ipse venire;
cumque summa cum gloria, & maiestate descen-
dere potuisset, humilitatem præferre, & humanis
miserijs subijci maluit, vt hoc te beneficio magis
sibi deuinciret, & hoc exemplo magis, magisque
astringeret, simul, vt cariori te pretio redimeret,
sumque pariter, quo te prosequebatur, affe-
ctum testatum faceret, atque ita tu illum recipro-
co amore complecteris. At quæ pro his omni-
bus tu in illum contulisti? tu indignè illum con-
tempsti, infinitis illum modis ad iracudiam pro-
uocasti, & ingratissimum te mortaliū declarasti.*

*Medium.
quo nos
Deus rede-
mit, infini-
tè nos obli-
gat.*

Dic queso, anima mea, vt hac de re tecum agam
paulò diutius, si tanta rui erga Deum tuum obli-
gatio est, vt ipse met descendere te redempturus
voluerit, & cælo relieto in terrenis diuersorij com-
morari, idque in summa inopia, & paupertate:
quantiō maior erit, vbi medium uideris quo te ipse
redemerit, cruciatibus scilicet atrocissimis, & qui-
bus nulli in mundo reperi possent grauiores: hæc
scilicet meditari te assiduo oporteret.

Simile.

Insignis, & singularis profecto benevolentia
nota est, cùm Rex, fute uirgis, & flagellis cedi me-
ritum, liberum abire sinit, at longè maius, & mira-
bilius beneficium credo, si ipse uerbera loco furis
tergo accipiat suo, & supplicium alteri debitum,
cute propria luat. Rex regum, anima mea, Deus
ipse, cui cùm non sufficeret te in gratiam admis-
se, delicta que condonasse, seipsum morti offerre,
crucem pati, cruciatus, quos ipsa merueras, tolera-
re non dubitauit. Atque ideo infinitas gratiarum
actiones, reddere debebas benignissimo Deo

tuo,

tuō, sed contrarium penitus, & facis, & hactenus fecisti.

Cur non, o cæca, oculos in altum sustulisti, si m̄lque cogitasti, quot in se beneficia beneficium illud redēptionis includeret? Cur non sanctū illud crucis lignum attente inspexisti, & omnes ictus, & dolores, quæ diuina maiestas in eodē pertulit, considerasti? nam, vel minimum quodq; tormentum, & singula verbera, tibi summæ obligatio nis sunt occasio, & infinitum quoddam beneficiū.

Vidisses sacrum illud, & innocuum corpus vnde cruentatum, verberibus liuidum, sputis sor didum, flagellis dilaniatum, funibus disuptum, & vulneribus cooptum. Vidisses sacrum illum verticem præ debilitate inclinatum, doloribus saturatum, & in humeros propensum. Diuinam illam faciem, oculos illos maiestate plenos, ac mundi solis lacrymis suffusos, sanguine deturpatos, liuidos, veras mortis imagines, quos si saxa, & lapides intuerentur, in lacrymas soluerentur.

Vidisses in Caluariæ monte, si oculos sustolle res, sanctū illum Nazarenū, niue, & ebore candidiorem, speciosum præ filij hominum, iam leprosi instar commaculatum, hominum opprobrium factum, carbonis instar denigratum, ita que mutatum, & transformatum, vix ut ab hominibus, & Angelis agnisci potuerit. Vidisses, eheu? vidisses, quod sine lacrymis dicere nequeo, sacrum illud os, oraculorum scaturiginem, scientiarumque thesaurum pallore liuidum, labia mortis fuligine nigricantia, quæ se non aliter mouabant, nisi ut veniam crucifixoribus peterent. Quid? an nō his omnibus visis, beneficia vidisses? an non te puderet illum derelinquendo offendere, qui tot beneficiorum generibus te affecisset.

*Vixā sup
pliciorum
crucis re
presentatio.*

*Christus in
omnib. mē
bris passus*

*Christi mu
tatio in cru
ce.*

72. HERACLITI CHRIST.

Quanta autem tua ingratitudo fuit, Anima, illum, ut offenderes, qui te tantoperè dilexerat, illū ut contemneres, qui tanti te fecerat? an non memineras sacri illius capitis Domini tui, quod tanta tui causa passum fuit? an non memineras sacri illius corporis de Spiritu sancto concepti, quod tui ergo ita sauciatum, & vulneratum fuit? eur non pluris fecisti nobile illud latus, quod pro te lancea perossum fuit, & transfixum, è quo oceahis quidam sanguinis, abyssus amoris, beneficiorum illas erupit? emōrior Domine, hanc meā ingratitudinem dum ad mentem voco.

Dei bonitas ineffabilis.

O bonitas ineffabilis! o misericordia, quam non metui? amor maior, quam quis cogitare queat? o caritas incomprehensibilis? Quid quæso, dic Domine, in me vidisti? ecquod tibi ipse obsequium impendi? quibus te operibus deuinxi, ut tam crudelias pro me supplicia, & tormenta adeò enormia tolerares? nihil ah! tibi me fecisse teperio, quam injurias: noueras, & pernoueras iniuriam meā, præuidisti mea delicta, crimina, & ingratitudinem, & tamen tantis me beneficijs onerare non desisti.

Ex mera nos bonitate Deus redimere uoluit.

Singularis profecto amoris argumentum fuit Domine, quod hinc nullis meis meritis inuitatus, illinc quod nulla necessitate coactus, sed sola benignitate tua, & clementia ductus, morte mihi tuasuccurrere, passione tam crudeli, è perditionis me abysso extrahere, & æternæ damnationis ruinam resarcire volueris. In quo profecto amorem quemdam singularem declarasti, amorem inquam, quem perpetuo ob oculos habeam, & reciproco merito amore compensem.

Gen. 27.

Inde cognoscere poteram, Dominum meum uerum quendam Iacob fuisse, qui ueste aliena indutus,

dutus , patris mihi benedictionem conciliavit ; quando peccatoris forma assumpta , de peccatis meis victoriam tetulit . Colligere hinc poteram ipsum fuisse obedientem illum Isaac , qui triste lignum in passionis suæ sacrificium destinatum , humeris tulit . Cognoscere sanè poteram , illum fuisse magnum illum Noe , qui mortalitatis meæ arcam ingressus , & passionum diluvio tanto tempore agitatus , à mortis me fluctibus , vniuersum simul mundum periculo eripiendo , liberauit : cui beneficio par nullum exstitit , quod ipse tamen impudenter , & ingratitudine , cui similes nullæ exstabunt unquam , contempsi , & neglexi .

Gen. 6.

Sed quid ? anne hanc opus repetere ? Anne necesse nequitiam meam omnibus manifestari ? quò plura in me Deus beneficia contulit , & maiorem mihi misericordiam declarauit , eò ipse laxiores prauis affectibus habenas laxauit , & quæ mea temeritas in gratitudinem meam , & iniurias aduersus bonitatem , ac magnificentiam eò amplius multiplicauit . Quomodo hæc pati potuisti Domine ? quomodo cum tam iniquo , scelesto , & ingrato habere patientiam potuisti ?

O Peccata detestanda ! o crimina mea intollerabilia ! o in gratitudinem infinitam ! Ita se Deus meus humiliavit , ut homo fieri voluerit , ego vero audacia meæ cornua ita erexi , itaq; insolenter superbiui , ut Deo me æquiparare voluerim . Esse mihi , & vitam dederat , ego vero è contrà ruinam , & mortem illi reddidi ; crimina , & delicia mea ad supplicium illum rapuere , ego illum interemi , ego sacrilegus ille , & pfidus Domini mei sicarius ,

*Peccata
nostra bri
sto necē in
tulero ,*

Nec semel illum tradidisse , & vendidisse mihi sat fuit , sed sæpius , & toties , quoties illum pec-
cando offendì ; non triginta , ut perfidus Iudas ,

*Peccator
denuo Chri
stum cruci
figit .*

illum

illum denarijs, vendidi, sed pretio etiam viliori ob
ynicam, & falsam quidem voluptatulam, quam in
peccato opinabar inueniri quod quoties admisi,
toties illum crucifixi, occidi, & neci dedi: adeò ut
vno codemque tempore duas grauissimas cædes
commiserim, quib. pates nullæ auditæ: hinc Deū
meum, illinc animam meam interficiendo.

Quid igitur fac es perfide, Dei tui, & proximi
proditor? infelix honorum omnium dissipator; vir-
tutum omnium dilapidator; destructor totius bo-
ni, ingrate, falsarie, hypocrita, dolo, fraude, & mali-
tia plene? anne vlla in mundo creatura te misera-
bilio, & infortunior? quo iam miser deuenisti:
in quam te abyssum, & tenebrosam caliginem de-
meristi: ecquod, vel hominum, vel Angelorum in-
genium ingratitudinem tuam comprehendat? &
cum hæc omnia ita se habeant, aliquamne ab il-
lius maiestate, quam neglexisti, & contempsti,
gratiam, & munificentiam speres?

*Peccatori-
bus solame-*

Desperemne igitur in hanc se anima mea vora-
ginem præcipitem dabit: Quamuis scelerum meo-
rum multitudo tanta sit, ut ad desperandum suffi-
ciat; tamen, o clementissime Deus, cum attendo,
causam meam non coram solo iustitia tuae tribu-
nali agi, sed & illo, in quo infinita tua misericor-
dia plurimum valet, quomodo maximus licet, &
ingratissimus sim peccator, desperem;

*Dei boni-
tas erga
peccatores.*

Fateor, ingratitudinem meam summan-
tuisse, sed simul etiam recordor, gratiam te mi-
hi dedisse sine ullo pondere, & mensura, adeò ut
cum ipse male agerem, tu mihi bene faceres;
cum peccando te offendarem, tu infinita me cha-
ritate sustineres, & patientia; cumque totum
me reijcere, & manus pedesque vincatum in infer-
nale barathrum detrudere deberes, tu diuersi-
mode

modeme ad æternæ beatitudinis fruitionē, posses-
sionemque semper inuitares.

Recordor Domine, & probè recordor, te qnd
magis magisque me tibi ingratum ostendebam,
cò te mihi liberaliorem ostendisse, tu amore, &
charitate plenus, tanto imperu, & copia gratiarum
tuarum torrentes in me exonerasti, vt vitia mca
submergi ijs facillimè potuissent. At ego in deli-
ctis obstinatus, earum cursum, & scaturiginem
auertere conabar, & repagula, aggeres, obices, im-
pedimentaque scelerum objiciebam.

Præceps in ruinam, & interitum rubebam, &
tu, o pater misericordiæ, eò salutem meam arden-
tius procurabas, sanctas cordi inspirationes im-
mittendo, & bonas exhortationes auribus meis
instillando, variaquæ oculis exempla objicendo:
denique, & alijs modis infinitis me ad salutem
inuitando: tam diligenter tu me ad te trahere ad
saluandum contendebas, quam ipse me ingratè re-
trahebam, & à te me damnaturus, & perditus
refugiebam. Tua scilicet bonitas semper cum ne-
quitia mea certauit.

Quid de tanta igitur benignitate iam despera-
bo? dissidamne de tua misericordia? Profectò si
benignus ille, & benevolus tui in me affectus talis
etiamnum est, qualis hactenus semper fuit; bene-
sperem, & confidam oportet, magnamque gratiæ
exspectandæ, & in te confidendi occasione habeo.

Quamobrem Domine, & clementissime Deus,
delicta mea detestatus, & vitijs exilire satagens,
ad te de profundo cordis claimo, & lacrymas præ
doloris vehementia coram tua maiestate esfun-
do, omnium delictorum, & ingratisudinum
meorum magno animi dolore, & humillimè ve-
niam postulans.

Domine

*Diversis
de Tene
peccatorē
inuitat ad
sc.*

*Peccator
desperandi
causam nō
habet.*

*Deus non
uult pecca-
toris mor-
tem.*

Domine, qui tam es omnipotens, quam clemens,
Rex gloriae, & maiestatis, cuius misericordia non
minet est, quam iustitia, ignosce obsecro, suspitia
mea intuere potius, quam delicta. Pater aman-
tissime, qui non vis mortem peccatoris, sed magis
ut conuertatur, & vivat, mei obsecro miserere.
Satisfaciant tibi dolores, & pœnitentiae meæ; acci-
pe gemitus, & suspiria mea, dolores meos ponde-
ra, & lacrymas meas placatus admitte.

*Dolor de-
Deo offeso.*

Ah ingratitudines infelices? ecquemnam in-
tus dolorem sentio? quam me pœnitet offendisse?
Vtinam, utinam Deum meum numquam
peccatis irritasse? Ecquod mihi foret gaudium,
& voluptas, si numquam illi iniuriam irrogasset,
quem honorare tot nominibus obstringebat. Co-
ram vobis, beatissimi Angeli protestor, malle iam
me, omnia totius orbis tormenta sustinuisse, mille
inquam mortes, si fieri posset, perpetuum esse, quæ
vel unicum aduersus diuinam maiestatem deli-
ctum commisisse.

Vtinam tam profundus sensum somnus occu-
passet, cum ad peccandum inuitabat, numquam
ut excitatus essem. Vtinam vitæ meæ dies mors
atra potius præcidisset, quam ut in hac delicta in-
cidisset, & cœlum aduersus me irritasset.

Potius mihi iam esset, numquam fuisse, quam
post ipsum Esse, tantam ingratitudinem declaras-
se aduersus illum, à quo totum esse receperam,
eiusque oblitum esse. O dolor! ò gemitus! ò tri-
stitia extrema! Vtinam mortuus essem, utinam
numquam fuisse? Ò cœlum, ò terra, cur tam in-
gratam creaturam educasti, & sustinuisti? cur à
longo tempore illius impietatem, flagitia, & fa-
ciilegia non vindicasti?

Quid autem? extra cardines igitur abripiat?

P A R S P R I M A. 77

rationis limites egrediar? anne desperabo? siam Pettatores
ne impatiens, nequaquam, anima, nequaquam: quib. Deus
cum benigno Deo tibi negotium est , qui ruinam ignouit.
tuam non querit, quique misericordia plenus est .
Mei igitur, clementissime Pater, miserere, ijsdem
me respice oculis , quibus olim pœnitentem Mag-
dalenam , latronem ad te clamantem , humilem
publicanum, mulierem adulteram , & Apostolo-
rum tuorum principem respexit.

Eheu? vtinam factum infectum fieri posset, &
tempus male impensum reuocare liceret? Quam
pœnitet, & piger? doleo, & verè doleo, & dolore
emorior; defleo iuueniles annos, doleo ætatis flo-
rem tam inutiliter prætergressum, detestor vitam
infelicem, quam in tot peccatis, & delictis transfe-
gi, atque vtinam numquam natus essem.

Scio , & fateor ingratitudines meas adeò enor-
mes fuisse, vt ad easdem euadendas, & veniam
earum obtinendam, corpus dignum sit, vt per pla-
tearum sordes, & cœnum trahatur , ac deinde in
putidam quandam cloacam deiiciatur , in qua à
canibus, lupis, corvis, cæterisque volucribus deuo-
retur; anima verò mereatur, vt apud inferos sup-
plicia perpetua petferat, flammisque sempiternis
mancipetur.

Dignus sum , fateor , qui in spelunca quadam
caliginosa, è qua nec solem , nec lunam , nec astra
intuear, vitam transigam.Dignus sum confusione,
& uituperio, dignus, quem omnes creature fu-
giant, ac detestentur; atque ideo dulce mihi erit,
& voluē contumelias ab omnibus recipere; glo-
riæ mihi ducam infamiam pati; & honori erit in-
iurias subire; esse cupio aduersitatum scopus, & ab
omnibus reprehendi, & rejci.

Scio , summe ingratitudinum mearum iudex, Esth. 7.
me,

me, si secundum iustitiam tuam mecum agere velles, & rigorem tuum declarare, promeruisse, ut instar Amani, qui in Regem suum ingratus extitit, ex cruce suspensus, infami laqueo uitam claudam. Scio meruisse me trahi nudum, & per omnia mundi compita ignominiosè flagellari. Dignissimus nempe sum, qui omnium creaturatum pedibus proterar, nihil tamen essent hæc omnia si ad ingratitudines meas respectus habeatur.

Non sunt profecto tot tormenta, rotæ, eculei, supplicia, quin longè plura, & graviora me fatear meruisse, & ad plura toleranda me sponte offerā, non modò, ut hac ratione peccatis meis satisfaciā, sed etiam ut ingratitudines meas detestabiles hoc modō expiem. Atque ideo ex toto corde tibi supplico Deus meus, ut hanc ralem, qualem oblationem, & bonam voluntatem ab iniquo hoc debitore, in tot beneficiorum, quæ à te recepi, quæque tam ingratè, & nequiter hactenus neglexi, re cognitionem admittas.

C A P V T . V.

Dolet ob tempus amissum.

Sint mihi tot lachrymæ, quot sunt in corpore sensus

Pro tantis placet has posse referre malis.

Nam mihi, que viridis perierunt tempora forme,

Nil nisi præteriti panitusse tubent.

EI A agite oculi mei, ad fluxum, & refluxum, ad vndas, & fluctus vos inuito: noctes, diesque in lachrymis ducendi, mare quod, dañum, oceanus, & diluum est fletu conflandum est.

est. Age cor meum, ad suspiria, ad dolores, ad gemitus, & planetus te prouoco; rupes iam lachrymis mouendæ sunt, ut aer eiulatu reboet, & deserata planetu resonent, ut uel bestiæ ad commiserationem excitentur. vox hæc raucedine grauanda, stomachus rumpendus, lingua hæc disrumpenda, & pulmonis pre angustia spiritus coactandi.

Lachrymarum iam fontes, & flumina oculis effluant, singultus, & suspitia sine modo iam inualescant, cum dietum meorum fusum tam inutiliter decurserim, in vanitate ætatem traduxerim, tam stolidè menses, & annos meos consumpsentim: deplorandum est tempus amissum, iuuentus tam male transacta, pubertas tam prodigè perdita, & virilis ætas tam profanè, & sacrilegè traducta, eheu, quām abusus sum tempore, & vita mea?

Dederat mihi Aeternus tempus, & vitam ut ipsam illius obsequio, & bonis operibus impenderem. Dederat mihi egregias merces, quas in mutuū huius nundinis distraherem, ac somnio pretio diuenderem, atque ita me ipsum ditarem. At ego prodigus, & dilapidator omnia nequiter prodigi: dies meos sensim sine sensu abire passus sum, & omne propemodum viæ stamen inutiliter decurri, non studendo virtutibus, aut pietati, honorem meum negligendo, bonis operibus non incora bendo, itmo de penitentia ne somniando quidem. Ah homo inutilis, & indigne, cui tempus, & vita concedatur.

Toties me Sapiens admonuerat dicens; Conserua tempus, deuota a malo: toties mihi consuluerat, prudenter vitam institue, quodcumque potest manus tua operati, instanter operare, nam non est scientia, aut ratio apud inferos quò uaproperas. At ego demens, mentis inops, iudicio, cerebro,

*Temporis
amissio de
plorabilis.*

Eccles. 4.

rebro, consilio, & prudentia destitutus, omnia hæc
consilia neglexi, & tempus inutiliter elabi passus
sum, & primos vitæ meæ annos prodegi.

i.Cor.7.

Non cogitaui, eheu, tempus esse perbreue, &
mercedem ingentem, & quamuis breue foret, po-
teram tamen in illo longum, & felix tempus pro-
mereri, si hoc ipsum viriliter traducere, & annos
meos bene impédere voluisse. at, quasi ratione
caterem, & nihil in altera vita sperarem, hac ipsa
abusus sum, & vitæ dies à stoliditatis meæ vento
abripi sivi.

*Tempus la-
psum recu-
perare ne-
quit.*

Tempus semel elapsum reuocari nulla ratione
potest; nec Parcae vitæ nostræ filatrices denuò co-
lum nouo inferciunt lino, ut ita vitæ nostræ telam
prolongent, & sublimes illi motus dierum nostro-
rum, qui demensi sunt, numquam regrediuntur,
ut ita ad principium redeant: & stolidus profectò
fui, qui quamdiu tempus duraret, numquam co-
gitaui cuius rei iacturam facerem. Nihil eheu,
tempore pretiosus, mihi tamen adeò vile visum
fuit, & contemptibile, ipsum ut neglexerim, &
quasi nihil esset, rebus vanis impenderim.

*Nihil tem-
pore precio-
sius.*

Tanti profectò pretij, & valoris est, ut quan-
tumvis maximus peccator essem, ita tempus im-
pendere potuerim, ita que illius momenta insume-
re, ut etiam dimidiæ horæ spatio, imò in momento
delictorum veniam obtinerem, cum Deo in gra-
tiam redirem, illius maiestatem quam læseram,
reconciliarem, & gloriæ illius beatitudinem pro-
meteret. Interea tamen, quasi tempus nihil es-
set, clepsydram effluere passus sum, horas, &
quadrantes elabi, solem, & astra properare,
anni tempestates, & annos præterfluere: &
ad inane beneplacitum meum tempus tradi-
xi.

Quid

Quid egi Deus bone? quomodo mei oblitus
 sum? quomodo talem iacturam feci, & eam etiam
 tiam cquanimiter tuli? sciebam tempus uitæ ab
 eo, qui ante omne tempus est, & in æternitate ui-
 uit, nobis datum esse, ut in eo celum lucremur mo-
 dò in rem nostram id impendere uelimus. Scie-
 bam adhuc, ipsum in mortis hora nobis auferen-
 dum, cum nullum amplius tempus supererit, & di-
 mensionibus æternis omnia dimetentur, & coram
 iudice exactissimo de singulis uitæ nostræ momen-
 tis reddenda erit ratio.

Dixit olim Dominus Iesus in Euangeliō : *Qui habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo:* quia Deus plus temporis dabit ei, qui benè ipsum impendit, & in lucrum suum conuertit, pigro autem tempus, quod in manib[us] habebat, cum id negligit, auferret; adeo ut nullum postea bene merendi, aut bene operandi, quamvis exoptet tempus sit habituus.

Idecirco in Psalmis scriptum legimus, impios ad dimidium dierum suorum non peruentos, & uitæ eorum telam quamprimum succidendam, nec extremam illos senectutem affecuturos. Quām uereor Domine ne hoc mihi accidat, quod tam iuste me prometuisse facio: cūm enim ha-
 ctenus tam nefarè uixerim, cquum non est, ut diui-
 nūs in uita agam, non mereor, ut dimidium ui-
 tæ tempus uideam, & indignus sum, qui ad autum-
 num, uel hyemem ætatis pertingam.

Hoc unum mereor, ego inquam, qui modò tam prodigus sum temporis, uanitatibus ipsum impendendo, ut tempus mihi adeo breve sit, ut ipsum ad agendum pœnitentiam desiderans, non inueniam, & mihi negetur, prout Sapiens ait: *Eccles. 9.*
In tempore redditionis, postulabit tempus: In-

stè delicta mea vici sceleris Domine æterne, & iniustias meas dignè punites, si hoc illas modo castigares, & ita te, rigidum aduersus me demonstrares.

Potest mortem nō est emendationis tēpus,

Hoc te metuere par est Anima mea, & cogitare, quod tempore mortis, & in extremo vitæ articulo, oculos per omnia coniiciendo, & transactæ vitæ, quæ instar puncti fuit, dies in mentem reuocando, teque circumquaque mortis angustijs oppressam, & peccatis grauatum videndo, tempus quæres, quod hodie negligis, ut in illo vitam emendas, sed ipsum tibi non dabitur, nec veniæ locum inuenies. Tunc scilicet omnis spes concidet.

Qui tēpus perdit amens est.

Stolidus is est, & demens profectò, qui tunc prodigum agit, ac sua dilapidat, cum debitibus gravatur, & bona hypothecæ subiecta sunt. Cum verò ipse Deo magno illi creditor tam multa deberem, & ipse mihi vitam hanc dederit adeò breuem, ut in illa debitum persoluerem, cur adeò prodigus temporis existiri, cum tamen à Deo illud receperim, ut interea illi obsequerer? an non verè stolidus, ac mente captus fui?

O stolidum, & imminutum cerebrum? cur non cogitasti tibi apud sumimum illum Principem non pecuniarum regiarum malè collocatarū, sed temporis, quod recepisti, rationem reddendam esse, in modo vel minimi momenti, quod viuis, & omnis prolongationis, quam tibi Deus ad agendum penitentiam concedit? Omnia momenta, quæ elabuntur, veniunt, & cum tempore abeunt; à te exigentur; nec vel temel quidem respiras, quod tibi obijciendum sit, & de singulis minutis, quæ tota vitæ tempore præterire, examinaberis. O rationem metuendam?

Cum accepero tempus, ait ipse Dominus, ego iustus.

iusticias iudicabo. Dei est tempus, & ipse tibi hoc in vita concedit, ut illo durante cœlum lucrificias; sed ad finem cursus, & tempore mortis reperet suum tempus, ubi que auferet, ut nullum benefaciendi, aut pœnitendi tempus futurum sit reliquum. Quid tunc ages miser, cum in has te redactum videbis miseras, & cum pro exiguo momento temporis, in quo te beare poteras, in miseriaram, & tormentorum æternitate te conclusum repentes?

Non aut se diiudicatum adulteria, patricidia, *Bona opera in morte excutientur.* sacrilegia, homicidia, cædes, furta, & latrocinia, aut alia sexcenta crimina; sed solùm, cum receperit tempus suum, æquitatem, et iusticias iudicaturum, id est bona opera, & iusta; eò quod bona, quæ in hac vita facimus, in altera exactè, & strictè examinabuntur, & in primis tempus. Quid tunc autem, infelix, aga, cum mihi reddenda erit ratio?

Infelix peccator si mentem haberes, & iuxta rationis præscriptum vineres, deberes interea dum tempus habes, ipsum bene impendere, & in eo lucrum facere, antequam tibi illud Deus auferat, & depositum restimat, quod rem tuam interea agas, & virtutibus serio incumbas: quid enim tunc ages, cum æternitatis abyssis inuolueris, & nulla retrogrediendi spes apparebit ad tempus amissum recuperandum, aut vitae emendationem instituendum?

Dolendum profectò est, cum dies vitae unus post alterum tam celeriter elabantur, nec denuò redeant, cumquæ ad mortem citato gressu propereamus, vitae mœci cursum rebus fruolis, & futilibus impendisse; quæ, vbi reddenda erit ratio, nullum mihi poterunt emolumentum, sed maximum afferte nōcumentum.

Deus nobis concepit tempus ad bene vivendum.

Ad mortem cursoris in star properamus.

*Tempus non
nisi ad mo-
mentum
vinit.*

Vita instat floris est, qui quam primum, ut prodiit, marcescit; initat umbra, quæ mox ut appareat, evanescit; vapor est ad modicum patens, & dissipatur prius quam appareat. Tempus viator est, qui noonisi ad momentum vinit, & unum idemque punctum mortem illi dat, & ortum, finem, & initium. vita siquidem nobis non cogitantibus transit; dies salutis effluunt, & vix animaduertimus; tempus misericordiae pertransit, nec umquam percipere potui, & iam cum oculos aperio, & rationem a meipso exposco, video duas tertias vitae partes iam præterisse, & ad senectutem me deuenisse in prava peccandi consuetudine infixum, nec tempus elapsum scimel, ac perditum recuperare valentem.

*Tempus
perdeudo,
nosipso p-
dimus.*

Cogitare debebam tempus sorte quadam hereditaria nobis in possessionem datum: cæteræ mundi facultates ad alios spectant, sed tempus nostrum est, ita inquam nostrum, ut si ipsum nos perdere contingat, nos ipsos perdamus, temporis siquidem amissio vitae amissio est: nam ut quotidie morimur, & sepulchro approximamus, ita singulis diebus quamdam vitæ portionem amittimus, ac proinde toto vitæ tempore benè uiuere oportet, cum ad benè uiuendum nobis concessum sit, & uirtutibus incumbere.

*Mali sem-
per occidan-
tur.*

O cæcitatem hominum? ò dementiam inter meas maximam? Improbi semper occupantur, & tempora apta, & propria inuenire nonunt, ut nequitiam exerceant: noctes, & dies illis perpetua sunt exercitia? Cur igitur ego qui proborum partes sequi me cogitaba, tempus Deo serniendi proprium non obseruavi? Cur uestertia, & matutina tempora, noctes, & dies, orientem, & occidentem non impendi, ut in illis diuinæ laudes celebrem?

Op.

Opportunum tempus inuenire nouit Cain, quo Genes. 9.
 Abeleim fratrem interficeret, & fraterno se sanguine, cruentaret, idcirco enim eum in agrum eduxit, ut nemine conscio, & presente, ac sine teste ad libitum eum suum obturuncaret. Vxor Putipharis, magni Aegypti praefecti occasionem quæsivit, dum Joseph adolescens solus esset, ut illum ad concubitum pelliceret. Iudas etiam in Evangelio tempus proprium, & opportunum quæsivit, ut filium Dei proderet, & in Iudeorum manus dilectum suum Dominum traderet, ut ita ad mortem raperetur. Cum maligni igitur, & improbi commoda tempora expiscari norint, & occasiones oportunas ad nequitiam suam exercendam: cur probi solliciti non sint ad horas suas signandas, & tempora commoda quærenda, ut ijs diuinat maiestatis obsequio se impendant. Ego uero, qui hos inter censeri debebam, cur tot commoditates, tot horas, tot occasiones elabi permisi, in quibus Deo meo seruire, & illum mihi demulcere, ac propitiū reddere poteram, ac debebam? an non demens, & fatuus fui?

Ita profectò, cum uero uitæ huius tempus solidum ad benemerendum, & laborandum concessum sit, non erat consentaneum, illud me pati otiosè, & inaniter transire, & otiosum, ac negligenter me uiuere, sed noctu diuque laborare, uirtutibus incumbere, bonis operibus studere, atque ita infinitos meritorum manipulos colligere, quibus uitam æternam, & gloriam sempiternam comparare.

Sed quid? nihil horum infelix feci, bonas horas Temporis inutiliter impendi, omnes illas commoditates neglexi, omnes planetas effluere, corpora illa cœlestia moueri, torque dies oriri passus sum, de uir-

Tēpus nobis datum ad bene in hac vita merendum

tutum studio nihil omnino sollicitus, nec ad illas assequendas ullam operam insunens. Quare de oculis vindictam sumam necesse est, & lacrymis faciem, atque animam dolore repleam ; necesse inquam est, ut nefarium illud cor tristitiae temporibus inuoluatur.

Amissum

**tempus Pe
nitentia re
cuperandū**

Opus est profecto, ne desolationis hora adueniat, Dei irae peccatis meis inflammatae lacrymarum fletum opponere, & capiti meo languido penitentiae saccum, & cinerem fauillarum injicere, ne fortunae meae saccum, ruinam, & animae cines cogar intueri. Quare agite oculi mei, diluuij in morem lacrymas distillate, eia corrūpite suspirijs, vos quoq. manus furorem, & rabiem induite, cum bonorum operum exercitio incumbere nolueritis, iam ietib. incubite, flagellis, disciplinis, et seria penitentia reparate, quod nimia negligēta perdidistis.

**Vanitas
omne vita
nostræ tem
pus aufert.**

Vidi iam à primis annis tot soles renouari, tot anni tempestates commutari, & annos tot solsticia & equinoctia elabi, tot motus, vicissitudines, & conuersiones Zodiaci, nullum tamen annum, in modo ne diem quidem recensere possem, in quo virtuti incubuerim, & de animæ salute cogitarim. Vanitas omnia diripuit, omnia in dissolutionum abyssum demersa sunt, & quasi sopitus fuisset, omnes horæ meæ, & dies sensim sine sensu elapsi sunt.

**Iuuentu-
ris amissio.**

Actas illa florens iuuenturis, ver illud dierum meorum, primus rationis portus, viuacitatis introitus, animi oriens, discretionis stabilimentum, passionum focus, & disciplinæ sedes, ætas inquam, quæ virtutum colorem iam imbibere, omnium scientiarum habitum, honestatis decus, sapientiae gustum, timoris diuini sensum, eiusque cultum degustare debuisset, in vanitatibus traduta est, iniquitatibus sordidata, nugis consummata,

mata, & in dissolutionibus ad summum & usque
immersa.

Toto illo tempore nulli rei studui, quam co-
ram alijs comparete, vnicum honorem ambitio-
se sectatus sum, præ alijs eminere, & ab omnibus
volui magnificari. In medijs eram flammis con-
stitutus, nec easdem sentiebam; in medio uersa-
bar mari, nec fluctus metuebam; undique procel-
lis, & tempestate concutiebat, fragorem tamen,
& naufragium non formidabam, & in medijs flu-
etibus aduersus malum meum obliuetans, nullo
ad polum debitum, ad cœlos, ad cynosuram respe-
ctu habito, cursum perficere contendi, & meipsum
ducere, & dèrigere satagens Deum habere nolui
conductorem.

Quot verò in tristi hac nauigatione naufragia,
quot in hoc itinere, Deus bone, pericula, quot
errata, & peccata in hac ætate occurrunt? Quoties
cymba mea fundum petiit, ad quot vada, & rupes
adhæsit; in quot syrtibus, & charybdibus est sub-
mersa? Eheu? tempus illud, omnis mei tempo-
ris flos, vitæ meæ honor, quod ad virtutem meæ
educare, ad bonum deducere, & timorem Dei in-
gerere debebat, ad vitia mea pellexit, in malo me
erudituit, & diuinam me maiestatem contemnere
docuit.

O cœlum, o terra? & quid dico? tamne infatu-
natus vitæ meæ fuit introitus? horoscopi mei si-
dera itane mihi aduersa fuere? Vt verum fatear,
omnia mihi fuere infesta. Ipsa me perdidit liber-
tas liberè, & pretiosissimū vitæ pignus abstulit. Au-
ja mihi fuit academiam, mulierum illecebre, & cu-
pido, rotum meum studium: ludus, exercitiū meū:
fodalitia, & commercia luxurium, voluptas mea:
gula, & epulæ, delitiae, tripudia, & choreæ, occu-

*Iuuenilia
studia.*

patio mea; honor, & vanitas, votum meum; deliciae, & voluptates, vocum desiderium; mundi amor, validissima animæ meæ passio.

*Iuuentus
arbori se-
miliſ.*

Ita scilicet tempus meum effluxit, ita horæ meæ abruptæ, ita iuuentutis iactura facta est. Ætas illa, quæ flores ferebat, & insignis cuiusdam indolis signa præferebat, ut postmodum iucundos proferat fructus, & effictus præstantissimos in ætatis maturioris autumno produceret, congelata est, & quadam libertatis grandine diuexata, adeo ut nullum exinde bonum fructum protulerit, & infœcūdæ, & sterilis cumusdam arboris instar, quæ maligno quodam vento, aut fulmine tacta est, per manserit.

*Iuuentus
male collo-
cata.*

O sortem amaram? Praeclara illa ætas, tempus illud gratiosum, quod receptis primis à Deo beneficijs, primum ei obsequium etiam reddere debebat: ætas illa vulgaris plena, viuida, robusta, quæ quidquid ad creatoris honorem aggredi, nihil que omittere debebat; ætas illa perfecta, & omnium bonarum impressionum capax miserè, eheu? perdita est, ad Deum offendendū insumpita est, nihil faciendo euanuit, & nonnisi prauos habitus retinuit. Ne reminiscaris obsecro Domine delicta iuuentutis meæ.

Pſal.

*Otium iu-
uentutum
deſtruit.*

Cum deinde ratione vti inciperem, ad annos discretionis, & virilem ætatem peruenisse, in negligentiarum fundo stertens dormiui, & in otio consenui. O fontem malorum, o calamitatum mearum originem, miseriariū mearum initium, o pestem exitiale! O primorum annorum grandinem, teneræ ætatis ruinam, & iuuentutis exitium?

*Tempus
amīsum.* Annos, eheu? meos dirigere debebam, dierum meorum rationem habere, & dum superest tem-

pus

pus ipsum benè impendere, cùm semel amissum
redire nequeat. Pecuniaq; amissæ recuperari posst, *nunquam*
imò, & cum lucro at tempus amissum, & malè im-
pensum reparari nequit, eiusque iactura irrestau-
rabilis; Dies prætereunt, & non revertuntur: tem-
pus cursor quidam est, qui semper currit, nec vn-
quam respicit.

Cato magni apud ethnices nominis, cum ad *Tœnitentia* vita extremum peruenisset, inter cætera dolebat, *Cato-*
diem sibi in vita præterisse, in quo non aliquod *ris morien-*
in rem publicam obsequium contulisset. De me *tis.*
igitur quid fiet, qui Christianus sum, & vocor, cum
hora illa venerit, cumque ad mensem reuocauero
omnes annos, & dies vitae, sine aliquo erga Deum
obsequio elapsos esse: quis me tunc dolor, quæ me
inuader pœnitentia: quomodo otium detestabor,
& inertiae maledicam'. O igitur otium detestan-
dum, o negigentiam verè culpabilem?

Otium, teste Salomone, plurimum mali in or-
bem inuexit. Scio, & nimio meo damno scio, o-
tium vitiorum omnium esse matrem, virtuum no-
uercam, spiritus rubiginem, pietatis exitium, ne-
quitiae fomentum, machinationum peruersarum
fabricam, rerum sanctorum ruinam, honoris inte-
riuum, & animarum damnationem.

Scribit Apostolus ad Ephesios: *Nolite locum dare diabolo*, id est otio, quod dæmonibus ianuam
aperit: otiosus enim, & iners in se diabolo locum
dat, & omnia animarum claustra furijs adaperit:
adeò ut scopi instar sit aut signi, in quod omnia in-
fernī monstra arcus suos, & sagittas intendant.

Atheniensium legislator Solon legibus suis sta-
tuit, vt otiosi, inertes, & desides ab omnibus accu-
sari, & insimulari possent. Talem etiam legem
Deus noster tulisse videtur, iusto namq; iudicio, &
merita

Lex Solo-
nis.

merita castigatione statuit, ut omnis infernus aduersus otiosum insurgat, & omnibus carnis, mundi, dæmonumque tentationibus subiectus sit iners.

Luc. 11.

Spitus ille immundus in Euangeliō, quia dominum, ē quā egressus fuerat, vacante, & vacuam reperit, ideo mox cum septem alijs nequioribus se eodem rediit, qui omnia demoliti, & prædati sunt. Et sanè iusta otij mei punitione, cūm Satan semper in acedia, & desidia me innenisset, & animam inertem, & otiantem reperisset, eamdem mox invasit, & infinitos secum socios assumpsit, qui omnia penes me, destruxere, & animam meā ad desperationem quodammodo coegerunt.

*Labor ho-
nae famæ
parens.*

O sortem deplorandam? singulis horis, imò momentis singulis, rancum gloriae, honoris, & bonte famæ amisi, quantum præstare boni possem, nisi tempus meum inutiliter consumpsisse, in otio stertens, & desidiae lectulo incumbens. Si verò otium extinxisset, bonum mihi hauddubie nomen comparasset, eò quod labor honoris est parens, & gloriæ præco.

*Otiū sepul-
chrū homi-
nis nūi.*

Vnde benè dixit olim sapiens quidam, otium aliud non esse, quām uiuentis sepulchrum: quām diu enim socors, & deses vixi, & pretiosum ætatis meæ dissipavi, non aliter hauddubie vixi, quām si in mundo mortuus, & sepulchro illatus essem; vita mea, & aetiones non discrepabant à mortuorum, & eorum, qui sepulchro sunt illati.

Exod. 12.

Quam igitur noxia est socordia? quām grauis temporis iactura? otio factum est, ut dilectus Deo populus in idolatriam prolapsus sit creatoris sui

2. Reg. 11.

oblitus. Monstrorum ille domitor David, otium agebat, & à bellis vacabat, cūm in palatio, & solario obambularet, ē quo otio scelustum cūm Ber-
sabee

sabée adulterium, & innoxia strenui Vix mors, aliaque inconveniēt, & damna sunt secuta. Et ego, ut alias historias rāceam, quām negligens sui, tēpus meum nequiter amisi, quōdies Dēm meum agnoscere nolui, quōd adulteria commisi, quōd homicidiorum causa exstīti, quōd scandalorum, & calamitatum occasio?

Inter reliqua peccata, ob quāe Sodoma, abominationum illa cloaca, destrūcta, & euersa fuit, numerat Ezechiel Propheta otium, & temporis neglectum. De me, vt fatear, inter primas ruinæ mæ causas, & dissolutionis incentiua in primis refero animi negligentiam, & actionum mearum socordiam, & uitæ inertiam. Quicunque igitur malorum meorum originem, & calamitatum principium, ac fontem scire velit, uno verbo audiat: Peitra scandali, ad quam offendens, in abyssum ruinæ delapsus sum, ipsum est otium & socordia.

Eheu! cum oculos in damnā, quāe otium in rebus corporalibus effecit, conijcio, & detrimenta, quāe agro naturali infert, intueor; certò mihi persuadeo, idem omnino in gratiæ territorio cuenire, & deteriora etiam in animæ mæ prouincia effecisse. Ipsum vt est mors corporum, & omnium rerum quantitate constantium, non minus mors animorum est, & omnis rei, quāe cœlestis naturæ aliquid participat.

Ignis Elementorum princeps, & caloris Dominus, vivere non potest, nisi dum agit: aer non vult nisi moueri, & cum moueri definit, destruitur, & corrumpitur: bestiæ, & animalia cūm otio torpescunt, emoriuntur, & dum strenue labrant, uegeta sunt, & uiuida: naues in portubus putrescent, in medio mari uelificantes feruantur, & indutescunt: qui in bello, & conflictu quieti

*Idem in q.
nima otii
fuit, quod
in reb. cor-
poralibus.*

*Otium de-
finit om-
nia corpo-
ralia.*

stant,

stant, nec lacertos mouent, in vita versantur pericula; hostium mucronibus expositi; at è contra qui semper se mouet, & locum assiduo mittat, multò securior est, & extra conflictus pericula. Cur igitur in hoc statu solus viuere studui? cur in delicijs agere, cur diebus abuti, & semper in otio, & quiete versari? ah quomodo anima etiam perdita est, quomodo labefactata?

Otium metalla destruit.

Et sanè, ut orium metallà omnia destruit, lapides preciosos corrumpt, gemmas adulterat, liquores torpidos, & vapidos reddit, voces raucedine perdit, instrumenta mutat musica, vires humanas debilitat, & animos rubigine inficit; è contra vero usus eadem recreat, sustinet, perficit, & sublimat. Ira agnosco idem omnino malum animam meam perdidisse, lucidam illam gemmam offuscasse, insigne illud instrumentum destruxisse, vires meas debilitasse, spiritum corrupisse, animum humiliasse: quæ, si bonis operibus incubuisse, nullum penitus detrimentum passa essent, sed vegeta, validaque permanissent.

Elementa numquam quiescunt. Elementa primæ naturæ bases, & prima mixtum ingredientia, numquam, vel ad momentū quiescunt, sed semper inter se digladiantur, ac pugnant; cœli numquam in otio sunt, semper in motu. Planetæ semper influxus suos producunt, circa polos semper obuersantes. Solus ego monstrum iners in terra vixi, in otio, nihil faciens, qui à primis incunabulis, & tempus, & horas perdi.

Hic ingeminemini suspitia, dolores, lachrymæ, penitentia, imperu uno in me irruite, amaritudine animam obtuite, hosce oculos submergite; hocce cor disrumpite, pectus hoc concutite, neque enim diutius vivere volo. Nec enim me uiuere patet eti, cum quidquid habui vitæ, tam male impende-

penderim. Eheu, quid agam, cum illi iudici mihi erit respondendum? quid agam, quando exacta gestorum meorum ratio reddenda? Et si vel de Matth. 12 minimo verbo otioso reddere rationem oportet, ecquid erit de tot mensibus, tot diebus, tot horis, de tot denique momentis, & minutis perditis, & male collocatis?

Cur infelix non melius vitam dixi? cur tatum temporis perdidi? Dein amque filius, ut omnes omnino homines, & me in primis edoceret, nolle se nos otio ita torpescere, omnibus, & singulis diei horis egreditus est in compita, & quotquot otiosos in foro reperit, in vineam suam ad labores destinavit; & tantam inertiam nullatenus ferens, hunc in modum eos allocutus est, dicens: *Quid statis hic tota die otiosi?* Horum instar Domine, ego vixi, & toto vita æratisque meæ die otiosus in mundi compitis steti, & iners in Ecclesiæ tuæ vinea laborare detrectans. Vereor profectò ne nimia mea ignavia te aliquando prouocet, ut de sceleribus meis vltionem sumas.

An non scire debebam demens, semper esse mihi laborandum, & aliquid agendum, ut ferus ille inimicus, qui semper circum muros meos obambulat, numquam me otiosum inueniat?

Nauis enim, quæ plena est, & occupata, aliud ne accipit, nequid recipere nequit; at quæ vacua, & inanis, omnium impressio-

rum capax est: ita quoque anima, quæ occupata est, nullas prauas impressiones recipere potest; at otiosæ, & vacanti diabolus, quidquid lubuerit, indere, & imprimere potest.

Flumina, quorum aqua fluit, dulces proligunt Otium sibi pisces, nullos vero bufones, viperas, aut serpentes; mille aquæ at aqua stagnans, ut in lacubus, & paludibus, stagnantibus, nil nisi culubros, & ranas producit, & pisces, qui

hinc

Matth. 22

hinc exeunt, insipidi sunt, & noxijs. quid autem
ego in tam diuturno otio stetens, & in delicia-
rum mearum cæno volutatus, aliud producere po-
tui, quam viriorum bufones, & in honestarum co-
gitationum tanas? Si verò anima virtutis torren-
tem sectata esset, si aqua illius fluxisset, si bonis
se operibus dedisset, mille dulcedines, mille bona
opera, meritoriaque produxisset. Profectò hanc
otio pesterem si fugissem, & tempus debita ratione
impendissem, nunquam in tot peccata, eaq; adeò
enormia prolapsus essem, in quæ otiosus, & iners

3. Reg. 11. cum fui, cecidi. Quamdiu Salomon tum tem-
plo, tum palatio exstremo distinebatur, num-
quam Deum offendit, sed mox, ut otio se dedit, &
inutiliter tempus transegit, in gratia delicta inci-
dit. Otium quippe omnium malorum est esca, sen-
sualitatis formes, & libidinum nutritrix.

3. Reg. 28. Daniæ vibem Zachis diruerunt, èd quòd ci-
ties otio diffuerent, & inertia: quo mysterio do-
cemur, otium, & socordiam non modo vibiu, sed
animarum etiam exitium esse. Et sanè dæmones
principes illi tenebrarum, & furiae infernales,
quod animam meam otiosam repererint, & nihil
facientem, idè illam in exitium pertraxere.

Terra quæ inculta est, nec aratto scinditur, nil
nisi spinas, vrticas, & lolium generat: ita quoque
mecum actum est: nam cum toto vitæ tempore ve-
lut ager incultus iacuissem, nunquam virtuti in-
cumbens, nec ullum bonum operans, præter ingra-
titudinis sentes, spinas vanitatum, & omnium vi-
tiorum lolium, nihil produxi.

Pro. 20. Propter frigus, ait Sapiens, piger arare noluit,
mendicabit ergo astare, et non dabiturei. Cum hæc
verba attentius considero, totus contremisco, me-
tuens ne me tunc Sapiens describere voluerit; sum
etenim

etenim piget ille, qui manum admouere operi detrectauit, & laborem, frigus difficultatum metuēs, exhorruī. Quapropter metuo, ne in mortis hymene, in qua omnia congelascent, ad extremam necessitatem redigar, adeò ut mendicare cogendus sim, & tempus paenitendi, quod mihi tunc forte denegabitur postuēm.

*Iustum deduxit, inquit Salomon, per vias rectas, Sap. 10.
honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. Hinc discere poteram; viam cælum versus plenam esse laboribus, difficultatibus, & sanctis occupationibus, ac virtutum exercitijs: Hinc inquam discere poteram, nūc nisi eam tererem, & beatos illius tramites sequenter, sed vias penitus alias, quæ otium, & desidiam spectant, ad beatitudinis portum peruenire non posse, aut ad ea loca, ad quæ Sancti, & iusti pertingunt.*

*De anima sancta scriptum legimus: Panem Prou. 31.
otiosa non comedit, at de mea hoc dici nequit, sed penitus contrarium: Panem otiosa comedit, noctes, & dies in delicijs transagit, & totum uitæ tempus inutiliter insumpsi. O intamiam, & confusionem intolerabilem? o ruborem non ferendum.*

*Præcepit olim Hebreis Deus, vt diebus Veneris Exod. 16.
tantum manna in deserto colligerent, quantum in diem Sabbati, in quo manna non descendebat, simul sufficeret. Hic edoceor, uitium, & misericordiæ diuinæ manna fuisse colligendum, quamdiu dietum meorum prosabbatum durat, & mihi laborandum in hac vita, vt in magno illo sabbato, & festo quiescam in altera. Sed quid? nihil omnino feci, laborem fugi, & bona opera neglexi, siue quibus tamen ad cœlum aditus non patet, nec æternam felicitatem, & gloriam promereri possum.*

Luc. 10.

Legis quidam peritus Christum accedens petebat: *quid si ciendo uitam eternam posse debo?* sciebam scilicet a potestate legis, & mysterij peritus, opera bona esse ad gloriam cœlestem necessaria, sine quibus illa parati nequit, atque ideo operum non verborum meminit. Ego vero scelestus, & improbus quamvis in alijs rebus satis peritus, & versatus, numquam aut re ipsa, aut verbis inquirere volui, quid ad vitam eternam parandam, aut animæ salutem esset necessarium.

Luc. 16.

Improbus ille œconomus Euangelicus, casum suum deplorans, & remedium spectans dicebat: *Quid faciam?* sciebat nimimum, ad se in priorem statum restituendum opera in primis requiri. Cur non, & ego simili, ad conditionem meam reparandam, sum usus industria? cur non tempore, & loco laboravi? cur animum demisi? cur ad effecta non veni? ut ita malum meum auferrem, casui meo mederer, aduersa tollerem, & in pristinam me dignitatem restituerem?

Luc. 10.

Dominus Iesus cum Legisperito responderet, proposita illi parabola illius, qui e Ierusalem in Iericho descendens in latrones inciderat, bona opera necessaria indicauit, & charitatem, ac benevolentiam Samaritani dilaudans tandem ait: *Vade,* & tu fasimiliter. Quam conclusionem verissimam utinam ego diligenter considerasset, qua probatur, ad vitam eternam comparandam, in hac labores, & sudores esse insumēdos. Quid autem ego sperem, qui semper otiosus vixi, tantum temporis perdidī, & nihil unquam boni agere in animum induxi.

Matt. 25.

In magno extremi iudicij die de bonis operib. potissimum examen instituetur, quando nimium iudex electis dicet, eisque in memoriam euocabit,

bit, quod pauperes nutrierint, ægrotos consolati
sint, captiuos inuiserint, nudos vestuerint, & sic
de alijs operibus: quæ quia scelesti agere noluere,
desertos se reperient, & infernalibus supplicijs
mancipatos. An non igitur metuam oportet, ne,
cum horum de numero sim, &, cùm ante iudi-
cem venero, tremens, & temporis negleæti reus,
nullumque bonum opus ostendere valens, eodem
cum illis supplicio inuoluar? fides profectò tunc
non sufficiet, sine operibus enim illa mortua est,
& in die illa vniuque non secundum fidem, sed
iuxta opera redditur.

Non sat erat iusto Simeoni vidisse Iesum Dei
filium, sed illum etiam, teste Euangelio, in vlnas
sumpsit. Vt hinc euidenter constaret, illum verè iu-
stum esse, & virtute præditum, qui Deum fide co-
gnoscens, illum manibus, & vlnis complectitur,
idque bonorum operum exercitio. Quam autem
negligens ipse fui in sancto hoc tene imitando?
sed sufficere credens fidem habere mortuam, &
aliquo modo in Deum credere, numquam illum
inter brachia, & vlnas gestare, numquam scilicet
virtutum operibus incumbere volui.

Quid prodest naufragiæ in medio mari velificanti,
& tempestatibus agitato oculos habere, & nullas
manus? quid prodest, si nauclerus aquas respiciat,
solem dimetiatur, clavum flecat, vela explicet, an-
tennas attrahat, si alij desunt, qui manum operi
admoueant, qui carchesium concindant, malum
erigant, sentinam exhaustiant, & rudentes alligent.
Ita parum quoque mihi profuit cœlum respexis-
se, & oculos habuisse, quibus Deum intuerer, cre-
didi omnia; quæ Ecclesia credit, cùm manus pe-
desque ligatos haberem, nullum omnino bonum
ageus, & in extremo, ac supino otio stertens.

G Quid

Iac. 2.
Mat. 28.

Luc. 2.

Fides sine
operib. m-
hil est.

Matth. 17

Quid iam prodest credidisse Deum esse, si vixerim quasi nullus esset Deus? quid laudis erit, non men habuisse Christiani, & ethnici instar vixisse? Placet Deo fides, modo charitatem, & virtutes an nexas habeat.

Luc. 17.

Quare Christus eam grano sinapis comparat, quod natura calidum est: ut hinc euiderit, fidem igne charitatis, & bonorum operum zelo ardere debere. Cū uero mea huiusmodi incendium non prætulerit; credam necesse est, Deo illam displicuisse, & penitus inutilem permansisse.

Exod. 13.

Columna illa ignea, quæ in nubibus licens, Hebreos per mare rubrum deducebat, Ægypto quidem eos eduxit, & per desertum deduxit, sed in terram promissionis non perduxit, nam armata manu, & nonnisi virtute bellica in eam ingressi sunt. Columna hæc fidei imago erat, denotabatque, infidelitate quidem, & Ægypti tenebris, fidem nos educere, & per mundi desertum deducere, ostendendo, quæ sit via tenenda, quidque ad salutem parandam facta opus sit: sed ut cœlum ingrediamur, quæ terra promissionis est, conflictu, & bonorum operum robore opus est. Nihil igitur est fides mea, & exigui roboris, cum prælia eam, & conflictus non sint secuti.

2. Petr. 1.

Vnde Apostolorum princeps Petrus ait: *fratres satagit, ut per bona opera certam vestram uocationem faciatis.* At ego vitijs immersus, & dementatus non idcirco, vel pedem moui velocius, uel passum unum progressus sum longius; semper tempus effluere passus, nec uocationem meam, aut animæ salutem certam facere, aut stabilire bonis operibus sum conatus.

Matth. 20

Denarium Paterfamilias non dabat, nisi qui strenue operati essent, & in vinea opere diurno sudas.

sudassent. Quo edoceor præiudicatus quodammodo, non posse me, vel denarium, aut ullam mercedem à patre illo cœlesti sperare, cum omne uitæ tempus tam nequiter impenderim, nec in uinea illius, idest Ecclesia, voluerim operari.

In Canticis Deus dilectæ suæ ait: *Pone me, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Vult corde nos se diligere, & manib, in bona opera incumbere. Ego verò, quæ mea calamitas? neutrū feci; manus quippe colligatæ fuere, & cor uanitatibus mundi penitus immersum, nec in brachio, nec in corde Deum gessi non fuit ille scopus amoris mei, nec actionum signaculum; sed alijs rebus intendi. Mundus quippe scopus fuit, in quem omnes cogitationum meatum sagittas direxi.

Dixit olim Apostolorum Princeps Dei filio suo Matth & sociorum nomine: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Ecce Petrus mercedem postulans, obsequia præmittit: stultum quippe foret, à Rege beneficium, & recompensationem petere, & bello non intersuisse, aut ullum regis nomine obsequium præstirisse. Nullum igitur beneficium mihi à Deo sperandum est, cum nullum ei umquam obsequium præstiterim, sed supplicia potius è contra exspectanda, cùm tot peccatorum generibus illum ad iracundiam prouocarim.

Fatuæ fuere quinque illæ virgines, & fatuas Matth. 25 verè Euangelista appellat, cum sine bonorum operum oleo, & caritatis igne ad sponsi nuptias, & gloriam cœlestem se admittendas sperant. Fatuus profectò forem etiam, & demens, si caritate deslitutus, & operibus bonis, oleo, & igne carens, & lampade animæ penitus extincta, in cœlestem

100 HEC R A L I T I C H R I S T .
me beatitudinem admitti posse sperem . Vereor
eheu? vereor , ne meruerim , ut mihi ianua occlu-
datur , & dicatur : *Nescio te.*

Marc. 20. Respondit olim Dominus discipulis , qui pri-
mas in ipsius regno sedes venabantur , nondum
tamen meriti erant , *Nescitis quid petatis , potestis
bibere calicem , quem ego bibiturus sum.* Potest hanc
Apostolorum reputam , an ante eundem Deum
comparere audeam , idem ab ipso postulatus &
gloriæ fruitionem , ac sedem primā in regno eius
petitus? sanè quicūque hoc sine prævio labore
peteret , ostenderet haud dubiè se nescire qd peteret .

x. Tim. 4. Apostolus Gentium Paulus priusquam de mer-
cede loqueretur , laborem , sudorem , & confli-
ctum suum præmisit , cum Timotheo scribens ait :
*Bonum certamen certavi , cursum consummavi , in
reliquo reposita est mihi corona iustitiae , quem reddet
mihi iustus index . Quid igitur ego faciam ? quod
sperem præmium , qui nullum laborem vidi ? quā
coronam mihi spondeam , qui nunquam decerta-
ui ? quid boni mihi contingat , qui nihil unquam me-
ritò dignū præstisti ? Maior mihi meruendorū sup-
pliciorū incubit occasio , quam speradæ mercedis .*

2. Thes. 3. Cur vita cymbam tam male direxisti infi-
da Anima , libertatis aura spirante ? cur tot me so-
les perdere fecisti ? tot annos nequiter insumere ?
cur tam licentiosè uiuere ? cur ne semel quidem
de salute mea cogitare ? sortiem meam non formi-
dare ? cur me siuisti virtutibus non incumbere , nec
bonis studere operibus , cum tamen alia longè au-

ribus Apostolus ingeminet dicens ? *fratres in labo-
re , & fuitigatione , nolite deficere benefacientes .*

Gal. 6. *Bonum facientes , ait vas electionis , non defici-
mus , tempore enim suo metemus non deficentes .*
Hoc tu improbe peccator non obseruasti , fūmini-
ni

ni nimium animi fuisti , & quamprimum defecisti; in quocunque statu bonum semper operari debuisses, serius enim, aut citius messem, & meritum collegisses. Et tametsi in statu peccati gloriam cœlestem promereri non potueris, numquam tamen à beneficiando desistere debuisti, nec in labore deficitur: venisset forsitan tempus, in quo murata conditione, & uoluntate, & a statu peccati ad gratiam reuersus, bonorum operum exercitio incubuisse gauderes, & ita beneficiandi habitum iam collegisses, & sanctis operibus paulatim assueuisses.

Semper bonis operibus insistendū.

Ficui pertransiens Redemptor Christus male- Matth. 25
dixit, quod fructum in ea non videret, quæ quam-
primum exaruit, & omnem mox viorem, &
vigorem perdidit. Non erat tunc, ut ait Marcus, Marc. 11.
fructuum tempus, nec anni tempestas sicubus fe-
rendis idonea, nihilominus Redemptor ficui ma-
ledicit. Sciebat, fateor, Deus, quando in statu pec-
cati versabar, fructuum ferendorum, id est bo-
norum operum, opportunum non esse tempus;
volebat nihilominus semper te bene agere,
& quotiescumque sine bonis operibus iuuen-
tus es, illius iræ, & maledictioni subiectus
fuisti.

Ipse profectò sum, ac toto vitæ tempore fui, Compara-
maledicta, & sterilis illa ficus, quæ in mundi hu- tur ficū Eu-
ius agro consita, nullum virtutis fructum tuli, sed uangelicæ
folia duntaxat, & vanitatis ramos: Atque ideò to- peccator.
ties in me diuinæ iracundiæ fulmina desauierunt,
ut penitus exaruerim, nihil iam vita mea sit, cor
contabuerit, facies colorem murarit, actiones sor-
descant, & anima penitus mortua sit.

Apostolorum Princeps quamvis in Caiphæ do. Matth. 20
mo, quo ad corpus frigidus esset, & frigidior etiā
in anima, loquelam tamen non amisit, quam-

antea habuerat cum Christo adhæreret, atque ita
ē loquela, & lingua, Christi discipulus esse cogni-
tus est. Quamvis peccator es es, & Deum nequi-
ter denegales, non ideo habitum exuere debebas,
aut linguam, quam in statu gratiae habebas in quā
desistere à dandis eleemosynis, ab oratione, à ieu-
nijs, à Sacrorum, & concionum auditione, alijsq;
rebus similibus : cum enim hæc omnia omisisti,
Dei linguam exuisti, diaboloque, & mundo arma
tradidisti.

Sed quid iam inde à primis annis omnia repu-
diare, & deserere visus es: nam cum, & in peccati
statu versareris, & in gratia viueres, semper malū
commisisti. in quocumque demum statu anima
tua visa fuerit, numquam virtutem spirauit, num-
quam bonum spectauit, sed scelerum tramitem
est semper sectata. Si verò dissolutionum finem fe-
cisses, libertatis vela contraxisses, passionibus do-
minata es es, bonum aliquod opus edidisses, in va-
num fortasse, & inutile non fuisset.

Exod. 8.

Nullum animal immundum in veteri sibi lege
offerri volebat Deus, quod nec in frusta concidi vo-
lebat, sed diuendi, & eius sibi pretium offerri.
Opus bonum, extra statum gratiae factum, ani-
mal illud immundum est, quod quamvis in se mo-
raliter bonum sit, Deo tamen non placet, sed uni-
cum illius pretium: si enim bono incumbas,
Dei præcepta obserues quibus obligatus es, bona
illam voluntatem Deus acceptat, & suo eam tem-
pore agnoscit; licet alioquin opus in se meritis ca-
reat. Cur hoc igitur non cogasti infelix? cur iusti-
tiæ tramitem non es securus? cur bonis operibus
non incubuisti? hoc forsitan tibi modò prodefset,
atque ita fortasse Dei amicitiam conciliales.

Marc. 12.

Legisperitus, qui à Christo petebat, ecquod ma-
ximum

ximum esset in lege præceptum , quamvis malo
fine hoc peteret, & solum tentandi gratia; quia ta-
men bona erat petitio illuminari meruit, & audi-
re Dominum dicentem: *N*on es longè à regno *D*ei.
Et sanè bona opera semper, & omni tempore pro-
sunt; si enim indigna sunt gloria cœlesti, eamque
promereri nequeunt , bona nihilominus terrena
merentur, efficiuntque ne tantam super nos diabo-
lus potestatem habeat.

Hæc omnia eheu ? Domine neglexi, omnes ha- Luc. 16.
sce occasions amisi, & ideo reus iam coram tua
maiestate sum: tremo iam tuam videns potētiam,
& meorum delictorum grauitatem . sum enim, ò
pater familias, villicus ille iniquitatis, malus ille
administrator, qui diffamatus sum per omnia, &
de quo iam saepius inaudisti, bona illum tua dissipa-
passe: ego siquidem sum, qui, cùm a tot iam annis
bona tua, & hæreditatem possederim, omnia de-
struxi, & dilapidavi, scientias inquam, robur, diti-
tias, gratias, Sacra menta, tempus, vitam, corpus, a-
nimam denique hanc, & alia innumera . Et modò
quid faciam nescio; quo me vertam ignoro, nisi ad
misericordiarum tuarum sinum,

Vide me igitur iam, misericordiosissime Domi-
ne , lacrymis suffusum , & genibus in terram pro-
stratum, ad instar serui illius , qui decem talento-
rum millia Domino suo debebat. Ego quippè cum
tuam in familiam , & famulitum iam inde à ba-
ptismo adscriptus sim, iam nequiter res tuas gessi,
vt iam plusquam decem talentorum millia tibi
debeam, tot s. tempora, tot annos, tot dies , tot ho-
ras, & momenta tam inutiliter transacta . Quid a-
cturus iam sim nescio , nisi vt pedibus tuis aduolu-
nar, suspensa ingeminem, lachrymas laxem, venia-
petam, misericordiam postulem, teque, ut patien-

tiam habeas mecum, inuitem.

4. Reg. 20 Inducias, Domine inducias: tempus igitur, & inducias concede. Si præteritum tempus stolidè amisi, quod uenturum est sapientius impenderem desidero. Inducias Domine Iudex, & qui olim Ezechiæ regi lacrymanti quindecim vitæ annos didisti, eadem mihi gratiæ concede, mihi inquā, qui in eadē sum arena, & à longo iam tempore in iustitiæ tuæ tribunali condemnatus uitam producito, aliquot vitæ dies adiunge, ut in his delicta mea expiem, & maleficia lacrymis, & pœnitentia eluā.

Miserere igitur mei, clementissime animæ Servator, ne reminiscaris obsecro, prodigi huius dissolutiones, ne ricorderis præterita delicta mea, ne computes amplius annos illos perditos, dies, & horas malè insumptas: hanc iacturam resarcire decreui, tibiique satisfacere, vitamque, & tempus, si quod mihi in posterum daturus es, tam accuratè, & diligenter expendam, ut tuo id obsequio, virtutibus, bonis operibus, peccatorum detestationi, pœnitentijs, insumpturus sim; iam noctes solis impendam fletibus, dies ieunijs, horas omnes pœnitentiae, & cordis amaritudini.

C A P V T VI.

Dolet de non acta Pœnitentia.

*Nocte meum aßiduo maleficiet ab imbre cubile,
Omnis, & à lacrymis nox erit vda meis.*

*Cor dolor, insomnesque proment præcordia cura;
Certa ea tristitia sunt monumenta me.e.*

*Peccator
nunquā de-
beret lacry-*

HIC scilicet anima flendum est, hic ingeminandæ lacrymæ, hic oculi fletu diuexandi; hic affectui, & dolori haber-

in laxandæ , hic lachrymarum cataractæ ap- mis impo-
riendæ . Cum aurora diem reducit , & quiescere nere.
incipit , dolere quoque incipe , & cum dies iam
exspirat , & nox ingruit , fletus tamen , & suspi-
ria non exspirent , nec ad lætitiam se animus com-
ponat . Licet iam animalia circa vesperam spe-
læa petierint , & feræ antra , & altum per omnia
sit silentium , tu tamen flere ne desinas , sed in te-
nebris fletus , & suspiria innalescant , ipsaque no-
ctis quieta tranquillitas tuis clamoribus , & eiula-
tibus interrumpatur , & uox rauca , ac semisfracta
per omnia resonet , omnesque consternentur , tua
qui suspiria , clamores , lamenta , planctusque
inaudierint .

Nemo inpostetum , peccatrix anima , palpebras Pœna re-
tuas siccas videat , nec lachrymas vixquam exhau- spōdeat pec-
stas , genæ perpetuò madeant ; oculique peren- cato .
niter manent : caput in oceanum conuertatur , &
in fontes oculi , totumque uitæ tempus lacryman-
do traducatur . Quem enim eheu ? finem tua ha-
berent lamenta , cum impœnitentia , & dissolutio-
nes tuæ fine careant ? par siquidem est , ut offen-
ſæ respondeat afflictio , & culpam pœna premat
comes .

Quid verò ? Quadraginta iam sunt anni , ex Cani pre-
quo uitæ hujus beneficio frui cepisti , ex quo celos nuntij mor-
moueri , planetas oriri , occidereque uidisti ; & tis .
nondum ah? bene agere incipis . Canos iam vides ,
qui nuntij mortis , & præambulones sunt , & sub
annorum pondere , ac multitudine quodammodo
curuatus ingemiscis , qui mortem tibi instare de-
nuntiant ; nondum tamen honoris virtutem vidi-
sti ; nec pœnitentiam amplecti voluisti . Si fortas-
se interdum virtutis ingredi tramitem decreui-
sti , & salutis tuæ negotium agere ; quam- pri-

primum à proposito resiliisti, & eodem quo nata tempore voluntatis bona occidit, & omnis ad bonum affectus in momento pertransiit, & cor tuū in diuino obsequio, & pœnitentia operibus pigrū se semper, flaccidum, graue, & incis declarauit. Hic tamen, Deus bone ardere oportebat, hic zelo, & affectu aestuare horas, & momenta dignè collcare, propositum cæptum prosequi, laboribus, aut pœnis non parcere.

Rom. 12. Scribit ad Romanos Apostolus: *Sollicitudine non pigri spiritu feruentes, Domino seruientes.* Ego vero, quæ mea peruersitas? in hoc solo piger, & iners fui, & cæteris in rebus ceruo velocior, & promptior. Quām iniquum tamen, ac rationi dissentaneum erat, illū me tepidē, negligenter, ac velut obiter querere, ac colere, qui tanto me zelo, affectu, & feruore quæsierat, & amauerat. Cur ò cœlū iniquitatū vindex, meas nō vlcisceris? cur negligērias meas tā patienter, & iāto tēpore sustinuisti?

Ioan. 13. In ultima cœna proditori Iudæ Redēptor ait: *quod facis, fac cito.* Ut desiderium aestuans, quo animus illius inardescet, & anhelabat ad horam illum, in qua pro alijs datetur, mortem occumbere, declararet. Pudere me ah? debebat; tam potenti Domino, tam remissè, ac negligenter seruire, qui tam strenue, tantoque feruore pro me tormenta tam atrocia, & enomia pati voluit: quare ardentiter illi obsequi, & coide feruenti illum amare, & delicta, quæ in maiestatem illius commisram, prompta, & celeri pœnitentia expiare debui.

Acto. 2. Spiritus Sanctus sibiò, & drepentè, & festinanter admodum in linguis igneis super Apostolos descendit, quo edocemur, maiestatem illam diuinam, ubique fuerit, omnem reportem, & animi.

P A R S P R I M A.

animi inertiam detestari. Cui qui seruus dignè voluerit, eiusque gratiæ capacem se reddere, summa festinatione, & celeriter admodum eam consolatur, non verò mei instar, tepidè qui ne vñquam festinare quidem contendit, ut Spiritus sancti dona acquirerem, eiusque gratiam, & benedictiones prometeret.

Voluit in veteri lege Deus, agnum Paschalem Exod. 12. festinanter comedи: quo edendi ritu demonstravit, velle se, ut in bonis operibus festini simus, & summo animi seruore illi seruiamus, ab omni desidia, & tempore alieni. Ast ergo velut horum omnium nescius, in omnibus actionibus meis adeo flaccidus, & tepidus exstisti, in Dei obsequio ita remissus, in vita emendatione adeò piger, & vecors, cœlum ut amplius respicere, aut terram calcare penitus indignus sim.

Pastores illi Iudaici accepto de Messia nativitate Luc. 1. nuncio, quamprimum in Bethleem magna animi contentione properarunt, eundem in Præstio reclinatum adoraturi. Ego verò negligens, & vecors quamuis toties sciuerim eundem illum, Deum in templo videri, ac præsentem esse, ne conferre quidem eò me dignatus sum illum visurus, adoraturus, votaque, & sacrificia mea illi oblaturus, tantoque illi tempore seruui, ut dum, vel recor dor rotus erubescam.

Dicebat de se loquens Psalmographus: Per Psalm. viam mandatorum tuorum cucurri: non fuisse te, sed summa celeritate cucuruisse ait. Tu verò miser, Regem illum non es imitatus, per viam mandatorum Dei, ut ille, non cucurristi, per viam inquam pœnitentiae, quam agere nos præcepit, sed quamprimum defatigatus, & tempore retardatus, in itineris initio cursum abiupisti.

Quam

Festinet ho- Quām verò pusillanimis fūisti: quāmque abie-
mo ut in cti animi? maiorem te ostendere animositatē
buc vita par erat, nec in via hac quamprimum defatigari;
merreatur. festinate è contra, vt in hoc studio merita compa-
 rares, vt qui scires ne horam quidem vitæ certò
 te habere, atque ita è temporis breuitate de neces-
 sitate diligentiae, iudicare poteras, Is profectò stul-
 tus est, qui cùm tempus breue supersit, & multa ne-
 gotia habeat peragenda, risui, ineptijsque se tra-
 dit, nec de rebus expediendis sollicitus est.

*Apotheg-
ma medi-
cum.*

Amile.

Dixit olim de medica Arte Philosophia qui-
 dam: Vita breuis, ars longa, experientia fallax: de
 pénitentia item omnino dicere liceat, vita breuis,
 exercitium difficile, & austertates ingratæ; ideò
 par erat, vt pénitentiam agere, & Deo seruire
 festinares, cùm iter hoc breue sit, vita salebrosa,
 pénitentia dura, & scientia difficilis. Si emenso cer-
 to quodam itinere certus esles, magnam te pecu-
 niae summam receperum, vnde tibi in totum vi-
 tæ tempus ad victum, & res necessarias suppene-
 ret, festinares proculdubio, nec cursum interrum-
 peres, nec vllis te negotijs, quæ iter remorarentur,
 implicari sineres. vita hæc non nisi via est, & iter
 quod instituit longum, & certò tibi constat, emen-
 so itinere magnam tibi paratam esse mercedē, quæ
 in eternum te ditabit, & beabit. Cur igitur lensus
 es in incedendo, cur Deo tam tepidè, & negligenter
 seruis? cur non passus duplicas, & per iter tuum
 properas? præuertere enim hic perniciitate aves, &
 celerius velocitate anteire te oportebat.

Dici nō potest, quām noxius sit tempor Dei famu-
 lo; dum enim languidus est, numquam quod orat
 impetrabit, numquam in conflictu victoriā
 consequetur, nec post sementem conuehet in hor-
 Ierem.48. rcum. Maledictus homo, ait Ieremias, qui facit
 opus

opus Dei negligenter quām igitur ipse maledictus sum, idque multifariam? nunquam enim Deo meo seruui, nisi languidē. Pœnitentia opus Dei est, & ipse flaccidus fui in illa agenda; inque Dei simulatu supinus, & piger, in mundi verò obsequio promptissimus, ac solertissimus.

Sequi te oportuit, infelix, illius vestigia, de quo David ait, *Exultauit ut gigas ad currēdā viam,* Psal. 28. *Vitae huius, salutem tuam magno animi ardore,* & diligentia incomparabili procurando. Sequi sānè illam oportuit, nec in itinerē defatigari, aut anūnum abijcere, respiciendo Apostoli verba dicentis: *Recitatate eum; qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes, sed strenue vos in omnibus geratis.* Hebr. 12.

Præcepit olim Deus, ut ignis in altari perpetuō arderet, quem Sacerdotes additis lignis semper fo- uebant, ne extingueretur. Quo mysterio doceris, creatura infelix, in cordis tui altari ferooris ignem semper ardere, illumque te, Deum perfecte a man- do, ei fideliter seruendo, & pœnitentiæ grauiter incubendo, souere debere.

Dixit in proverbijs Salomon; *Egestatem opera.* Prou. 10. *ta est manus remissa.* Qua gnomia declaratum est illum mereri, ut bonis spiritualibus egeat, qui in virtutis via tepidus, & piger est. Hinc colligo, mereri me, ut tandem pauper, & inops sim, qui ageō abiecti, & remissi sum animi, & in Dei obsequio, pœnitentiaque agenda vecors, & languidus.

Vidit Ezechiel campum siccis, & cemedullatis ossibus, & cadaveribus plenum: quo denotare iam tum Propheta voluit, nultos esse, qui per viam Dei magno tempore, & ariditate incedunt, quo- rum haud dubiè primus sum: qui enim me in tra- mite

118 HERACLITI CHRIST.

mitis virtutis, & pœnitentia semita, quæ viæ Dei sunt, vidisse me profectò mortuum, & cadaver quoddam exsuccum iudicasset: adeò in operibus meis aridus, in intentionibus frigidus, in exercitio mortuus fui.

Qualem eheu? pœnam meroe? quam miserè vixi? omnis ætas iuuenilis dissoluta fuit, & proterua; sed ut Deo obsequeret, vitam emendarem, peccata expiatrem, pœnitentiam agerem, cùm commodè possem, negligens fui, ac remissus, & in ultimæ senectutis annos omnia distuli, ad quos fortasse non pertingam, vel si pertingam, occasib⁹ mihi, & vires forte deerunt.

Thren. 3.] Bonum est homini, ait Ieremias plorans, si portet ingum Domini ab adolescentia sua. Ego verò hocce consilium negligens, nescio qua dementia, primum ætatis florem mundo, Deo autem fraces, facies, & senecturis amuream dederim. O nefarie? Mundo, diabolo, & carni meliores vires obtuli, Christo verò Iesu deterius, & fæculentius.

Leuit. 1. & 22. Veruit in Leuitico Deus, ne agnus sibi offerendus morbidus esset, ovis verò immolanda, ut optima de grege esset, voluit; eo nimirum præcepto me edocere cupiens optimos vitæ annos, florem dierum, & iuuentutis ver, non verò fæcē senectutis, morbidam illam, debilem, & imbecillem ætam sibi immolandam, & offerendam.

Gen. 4. Sed quæ mea ingratitudo? ingratum & infelictem Cainum, qui gregis sui reiactamentum Deo obtulit, sum imitatus. Iustum potius Abelem fratrem illius imitari debui, qui obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, atque ideo respexit oblata illius Deus, tantam quæ illi gratiam dedit, ut primus Martyr extiterit. Sed quid? contrarium penitus feci; nam mun-

P A R S P R I M A . III

mundo ætatis dies optimos, id est iuuenilem æta-
tem, offerens, senectutem velut ætatis partem de-
teriorē, Deo ad agendam pœnitentiam, de-
dicauit.

Cum populo suo apud Malachiam expostulans Malac. I.
Deus, obijcit illi, quod cæcum, languidum, &
claudum immolaret. cheu? idipsum, & ego feci,
hocque mihi improperari potest. Iuueniles enim,
& potiores vitæ annos elabi sinens, languidam, &
debilem senectam, ætatem inquam lippientem,
podagricam, in qua deficit visus, deficiunt vires,
Deo dedi.

*Non tardes conuersti ad Dominum, & ne diffe-
ras de die in diem; subito enim veniet ira illius, &
in tempore vindictæ disperdet te, ait Sapiens: diui-
num profectò documentum, si ipsum executioni
mandassem. Sed contrarium egi, Pœnitentiam di-
stuli, vitæ emendationem fugi, & de die in diem,
de anno in annum conuersionem procastinaui.
Quid igitur sperem potius quam iram, & indigna-
tionem diuinam, que in me ingruat, & in die vi-
tionis destruat?*

Quam temerarius, & imprudens in operibus
tuis fuisti? quomodo me decepisti mundo? Re-
pentè salutem meam procurare debebam, & de-
pœnitentia cogitare, cum scirem, non esse in vita
mihi horam certam. Sed cheu? in mortis horam
pœnitentiam differens, similis exstisti longam pro-
fectionem per mare parantibus, & de nullo
sibi committatu prouidentibus, sed mox ut portu
egressi sunt, de rebus ad iter longum necessarijs
cogitare incipientibus, quando nauis vela nequit
conuertere, & portum unde egressa est, repetere.
Similis inquam fui: nam longum illud iter in al-
terum usque mundum acturus, nullam pra para-
no.

tionem feci, nulla pœnitentiae, & virtutum opera paraui; cum verò ultima mortis hora venerit, & tempus amissum, annosq; præteritos repetere fas non erit, tunc pœnitentiam agere cupiam: sed non erit opportunum, nec tempus, aut occasio fauebunt.

Mat. 201.

Cum Christus à filijs Zebedei peteret, num calicem illius bibere possent, passionis videlicet tormenta, vanitate, & præsumptione turgidi, se bibituros dixerat: at cùm Redemptor à Iudeis captus fuit, eo relicto omnes præmetu consternati fugerunt. Ita quoque, in ætate decrepita pœnitentiam agere posse mihi uisus sum, & illam uane mīhi proposui. Sed eheu? dum amara mortis tribulatio me circumuallabit, aliud acturus sum; tunc quippe tremam, fugiam, & ad primum conflictū animum despondebo.

Dan. 5.

Baltassar Babyloniorum Rex, principum, & concubinarum multitudine cinctus, epulabatur splendidè deliciabatur, cum subito mors illum oppressit, uitamque simul, & regnum eripuit. An bon metuis, ne idem tibi contingat? subito enim forsitan mors te opprimet, cùm aliud non cogitaris haec tenus quam epulari, bibere, deliciari, ludere, quando pœnitendi nec tempus, nec occasionem habebis idque iusta negligentiarum præteritarum punitione.

*Non habe
mus in vi-
ta horam
certam.*

Quid fecisti Anima? quid consilijs cœpisti? cur pœnitentiam agere distulisti? quām cœca fuisti? ne uel unum quidem uitæ diem certum tibi spondere poteras, futuros tamen annos tibi certò ad agendam pœnitentiam pollicitus es. Temporis adeò inops eras, ut ne horam quidem certam tibi polliceri possis, certò tamen annos tibi pluti-
mos, idque tam liberaliter, affirmare ausus es.

O cæcitatem intolerabilem ? aliter sanè vitam instituere debuisses, debuisses inquam, citò peccata deplorare, nec eorum expiationem in tam longum tempus differre.

Ionas cæli legatus, & Propheta Niniuitis ait : Ion. 3.
Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.
 quo auditio ciues, quamvis quadraginta adhuc vixisse
 dies haberent, quamprimum egere penitentiam, nec in ultimum illam diem distulere. Cur non, & idem ego feci, utpote qui lege naturali edocitus sciebam, vitam ultra septuaginta, aut octoginta annos extendi non posse ? cur non à primæ ætate penitentiam agere cepi, cum ne vel horam, nedum diem, certam vitæ haberem ? cur emendationem vitæ in senium distuli ?

O ingentem stoliditatem meam ? si centenarius aliquis senecio, præsenio silicemium factus, & pedem alterum in cymba habens Charontis regem rogaret, se ut in pedissequum admitteret ; an non omnium ludibrio, & risu exciperetur ? Maiori profecto tu dignus es ludibrio peccator, cum præclarum vitæ tempus præter fluere parvus, Deo seruire, peccata deplorare, salutem procurare, & penitentiam agere te posse in senio putas, & speras.

Stolidè profecto vixi, dies meos stultè disposui, certus non eram solem orientem intuens, eundem occidentem me visurum, ideo ne salutem in ultimos ætatis dies distuli. Non est vestrum, noscere Ador. 2. tempora vel momenta, que Pater posuit in sua potestate, dixit olim discipulis Dominus, ut ostenderet (ad confusionem spei meę) Deum tempus non in hominis, sed in sua potestate collocasse ; de illo tamen disposui, & vixi illo sum, ac si à me solo ipsam dependerer.

Eccles. 29.

Ait Ecclesiasticus multa stolida sua promissio-
ne deceptos esse; me procul dubio iam tunc respe-
xit Sapiens: ego quippe sum, qui cum semper lon-
gam mihi vitam promiserim, & conuersionem, ac
pœnitentiam de die in diem distulerim, stultas &
iniquas mihi promissiones promisi, quare verendū
est, ne tandem ab iis ipsis decipiatur, & circumueniat.

Psa. 118.1

Cecinit olim Psalmographus: *Tempus facien-
di Domine: dissipauerunt legem tuam.* Novum de
mea perditione præsigium; cùm enim vita hæc
operandi, & bonis operibus incumbendi tempus
sit, ipse in vanitate illam traduxi, eaque abusus
sum, ut interea legem Dei mei uiolarem, eiusque
præcepta pedibus protererem.

Heu quām nefarium fuisti cor meum? quām
sinistros conceptus procudisti, futura, quorum ad
te dispositio non spectabat, disponere uoluisti, &
præsentia turbata, & confusa reliquisti. Ecquæ
hac maior excogitari dementia potest? quotidie
emendare uitam debebas, cum salutis tibi tem-
pus cælitus concessum sit: cogitare, inquam, de-
bebas, uitam hanc tibi datam, ut in hac pœnis, &
aduersitatibus, alterius tibi, quietem sempiternam
comparares.

Ioan. 16.

Tempus uitæ huius Dominus in Euangeliō diē
appellauit operis, in quo laborare nos oporteat;
cùm enim tristis, & caliginosa mortis nox adue-
nerit, nemo quidquam mereri poterit. Quid tunc
infelix ages? cùm magna illa uitæ dies sine ullo
lucro tibi effluxerit. Cur eheu? non cogitaui, uitam
hanc esse tempus, quod à Deo recepi, ut in
eo pœnitentiam agerem, itaque alteram sempiter-
nam acquirerem?

*Felix ille
qui mun-*

*Etubesco mi Domine, ac uitæ me transactæ pu-
det, erubesco inquam, dum stoliditatem meā præ-
teri.*

teritatem mente voluo, quod nempe pœnitentiam *dum ridet,*
neglexerim, & à vanis mundi me delicijs, & falla- *& repu-*
cibus voluptatibus passus sim inescari. Si modò *diat.*

sapuisse, debuisse hauidubie, cùm me mundus
ad honores inuitabat, ac diuitias offerebat, deli-
cijque illiciebat, repudiare, eiusque oblata con-
temnere, dicendo, non posse me bona opera negli-
gere, aut pœnitentiam deserere, ut qui certum vitæ
finem, atque aliquem præfixum dierum tempi-
num nescirem.

Festinare profectò debuisse, nec vnum tem-
poris momentum perdere, quo non viri item aliquam exēcuisse. Sciebani enim tempus in-
stare, quo vita examinanda esset, & secundum ope-
ra merces persoluenda. Debuissim, si modò sapuis-
sem, mature austeritatem induere, & in iuvenili
ætate grauior incumbere, nec morum discipli-
nam, & exercitium viriis in ultimam usque sene-
ctutem differe.

Faltones Noruegiæ solent mita celeritate, in-
stinctu quodam naturali, p̄dām uisam prosequi, *In hoc mū-*
eo quod apud Noruegos dies esse soleant breviores. Equidem hæc imitando aues, agnoscere de-
buissim, uitæ huius diem breuem admodum esse,
& pat esse, ut festinem non p̄dām, sed regnum
celorum uenatione quadam sancta, gemitibus, in-
quam lacrimis, ac precibus, uenari.

Cum tot annis, quibus uixi, non studuerim ani-
mæ salutem procurare, me uo, ne mihi idem acci-
dat, quod Leuitæ illi olim accidit, qui cùm persua-
su socii circa *vesperam* domum concederet,
nec eadem nocte eo pertingere posset, gravis in
via detrimentum passus est. Celeriter pœniten-
tiā agere me oportuisset, & hisquam morari,
ne cùm iter agere incepero, obscura mortis no-

In hoc mū-
do festina-
re oportet,
ut opere-
mur.

Falconum
Noruego-
rī m prude-
tia.

Judic. 19.

nocte opprimar, & tartaream subire domum cogari, cœlo quo iter dirigendum est, exclusus.

Summo mane surgere debuisses anima, id est, iam inde à vita tua aurora, & tempestiuè iter tuum ingredi pœnitentiam agendo, peccataque deplorando, ac virtutem amplecti, bonaque opera fecisse; quamdiu tempus, & ætas suppetebant, ad bonum festinare summa celeritate debuisses, & debes etiamnum, quamdiu vita huius candela lucet, si modo, cum noctis hora aduenierit, in domo velis tua requiescere.

Isai. 55.

Querite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est, ait Propheta. Nihil horum ipse feci; nam tot elapsi sunt dies, iam inde à vita ortu in quibus facile inuenire Dominum poteram, nec vñquam illum quæsiui, & in ætate illa iuuenili, in qua illum vocare poteram, & ipse ad mihi respondendum paratus erat, ne semel quidem de illo cogitauit, atque ita omnes dies mei perierunt, & sine fructu elapsi sunt.

*Multi dā-
nati apud
inferos qui
uere bone
intentionis*

Moueri saltem ad pœnitentiam celeriter agendum debuisse, quod scriem multos esse apud inferos damnatos, & pœnis sempiternis mancipatos, qui tamen in bona agendæ pœnitentia intentione mortui sunt; numquam tamen illam agent, nec à pœnis, quas patiuntur, sese eripient. Dilatio illa quam nostra nobis auctoritate atrogamus, qua scilicet pœnitentiam, & uirtutis exercitia in ultimam senectutem differimus, suspecta admodum, & noxia est; & promissiones, quibus pœnitentiam aliquando nos facturos spondemus, fallaces sunt, & deceptorie.

Eccl. 29.

Scrispsit Sapiens, multos inani promissio illeatos & lactatos pessum iuuisse. Promissio sanè quam sibi peccator facit, quamque ipse mihi feci, quadiu

diu me vieturum speravi, stolida est, & temeraria
cùm de tempore, quod in solius Dei manu est, &
cuius dispositio ad illum solum spectat, disponere
quasi de proprio ausus fuerim, ipse quippe illud
donat, distribuit, & singulis dimetitur.

Vbinam fuere chrooculi, ratio, iudicium, & in-
tellectus meus? Quamprimum mihi, & eodem
agenda die penitentia erat, nec differenda, vt a-
gam dum quidem cupiam, sed non potero. Et for-
sitan tunc illum appellabo, & inclamabo, quando
non audiar; tunc forte pulsabo, cùm nemo mihi
aperiat. Perniciosa igitur hæc dilatio est, & pro-
crastinatio noxia.

Matt. 2 §?

Quoniam fatuæ ille virgines, de quibus Euau-
gelium, serò ad nuptias, & postquam clausa iam
esset ianua, venissent, repulsam passæ sunt, & in æ-
ternum diuinæ gloriæ fruitione priuatæ. Ecquæ
mea fatiuitas? timere sanè debebam, ne idem mi-
hi aliquando contingeret, mihi inquam peniten-
tiam differenti, & vitæ emendationem circa mor-
tem, aut senectam spondenti; verendum inquam
est ne repulsam patiar, ne non audiar, licet incla-
mem, & non admittar, et si ianuam pulsem.

Sciebam Domine, esse mihi reddendam totius
vitæ rationem, sed nesciebam, & nondum scio,
qua hora venturus sis. atque ideo omni vitæ tem-
pore sanctè viuere debebam, nec præsenti occasio-
ne abuti, vitam mihi spondendo longiorē, & in
futurum omnem vitæ emendationem coniiciēdo.

Mortis quo
tidie memo
ria habēda

Cum certò mihi constaret certius, uno è septem
hebdomadę diebus mihi esse moriendum: & si mo-
dò sapuisse, in illorum singulis bene vivere, &
mane visa aurora cogitare debuisse, hunc mihi
forsitan supremum illuxisse diem, & forte ad il-
lius me finem non peruenturum.

Luc. 12.

Dives ille, cuius meminit Euangēlista, uitę tem
pora destribuebat, & longam sibi spondebat vitā,
& ecce eodem momento uocem audit, dicentem:
*Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te, & hac
quæ parasti cuius erunt?* Huius ego stultitiam mul-
tis partibus superauit: nam conuersationem meam
de die in diem differens Nestoreos mihi annos
spopondi, ac uitam perpetuam, & cras forsitan
me inuadet mors; quid autem de inanibus meis
conceptibus tunc erit? ad quid spectabunt uana illa
promissa?

O pudor, o confusio, intolerabilis? pénitentiam
in ultimum vitæ articulum distuli, Deoque ætatis
fæces dedicauit. Itaque ad iustam delictorum casti-
gationem, verendum est, ne fæcem è calice iræ di-
uinæ, iuxta Psalmographi uaticinium, bibere co-
gar. *fax eius non est exinanita, bibent omnes pec-
catores terræ.*

Psal. 14**Eccl. 13.**

Ait Salomon: *Victimam Deo dignam offer.* Sa-
lutare hoc viri sapientis consilium non sum secu-
tus, sed contrarium penitus egi; mundo quippe
velut Domino, meliorem vitæ portionem, deterio-
rem autem Deo reseruaui, uictimas maiestate il-
lius indignas, quæque illum irritare potius potuissi-
sent, illi offerre satagens.

Malac. 1.

Maledictus dolosus, Ait Malachias, qui habet
in grege suo masculum, & uotum facient immolat
Domino. Hoc si verum est, uti reuera credere te-
neor, maledictus omnino sum, & nimium ah! ma-
ledictus. Mundo enim optimam, & præclarissimā
vitæ partem dedi, Deo vero debilem, & imbecil-
lem senectutem. cur hunc infelix errorem com-
misii? cur pénitentiam in uitæ finem distuli?

*Peccator
submerso si
mis.*

Si casu nescio quo in aquas caderes, & manum
aliquis tibi, quo periculo eripereris, præberet, an
non

non occasionem arriperes, an potius in craftidum usque expectares? Cur igitur miser, cum in peccati statu, & damnationis periculo versareris, & iamiam ad inferos esses detinendus, ad Deum auxiliij gratia non confugisti, Deum inquam, qui te vocabat, manum praebebat, ut ita mortis aeternae periculo eripereris? cur tam praeclaras occasions neglexisti? cur tantum temporis amisisti? cur pœnitentiam distulisti?

Dixit olim Sapiens: *Tempus plantandi, & tempus euellendi, quod plantatum est, & transferendi, quod euulsum est.* Stolidus ille est, qui tum demum arbores plantare, deque uno loco in alium transplantare contendit, cum emortuæ, & aridae sunt. Vita haec homini data est, ut in ea se transplaret, a vitij solo scilicet in territorium uirtutis, nec ad hoc propria est senectus, aut mors. Fatuus igitur fui, & insaniui, cum tempus senile respexi, & emendationem in senium, & aetatem languidam distuli, quando scilicet omnia arescent, cum in iuuenili potius aetate uita emendari debuisset.

Eccl. 3.

Caro cum uerminat, & putere incipit, saliti nequit, sero medicina quaeritur, & paratur, quando malum inualuit, & plaga facta est insanabilis; sero praesidium, & auxiliares copiae ad urbem obsensem destinantur, cum iam hostis occupauit. Ita nec anima mea, salem pœnitentiae applicare poteris in aetate decrepita, cum factebis, & punitibes; sero ad medicamenta, & Sacraenta salutaria confuges, cum vulnera tua, & peccata incurabilia facta fuerint; sero inquam, loco tuo opitulaberis, & lacrymarum exercitium in auxilium mittes, cum daemones, & hostes eum inuaserint. Maturius igitur, ac citius prouidere ei debuisses.

Matth. 7.

Non colligunt, ait Seruator, de spinis vias, aut de tribulis ficus. Ego tamen id ipsum facere conatus sum; volui enim de improba vita, mortem felicem colligere, post dissolutiones inducere pœnitentiam, & iuuentuti perditæ, ac decoctæ sanctam senectutem inserere.

*In vetera-
rus pecca-
tor ueteri
elephantu-
coparatus.* Juniores elephanti facile poplitem flectunt, & tibiatum articulos incuruant, at vbi senio grauatis sunt, contractis iam nervis, & factis dutioribus, non minus tibias flectere queunt, quam si marmoream pilam curuare contendas. Hoc ad mei confusione dictum esto: nam difficulter admodum in senectute me dare potero, & sub pœnitentiæ iugo incuruari, cum totam iam iuuentutem vanitibus, & vniuersos vitæ annos peccatis impenderim.

Jerem. 13. *Quemadmodum Æthiops nequit pellem suā, nec tigris mutare maculas, teste Propheta, ita nec tu tempore senectutis, iam inde à iuuentute peccatis assuetus, bonorum operum exercitio te applicare poteris. Cogitare oportuit, cùm in florida aetate vitijs indulgeres, peccata diuurna consueta dine naturalia quodammodo fieri, & tunc nequaquam expelli, aut superari posse.*

Matt. 4. *Pœnitentiam agite, appropinquat enim Regnum cælorum, ait Christus. Consilium hoc ipse neglexi, & præceptum hoc transgressus sum: sed è contra in omni vixi libertate, de reformatione nequid quam sollicitus, vitæ emendationis, & pœnitentiæ oblitus; perinde ac si nullum ad gloriam cœlestem ius habuisset. O sortem deplorandam? occasiones effluere passus sum, in quibus me de salute certum reddere poteram, quæ mihi forsitan in posterum non offerentur.*

Luit. 25. *Quicunque in veteri lege decocto patrimonio,*
ha-

hæreditatem aliquam vendidisset, infra annum eandem redimere illi fas erat, & persoluto pretio, rursus sui iuris facere; si vero iam annus elapsus esset, nec alter redemisset, quieta illius possessione emptor fruebatur. Cum hunc in morem miser, toties peccando, mundo, vel diabolo animam tuam ante vendideris, infra vitæ huius annum te pœnitentiam agere oportebat, & culpam lachrymis, & suspicijs eluere, ut ita contritione opulentam cœlorum hæreditatem, quam tam miserè inceptijs tuis, & prodigè perdidisti, recuperes. Si enim tempus hoc effluere patiaris, metuendum est, ne denuò emere non possis, & ita omnis spes tua concidat.

Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, ait Apostolus, *nemini dantes ullam offensionem, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, plagis, &ceteris.* Intellexit hic haud dubiè Apostolus tempus iuvenile, quod Deo acceptum est; & veri dies salutis sunt, omnes vitæ huius dies: in quibus cum me ut fidelem Dei ministrum exhibere debebam, in multa patientia, tribulatione, austeritate, pœnitentia; non nisi in vanitatibus, peccatis, & dissolutionibus vixi, & omnes de vita meliores conceptus in senectute in decrepitudinem conieci.

Cur ò cæce, nefarie, & miser peccator diffisi vi. *Magna* tijs emergere? cur primas vite directiones in cæcitas est *vltimam vitæ horam reijcis?* O stulte, interea dum vites tibi suppetunt, ad Dominum differre pœnitentiam converti deberes, nam in diluvio aquarum multarum, cum nimitem varijs mortis turbinibus, ac procellis agitaberis, & concutieris, ad Deum tuum

tuum teste Davide, difficulter admodum approxi-
mabis, si interea dum uixisti ab eo te sequestra-
sti. Et forsitan, cum pœnitentiam agere volueris,
non admittetur, & sepe, quæ circa ultimum vitæ
tempus agitur, vana est, & parum prodest.

2. Reg. 19 David cùm superato hoste gloriósus, & trium-
phans Ierosolymam inuehérerit, Semei qui olim
in illum contumeliarum plaufra exonerauerat,
illi ebuam processit veniam delictorum petitu-
rus, bsecrancs præteriorum, ut obliuisceretur, at
quamvis tunc illi iniurias Rex videretur condo-
nasse, & omnium oblitus esse, postea ramen illum
interfici iussit, eò quod pœnitentia illi Semei vo-
luntaria, & spontanea non esset, sed coacta. Idem
omnino tibi infelix, circa mortis horam poterit
contingere; necessitate enim ad pœnitentiam fu-
gere coactus, Deoque tuo occurrentis veniam, &
misericordiam ob delicta, & iniurias toto vitæ
tempore in illum irrogatas postulaturus; forsitan
ab illo, qui te hacenus tam benigne sustinuit ad
æterna tormenta, mortemque sempiternam con-
demnaberis.

Exod. 14. Ægyptiorum Rex Pharao, at peccator alio-
quin peruicacissimus, serò admodum culpā agno-
uit, tūm demum scilicet Deum inuocauit cum in
medijs rubri maris fluctibus versaretur, cum quæ
aquis intumescentibus eò unde uenerat, redire co-
tenderet, conclusus ab aquis miser cum uniuersis
copiis submersus est. Triste profecto calamitatis
meæ futuræ præsigium: timere nempe debeo, ne,
qui toto vitæ tempore Pharaone in Ægypto mun-
di huius vixi peruicacior, dum uenerit funesta illa
mortis hora, & rubris me iudicij aquis immersum
videro, tunc demum Deum agnoscens, & retrò ad
agendam pœnitentiam redire satagens, nimis sero

sit, & furoris illius fluctibus obtuas.

Serò nimis fatuæ illæ virgines adornatunt lam Matth. 15.
pades suas quibuscum ad nuprias ingrederentur,
atque ideo ad sponsi conuiuium non sunt admis-
sæ, sed clausa illis est ianua: serius scilicet est, ac sto-
luditatis quoddam indicium, in mortis hora salu-
tis lampadem accendere, & tunc conscientia suæ
consulere, cum tempus erit ad nuprias cælestes in-
troeundi. Quam igitur metuendum est, ne mihi
tunc ianna occludatur, mihi inquam, qui ad illud
usque tempus omnes meas pœnitentias differo.

Confiteberis, ait Ecclesiasticus in salutarib. suis
consiliis, *viciens, viuus, & sanus confiteberis, & lau-*
dabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius.
Et merito, quamdiu enim sospites sumus, & vita
sana fruimur, Deo confessio, & gloria danda est.
Sed quæ mea dementia? contrarium penitus egi:
quamdiu enim sospes, incolumis, & vegetus fui;
numquam Dei mei magnitudinem, ac potentiam
volui confiteri, imò nec honorem illi, aut obse-
quium ullum exhibere: sed in mortis horam, &
in ætatem morbidam emendationem, & pœnitentia-
tiam reseruavi.

Væ qui spernis, nonne, & ipse sperneris? ait Isaías: Esa. 33.
quam igitur infelix ipse sum? credendum quippe
est, quod quemadmodum Deum meum spreui, dū
vixi, ita me ille vicissim spreturus, & neglecturus
sit in mortis articulo: cumque ab illo desertus fuero
forfitan sine villa illius memoria moriturus sim,
illius in mortis hora oblitus, cuius, dum vita poti-
tus sum, nolui recordari.

Huius occasione ait Propheta, *Non est in mer- te, qui memor sit tui.* Est hoc vaticinium, quo simul
ipse calamitatis mihi instantis admoneor, me, qui
semper pœnitentiam in horam illam extremam
differo

differo cum iam ultima dies illuxerit forsitan misericordiae Dei oblitum, cuius maiestatem ita irritauit, ac patientia abusus sum.

Ezai. 36

Ait in Cantico Ezechias Rex: *Viuens viuens ipse confitebitur tibi; quasi diceret: Is solum, qui in viuis est, tui recordabitur Domine, non vero, qui in extremo vitae spiritu versatur. Et vere profecto dixit: è cuius verbis intelligere poteram, me, quoniam Dei mei oblitus eram, eumque neglexeram in iuventute, in mortis hora difficulter admodum illius recordaturum, cum tamen in illam omnem spem meam differam.*

Cōfessio delictorum in mortis horra noxia ē.

Latrones, & predones non prius delicta fateruntur, quam ubi in eculeo sunt, & ad supplicia rapiuntur, quæ tamen confessio illis non prodest, sed mortem, & condemnationem adfert: inque patibulum agit. Ita fortasse tecum agetur, cum enim Dei mei gloriam, atque honorem depredatus sim, totque maleficia toto vitæ tempore admiserim, nullamque unquam delictorum confessionem instituerim, forsitan, cum in mortis articulo, tormentis extremis pressus, eadem confiteri uoluero, inanis, ac inutilis erit confessio, sed è contraria damnationem mihi, & mortem aeternam causabitur.

Semper in Deum spectat peccator.

Quid igitur clementissime, ac benignissime Deus iam acturus sum? quid consilij capturus? quid me uertam? Ipsa siquidem peccatorum copia, sceletum enormitas, ac sola negligentiarum memoria sufficiunt, ad me in desperationis abyssum præcipitandum, & omnem mihi spem uenire, aut remissionis obtinendæ auferendam. At in his periculis constituum, fauoris tui sidus, & naturalis tua clementia, in pedes me erigit, & eandem mihi ueniam spondet, quam olim Latroni, & Mariæ Magdalene demonstrasti.

Scio

Scio certissimè, Domine, ac probè teneo, quòd quamvis tot effunderem lachrymas, totque ederé suspiria, quot in oceano aquarū sunt guttæ, quotque per totum annum uenti flant, nunquam tamen negligentias meas, & vitæ præteritæ delicta dignè deplorare possem. Quin & misericordiarum tuarum magnitudini innixus credo, me à te admit tendum, ut tandem pénitentiam agam: & quantū ad negligentias, & delicta hactenus commissa, reliquum spero, vitæ admittes, ut in illo ueniam implorem, & scelera lacrymis eruam.

Hoc igitur Deus potentissime, ac gloriofissime iam propono, uolo inquam, ac desidero, reliquum uitæ meæ tempus sine ulla emendationis procrastinatione, ad vindictam de sceleribus sumendam & agendum pénitentiam insumere, & quod hactenus facere distuli, iam abundè præstare, ita que tibi plenè satisfacere; oculi siquidem assiduè fibunt, cor nil præter suspiria, os nonnisi singultus edet, & omnes uitæ dies in dolore, luctu, & planetu transigam.

*Peccator
non posset
expiare de-
lucta sinc
Dei mise-
ricordia.*

*Insigne pec-
catoris pro-
positum.*





HERACLITI CHRISTIANI

Pars Secunda.

*In qua lachrymæ Peccatoris Pœnitentis
exprimuntur.*

C A P V T . I.

Deplorat voluptatum, & gaudiorum
Mundi huius vanitatem.

*Planctu terra meo resonet, singultibus aer,
Condoleantque, mihi sydira, terra, fletum
Ergo vale luxus, ualeas damnsa voluptas,
Sint mihi deliciae plangere, flere, queri.*

*Ad solas
lachrymas
confugias
peccator.*



A M te infelix peccator, quo maior
in orbe haec tenus non vixit, aut ui-
uit, necesse est coram omnibus con-
fundi, iam tempus est, & profecto
prometeris, ut omnium hominum
spectacula fias, & ludibrium: quare age ad so-
las lachrymas, uelut auxiliatrices certissimas con-
fugeo,

fugito, & confusione, ac desolatione plenis abdi-
tum quoddam antrum subi, in quo continuo deli-
cta eluas fletu.

Tempus eheu est, ut solitudinem, & deserta in-
gressus, superbiam meam exuam, cornua deijsia, se cōtristet
& in me ipso dolorem concipiam, tristitia me iā
dedam necesse est, ut fletu oculos repleam, & la-
chrymis innatam. Iam eheu mortem non horreo;
omnia mihi iam displicent, & in primis misera
mea vita, & sceleribus contaminata.

Non me videat sol in posterum nisi lachryman-
tem, nullus me deinceps andiat nisi singultentem,
& gemiscerentem. Lachrymis stratum, linteamina,
& culcitrari meam quotidie iam rigabo: reliquā
vitae nonnisi in penitentia traducetur; & peniten-
tia, & vita austerioris vnicæ deliciæ mihi, ac volu-
ptas futura.

Ausimne tot admissis criminibus, risui me de-
dere? deceretne post uitam tam nequiter transfa-
ctam lætitiae indulgere, ac delicijs? nequaquam; sed
dejcere oculos, & horrore totis coram Deo meo
quem ad iracundiam prouocavi conuincere vo-
lo. Äquanimiter omnes iniurias, & aduersitates
velut iustam delictorum meorum castigationem,
ac supplicium suscipiam.

Par est, ut perpetua in anxietate uiuam, affli-
ctionibus varijs premari, nulla quiete tenens persistua-
tur, sed continua conscientiae stimulis pungatur; la-
chrymæ quoque manantes, quæ lumen oculorum
meorum præ assiduitate extinxere, insti furoris
Diuini ardorem, ac flammam extinguant, Deūq.
mihi proprium reddant.

Nullum deinceps sanum in corpore membrum
sentire volo; at potius, ut criminum meorum vindicem
sta ad imas usque ossium medullas pertingat; nul-
la in

Pecator
delicia effi-
cient at-
sterita es.

Peccatoris
delicia effi-
cient at-
sterita es.

Non decri-
pe calore
risus.

Lachrymæ
peccatoris
furores

*nini ignem
extinguunt.* la in me sit pars in posterum, quæ non mea mihi peccata exprobret, ac pœnam sustineat: languere præ dolore volupe erit: oculi in posterum ad nihil conducant, nisi ut miseriam meam contéplentur: Anima verò suam, ut calamitatem sentiat, & agnoscat. Neque enim decet nefarium, cœlo teræque exosum, qualis ipse sum, ridere, ineptie, deliciari, & gaudio indulgere.

Tob. 3.

Quare gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo? aiebat senior Tobias cum Angelo loquens. Posteriori ipse iure hæcce repetere uerba possum, -qui in densis, & opacis mundi huius tenebris uictito. Ecquod in illo gaudium sperem? ecquod solatiū prætendam? ecquas delicias pollicear? Ipsæ mihi lacrymæ, ac suspiria mortem, potius accelerent, ac vitæ filum abscindant.

Simile.

Puer qui in tetro natus est carcere, aut in spe Junca aliqua obscuriori, ludere id circò & delicia- ri non omittit, eo quod nunquam solem uiderit, quidque lumen si ignoret. Huic ego verè similis sum: concepus quippe, & educatus in caliginosis peccati carceribus, in ijsdem agere mihi videtur voluptas: at cùm sortem iam meam, & stultitiam agnoscere incipio, mihi ipse penitus displico, & non nisi in planctu, ac suspirijs iam viuere est animus.

Psalm. 10.

Filij Israël in Ægyptiaca captiuitate nati, & educati, non aspirarunt, ut testatur Psalmographus, ad terram desiderabilem, neu de libertate magnopere solliciti fuerunt; adeò ut sæpius in Aegyptum redire, & seruitutem denuò seruire voluerit. At nunquam mea stoliditas tanta erit, neu tanta mea cæcitas: quainuis enim in peccati seruitute educatus sim, & sæpè libertatis meæ ius æquidam, de beatitudine mea ne hilum sollici- tus

Num. 11.

tus, non tamen perpetuum esse mancipium volo,
& communis hominum tyranno sine villa libertatis spe famulari, sed Deo meo supplicare, è captiuitate, ut me educat, & in pristinam me libertatem restituat. Hoc nempe ab illo quam enixissime contendere gestio obtegens, & lacrymans.

Cum igitur Deus, ille misericordiae Pater oculos mihi dederit, ut periculum in quo versor, & statum, in quæ mea me scelera coegerunt intuear, nullum in posterum in obscuro vita hujus carceris gaudium consecutari gestio.

Apage voluptas, procul hinc discedant deliciae, atque omne mundi solarium. Vestras mihi Eremi colæ, qui in deserto procul ab hominum consortio sequestri viuitis, lacrymas resignate, & tristia exercitia vestra in me transfundite.

Non habet viator, qui de itinere, quod ingreditus est non est certus, lætandi occasionem; nescit enim num deuius eat necne. Ita quoque stolidus essem profectus, ac demens, si in peregrinationis huius itinere gaudia deliciasque captarem, utpote qui nesciam an à salutis tramite deflectam, nec ne, ~~num~~, num irames, quem ingressus sum, ad æterna gaudia, num vero ad tormenta me sit deducturus.

Stolidum est profectus mundi gaudia sectari, & in hoc inferiori mundo solidam quandam voluptatem sibi fingere: stolidum est deliciarum robus è vita huius spinis colligere uelle, & ab hac lætitiam sperare, quasi in æternum sit permanens. Ideo numquam hic ridebo, & quamdiu hic agam, perpetuo in luctu, planctu, & tristitia vitam traducam.

Mera vanitas, & stultitia est, illo mentem gaudiō satiate uelle, quod priusquam cœperit, enane-

Verus pœnitens deliciæ fugiat

Simile.

Mundi gaudia non sunt durabiliæ.

Mundi gaudium

sinit mox scit, & quod prius extinctum, quam ortum . Ideo
vbi incipit lacrymis innatare volo, & pœnitentiae oceano ani-
 mam immergere , nec in Vanis mundi gaudijs
 spem ponere in posterum.

Esth. 7.

Gaudebat , & plaudebat purpuratus Aman ,
 quod Regi Assuero præ cæteris gratus, & familia-
 ris esset , quodque solus à Regina ad conuiuium
 vocatus esset: sed eodem ipso die, quo ita se effere-
 bat, & à Rege hisce honoribus affectus erat, à re-
 gia mensa abreptus fuit, in crucem quam primùm
 agendum. Quo exemplo edoceor, non esse in mun-
 di prosperitatibus usque adeò confidendum ; sed
 considerandum potius , quo gaudiorum, ac volu-
 ptatum illius malitia maior, eò tempestates , &
 procellas esse magis formidandas. Quapropter ma-
 re hoc anceps , & procellosum amplius iam nau-
 gate nolo, sed in portum certum me recipere, por-
 tum inquam pœnitentiæ, luctus , ac lacrymarum.

Judith. 13

Holofernes princeps exercitus Regis Assyrio-
 rum vino obrutus, & epulis exquisitis refartus læ-
 tus, & gaudens cubitum concessit ; & ecce eadem
 ipsa nocte manu muliebri iugulatus, inglorius oc-
 cubuit, & animam unam cum vita amisit. Hoc sape-
 re exemplo decreui, nec fallacibus mundi delicijs
 nimium confidere , ipsæ quippe nihil sunt aliud,
 quam perfidiæ, & traditiones, quæque nos exoscu-
 lantes, fallunt, & mox, ut natæ sunt, moriuntur, nec
 permanere queunt, aut diu durare.

2. Reg. 1.

Lætus, & iucundus in Sice legerat David Rex,
 spolia , & manubias inter duces ob rem bene ge-
 stam diuidens; sed ubi inopinatus de morte Saulis,
 & amicissimi Ionathæ, deque totius exercitus in-
 ternecione allatus nuncius, omnis mox lætitiae iu-
 bilis in tristes planctus , & nærias est conuersus.
 Hic ego, & simul omnes edocemur, nihil in mun-
 di

PARS SECUNDA.

di huius gaudijs certi haberi posse, eaque instar a-
renæ, instar maris, ac denique venti instar quæm
celerrimè commutari. Quapropter nunquam in il-
lis confidam, & gaudium meum, imò omnem
vitæ meæ lætitiam semper in luctum conuer-
tam.

Prima, quam emisi iamiam natus, vox, ait Sa-
piës, ploratus fuit, nec aliud habuit Rēx ullus in or-
be nativitatis initiu, cui ingressui similis prorsus
futurus est, exitus, & mors. Cum igitur plorans
natus sim, & plorans moriturus; qui fieri potest, ut
vitam in risu traducam? Stultorum est ridere, sa-
pientis verò gemiscere, ac plorare. Quamdiu igi-
tur viuam, amaro me fletu conficiam.

Dimitte me, ait Iob, *ut plangam paululum dolo-* Iob. 10.
rem meum, & lachrymis me meis exsatiem. Non
petebat vitam sibi dari Iob, ut risui, iocis, ac deli-
cijis indulgeret, sed, ut lachrymis se exsaturaret, se-
que dolendo affligeret: id ipsum, & ego præstare
satago, & sanctissimum illum virum imitando, la-
chrymis pasci, volo inquam, dies, & annos, quos
adhuc habiturus sum, ita traducere, ut aerem re-
pleam gemitibus, anima præ dolore emoriatur,
& oculi præ lachrymarum abundantia extin-
guantur.

Væ vobis qui ridetis, dicit in Euangeliō Domi- Luc. 6.
nus, *quia plorabitis.* Hoc ne mihi unquam accidat,
faxit Deus; numquam ideo amplius in hac vita ri-
dere, aut recreaciones ullas consecrati volo, ne forte
in altera plorare cogar. Hæc siquidem vita lucti
bus deseruit, altera gaudio: & qui modò rident,
& gaudia consecrantur, in periculo versantur, ne
cum dæmonibus tandem aliquando plorent, & in-
gemiscant.

Dauid rex tam rigidus in austerioribus suis e- Psal. 41.
rat, ut lachrymis se velut pane, & suspirijs velut edu-

lijs quotidianis pasci diceret. Hunc ego penitentem imitari desidero, firmiterque propono, non alium in posterum panem comedere, quam hunc doloris, gemituum, ac suspiriorum.

Psal. 136.

Fili⁹ Israe⁹ in terram alienam abducti, cum hinc exilij calamitates, illinc patriæ delicias, ac solatia animo voluerent, super flumina Babyloni⁹ amatissime lacrymabantur. Idem penitus mihi accidit: cum enim hinc vitæ huius exilij ætumnas, ac miseras, illinc vero æternas delicias, ac cœli, qui animæ locus naturalis est, gaudia contemplor, ac tum dolores quibus premor, & quos flagitia mea causantur, intermisceo, gemere me, ac flere super vorticosos miseri huius mundi torrentes nescisse est.

Beati qui lugent, dixit olim Seruator; felices inquam sunt, quorum oculi in lacrymarum fontes commutati sunt. Huius, ut beatitudinis particeps siam, in lacrymas totus resolui cupio, cupio inquam caput in oceanum, & oculos in flumina conuerti.

*Anima si-
ne lacry-
mis simili⁹
terre aride⁹*

Nequit fertile esse solum, quod pluia non irrigatur; quamdiu vero aridum, ac durum est, nihil nisi spinas, & vrticas profert, ac viperas gignit. Ita quoque animæ, quæ dulci lacrymarum pluia non irrigantur, nonnisi vanitates, & immundicias producunt, sed lacrymis, & fletu irrigatae, meritis abundant. Toties igitur, tamque frequenter mea irrigari cupio, ut quæ nonnisi pinas, & lolium germinare solebat, letas omnigenarum virtutum, ac meritorum propagines proferat.

Gen. 6.

Scriptum est in Genesi: *Omnis caro corruperat viam suam:* quam corruptionem, ut Deus tolleret, & expiaret, vniuersale diluvium terræ superficie induxit, quod eamdem emundauit. De diluvio quodam

dam lachrymarum hic tecum ago anima mea: & sanè si sanctæ illæ aquæ cor tuum irritarent, & genas madefacerent, omnis in te caro, omnisque sensualis concupiscentia emoretur, atque ita penitus ab omni imacula expurgata, mundareris. O beatum diluvium, quod corpora mortificat, mundi vanitates extinguit, appetitus enervat, atque animas super niuem dealbat?

Antequam comedam suspiro, testatur de se Iob. Iob. 3:
Eia agè anima Iobum imitate, à suspirijs incipe, &
in lachrymas desine. Priusquam edas, aut bibas,
imo prodeant pectori suspiria, singultu tuum diffringe pectus, & vitæ præteritæ delicta, ac sceleræ incessanter deplora. Sint iam dolores tibi delitiæ,
angustiæ voluptates, ac gemitus suauissimum pabulum, ac nutrimentum.

De mundanis in Iob scriptum legitimus: Ducunt Iob. 21:
in bonis dies suos, tenent tympanum, & citharam, et
gaudent ad sonitum organi, & in puncto ad inferna
descendant.

Hos æmulari nolo: at aliud longè viræ genus
 feligere, voluptates scilicet, tripudia, & musicam
 proculcando, lamentis, doloribus, & planctibus
 me dedere, ut contrarium iter ingressus, & ab inferis
 cymbam deflectens, portum tandem cælestem
 subire, & cælestem illam, æternamque regionem
 ingredi merear.

Patriarcha Abraham epuloni apud inferos se- Luc. 16:
 pulto dicebat: Recordare, fili, quia recepisti bona in
 vita tua, & Lazarus similiter mala. nunc autem hic
 confortatur, tu vero cruciaris. Terribile reuera exemplum,
 quo tamen edoceor, si hoc in mundo gaudere volueris, verendum mihi esse ne in altero cru-
 cier, & castiger: contrà vero si hic luxero, &
 ingemuero, certissimam assulgere spem inter-

choros Angelicos tandem aliquando iubilandi.
Valete igitur deliciæ, valete voluptates, ac gaudia,
neque enim in posterum quidquam me delecta-
bit, quæ suspiria, & fletus.

Eccles. 7.

*Melius est, scribit Ecclesiastes, ire ad domum
luctus, quæ ad domum conuiuij. & verè profectò
scripsit, imò verè tem ita se habere comperio, me-
cumque statuo visitare sæpiùs loca dolorem, &
afflictionem spirantia, quæ superba Magnatum
palatia, risu disfluentia, & cachinnis crepantia. In
illis namque discrimina in quibus uiuo, ac qua-
me circumstant mala ediscam, in his verò eadem
agnoscere non potero.*

Iob 1.

*Epulabantur festiuè filij Iob, & risui indulge-
bant, cum domus de repente corruit, atque tristi-
omnes ruina, nihil minus cogitantes, inuoluit.
Hoc discam exemplo gaudia, & voluptates, cum
tam noxia sint, contemnere, & lachrymis, ac pœ-
nitentiæ indulgere. Gaudijs vale dicam, fletumque
& lamenta toto uitæ tempore consecutabor.*

Prou. 14,

*Scripsit in Proverbijs Salomon: Risus dolore
miscebitur, & extrema gaudijs luctus occupat. Ve-
rissimum est, & res ipsa docet; si enim manè rife-
ris, vesperi fletus, & lamenta ingruent, semper in
hisce mira dominatur vicissitudo: nihil hic fixum
ac permannens, omnia inconstantiæ, ac mutabilita-
ti subiecta sunt: quapropter relictis gaudijs, tristi-
tiam lectabor, & uanitatem repudians, doloris
partibus adhærebo.*

Genes. 7.

*Tempore Noachi epulabantur homines, co-
medebant, porabant, luxuique indulgebant, & car-
ni, sed diluuij furor, qui illos de repente inuasit,
inox huic gaudio finem imposuit. O fallax gau-
dium? quot tu aniinas perdidisti? quot mundani
miselli te consecutantes, & delitijs inhiantes ve-
hemen-*

hémentibus diuini furoris vndis, ac diluvio misere-
rē obruti periere?numquam igitur tibi fidam, sem
per mihi suspectum eris, me potius lamentis, &
planctui dedam.

Ingrati Hebræi vitulo aureo erecto in solitudi Exod. 23.
ne tripudiant læti, & hilares, & ecce subitò
ira Dei cecidit super eos, & eadem ipsa die vi-
ginti tria hominum millia gladio vindice exter-
minati sunt. Rideat igitur, tripudiat, delicias
consecetur, quicumque voluerit, diuinam haud-
dubie iram prouocet, idolatriam exerceat; e-
quidem in deserto hoc nonnisi plorabo, pectus
feriam, & humilitate gratiam mihi diuinam
promereret, eiusque iustitiam, & vindictam impe-
dire conabor.

Amnon Dauidis filius, lascivus ille, & incestuo- 2. Reg. 13
sus Amnon, voluptatibus inhiabat, ridebat, & de-
liciabatur, sed haud ita multò post in mensa, in
qua lautius bibebat, & genio indulserat, miserè
obtruncatus est. Ah quam insanit, qui hisce gau-
dis fudit? quam infelix, qui horum proditionem
non cauet; quam miser, qui non cane peius, & an-
gue eadem detestatur? Evidem ex tota mente il-
la repudio, & abhorreo, & immortale illis, & im-
placabile bellum indicō.

O gaudia nimium perfida, proditoria, & nefan Mundigag-
da? quæ fletum semper, & tristitiam vobiscum udia prodi-
trahitis. Babyloniorum Rex Baltassar regisficum toria sunt.
instruxerat epulum, & eadem ipsa nocte uitam
simul, & regnum perdidit. Ille profectò stolidus, Daniel. 5.
ac demens est, qui in gaudio adçò fallaci, & dece-
ptorio, quale reuera mundanū est, tam securè ri-
det, ac plaudit; ille verò sapientis, qui hasce falsitates
fallēs, dolorib. indulget, & uoluptates, ac iocos ue-
lut aīæ pestes, ac fascinatrices fugit, detestaturque.

136 HERACLITI CHRIST.

Eccles. 2.

Risum reputavi errorem, ait Ecclesiastes, & gaudio dixi, quid frustra diciperis, atque animam meam circumuenis? An non hoc cōsilium sequor, an non idem omnino agam? maxime. mores immutabo, atque aliud viræ genus secessabor, & omnes dissolutiones meas, quas haec tenus ostendi, exuam: & si olim voluptates doloribus prætulerim, cupio, ut in posterum tristitia gaudijs, & iocis præponantur: quare ex hoc momento omnibus recreationibus, quæ me iam tories deceperunt, atque etiamnum me deciperent, si adduc illa consectorer, vale dico.

Psal. 14.

Fuerunt mihi lacrymae, ait Psaltes, panis die, ac nocte. Non nisi duo commiserat crima, adulterium scilicet, & homicidium, ita tamen indoluit, ac pœnituit. Quid non igitur ipse faciam, qui plurima delicta admisi, ea que gravissima? ipse qui toutes tam enoribus sceleribus diuinam maiestatem irritauit: semper mihi lachrymæ, suspiria, ac singultus noctu diuque sint panis.

Simile.

Ceruus ubi se à canibus circumcidetur videt, nullus, ut effugio sit locus, ingemiscit, ac plorat: Si animal rationis expers gemit, quantò magis, me gemere necesse, qui in hac vita à leone rugiente, qui exitium meum quærit, me pressum, & cinctū, à tot periculis circumcidallatum, tot laqueos ad me illaqueandum paratos, intueor.

Gen. 27.

Profanus Esau à venatione reuersus, & lachrymati incipiens, patris sui cor emolliuit, inflexitq; ut petitis annueret. spero eriam me à vitiorum venatione defatigatum, si lachrymari cæpero, & delicta fletu eluere. Deum meum patrem emolliturū, induxitumq; ut misericordiam mihi, & veniam, quam suppliciter peto, concedat.

2. Reg. 15.

Propheta Samuel deplorauit amarè perditionem animæ

animæ Saulis: Dauid quoque filium Absalonem , 2. Reg. 18. quem sciebat in peccato occitum . Ipse etiam Re. Lucæ 19. dēmptor Christus, cūm oculos in ciuitatem Iero. solymam coniiceret, eiusque cladem præfigiret, a- marè fleuit. Si igitur Sancti illi, imò, & Dei Filius aliena peccata sic deploarunt; quantò maiori iu- re propria me depolare par est, eorumq; veniam à Deo meo postulare.

Axa filia Caleb Hebræorum ductoris, suspiras Iosue 15^o petebat à patre terram irriguam, nam aridam de- derat , & arenem, Hoc tibi allegoricè adaptis a- nima mea, suspira inquam, & sanctam à Patre tuo cœlesti multis crebrisq; gemitibus, & lamētis compunctionem, & donum lacrymarum postula.

De Anima sancta in canticis scriptum est: Quæ Cant. 3.
est ista quæ ascendit de deserto, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrha, & thuriss, & uniuersi pulueris pigmentarij. Hoc tibi dictum crede Anima mea, ac tibi persuade, sumum lacrymas, quas in vitæ hu- ius deserto effundis, de quo modò ad cælum a- scendis, per compunctionem quandam, & affe- ctu rerum diuinarum elicere. Plora igitur, deplo- ra, & numq; lacrymatu tuarum habenas cōtrahe.

Tumentes diluuij vndæ Noei arcā in subli- Gen. 7.
me sustulerunt, & supra summā montium cacumi- na. Ita volo, vt lacrymæ, quæ oculis meis destilla- Exod. 14,
bunt, ad terum sublimium contemplationem me sustollant, vt que earum acredine peccata mea suf- focentur, & quemadmodum Ægyptij, sub iubri maris vndis, submergantur.

In quacumque die ingenuerit peccator, ait apud Ezech. 18.
Ezechielm Dominus, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Ita igitur Domine Iesu iā plorabo, totque lacrymas effundam, mei, vt mi- sericordus sis, delicta remissurus, omniumque com-

138 HERACLITI CHRIST.
commissorum memoriam penitus abiecturus.

4. Reg. 5

Naaman Syrus cùm in Iordanē sese lauisset, corporis sanitatem consecutus est, & à lepra penitus purgatus. Ita quoque mihi persuadeo, lacrymarum flumine ablутum perfectam animæ sanitatem me consecuturum, & à vitiorum lepra emundandum.

Hæc scilicet spes mea, hocce meum propositum, mei igitur miserere, lacrymas meas intuere, quarum tantam oculis copiam effundam, oceanum ex ijs, ut conflam, qui omnia delicta mea obruat. Sole per diem splendente, & luna per noctem semper in lacrymis ero. Suspiria mihi erunt, risus, dolor, musica, lamenta, deliciæ, & austeras, vita.

C A P V T II.

Ob propriam suspirat miseriam.

*Et si nox terris inducat opaca tenebras;
Atque aurora diem lucida mane rebat;
Semper me flentem, lamentantemque uidebunt,
Quando subit miseræ sortis imago meæ.*

Psal. 113.

Regius Propheta iniquitates suas deplorans, ac vindictam de illis exposcens, dicebat: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* Id ipsum hodie dicere cupio cùm meas miseras intueor, peccataque mea exterminare desiderans coram Deo protestari, nullam me oculis quietem inductrum, nec umquam fore, ut lacrymæ exarescant, sed perpetuum carum riuum fore, eò quòd Domini num

num offendit, & maleficijs meis illius maiestatem irritauit.

Cum ignis domū aliquam occupauit, periculum. Simile. Iumque est, ne ad vicinos serpat incendium, praesentius nullum remedium est, quam aquam effundere, quæ ignem extinguat. Ita quoniam animam furioso passionum incendio correptam, & vitiorum igne estuantem contempler, nullum melius, aut aptius ad illum ardorem sponduin remedium inuenio, quam ad salutares lachrymarum aquas recurrere, ut his affusis, concupiscentiarum somes, & appetituum titio quamprimum extinguatur.

Elias Propheta, solitudinis ille incola aqua sacrificium suum aspersit, quam effusionem Deus ratam habuit. O quam egregium sacrificium est peccatoris pœnitentia? huic simile Deo offerre decreui, atque hoc circumsecus limpida lacrymarum mearum aqua aspergere, quod spero benignis, ac propitijs illum oculis intuiturum, ac misericordiam, meas contemplando miserias, mecum exerciturum.

Veram pœnitentis personam gerens Propheta Regius, Deo dicebat olim: *Contritulasti capita Psal. 73. draconum in aquis, tu confregisti capita draconis, tu dirupisti fontes, & torrentes.* Dracones sunt peccata, aquæ vero in quibus merguntur, ipse sunt lacrymæ. Tot igitur lacrymas effundam, & fluios ita intumescere faciam, ut omnes illos dracones, & vitiorum crocodilos tandem sim obiuturus, & extinxurus.

Heu quantum ex nunc angustiæ interius persentio? cor mihi iam dolore disstimpitur, non sufficiunt ventum pulmones, nisi ventum passionum mali mearum, qui eosdem animans, animam mihi auferit.

140 HERACLITI CHRIST.

fert, ac vitam. Raucedine iam penitus vox corrumpita est, & omnis faciei color euanuit; adeo ut non nisi tristis mortis sim imago. Mei ipsius, fateor malum auctor sum, ac meæ mihi manus mortem, & æruinas fabricatae sunt.

Misericordiam D. i cogit.

Tuam in me iracundiam, Deus bone prouocavi, misericordiam tuam, bonitatemque nefaria peruicacia mea violenter coegi, tela furoris in me ejaculari, coegi inquam te vigam in manus atripere, tuam ut me iustitiam edoceres, simulque ostenderes, peccata, quæ admisi calamitatum in quibus modò versor, quæque ceruices meas confregere, causam esse.

Ita eheu ? calamitates meæ excreuere, & intumere, nulla mihi, ut consolatio, nisi in planctu, & lacrymis supersit. Audite igitur populi, & aurem adhibete querelis, ac lamentis meis nationes remotæ, meamque miseriam, & ærumnam respicite.

Non debet esse dolor simili dolo- ri penitentis

Videte vicini, si est aut fuit umquam dolor sicut dolor meus. Intima dolorum meorum scrutamini penetralia. Videte numquid simile sol umquam aspicerit, & si manus ad succurrendum extendere nolitis, oculos saltem commiserationis ad me conuertite, meique miselli miseremini : Et, nisi marmorei etis, aut adamantini, mea vobis mala lacrymas excutiant.

Nullus hodie, fateor, me viuit calamitosior, adeo, ut & saxa sensus expertia malis meis ad plorandum fluctere possim. a capite me ad imos usque talos dolor inuasit, nulla que in corpore pars est, quæ doloris expersa sit, meamque ruinam non persentiat.

Infelix pec- catoris con- cito.

O noua rerum nouitas ? ò turum, & graueictum: Quo me cunq. verrero, noua doloris facies sece

fese offert, & nouum calamitatis genus. Hemi mo infelicem? Video siquidem miseram animam meam dolotibus circumuallatam miserè pereuntem, & elanguentem. Video corpus hoc, eius inquam compar, miserè affectum, & euaniendum, ocu li siquidem hiant, os deductum est, & extremum spiritum singulis videtur momentis velle emitte re, & rectâ ad mortem properat.

Quam fatale, & horribile spectaculum hoc est
Deus bone? Ecce quomodo me castigaris, ecce
quomodo superbiam meam domueris; ostendisti
Domine iustè me puniendo, æquum te esse, nul lumque excipere, quem non aliquando castiges,
& quo diutius peccatorum vindictam differs, eò
horribilius, & grauius supplicium infligere, dilationem ac patientiam tuam suppliciorum grauitate compensando. Ipsum iam reuera experior, & damno meo nimium sentio.

*Tarditate
supplicij
Deus gra-
uitate com-
pensat.*

Par igitur est me dolore confectum in terra pro sterni, humeriisque demissis meam deplotare miseriam; par est inquam, cinere caput consparge re, & quam enixissimè petere, ut miserum hocce corpus in cineri quamprimum resoluatur, sacco me conuestiam necesse est, ut sola pedum umbra, & sepulcri mei locus appareat.

Et sanè cum calamitates meas intueor, & somorem meam contemplor, lacrymis innatum, & præ lachrymarum copia oculos amittam necesse est, cor etiam palpitet, nō secūs ac si mihi extra euelle rentur; dolore emoriar, & luctu oculos dejiciam, caput dimittam, & amarissimo genas fletu humectem.

Agite igitur, oculi, in torrentes conuertamini, noctu diuque lamentamini, nullam quietem suspirijs anima concede; ipsi pro te loquantur singultus

ac gemitus, ac tuas sustolle palpebras, & in cœlum eleua, certò confidens inde tibi auxilium venturum. Respondeant igitur lamenta miserius.

Ad solas lacrymas tō fugere peccator debet Aliò etiam confugere non possem, nisi ad oculos meos, in solis lacrymis spes, & solamen confitit, quas magna cum copia effundam, atque viræ meæ misericordiam amare deslebo, & tuam imprimis, ò anima mea.

Non debet deesse peccator i lacrymæ. Atque eheu ? ut malorum finem non facio, ita nec oculi lachrymarum. Cùm afflictio cor meum premat, & opprimat, lachrymas inde profectò velut è spongia exptimere debeo : atque huiusmodi tamdiu vitam ducam, donec mei Deus commiseratione tactus, in gratiam me admittat, & flammandem illius furoris æstum lachrymis extinxero.

Cur peccator flere debet. Quid enim quæso facerem aliud, vt qui tot coram oculis admissa videam crima, tantam annorum seriem male collocatam, tot scandala data proximo, tot virtutes neglectas ? ferreus essem, & æneus profectò, si lachrymas inhiberem, & quāuis alioquin ferreus essem, dolor profecto meus ipsum liquefacere posset, & in lacrymas resolvere ; & si fortè lacrimarum vnda non sufficeret, ipsum languinem elicet.

Sunt eheu ? calamitates meæ infinitæ, & miseriae meæ sine numero ; quæ ultra verticem meum excrescunt, & à quibus propemodum suffocor, adeò vt aliud facere nequeam, quām alta voce in clamare, & tremebunda, ac suspirabunda uoce, quæ, & rupes emouere queat, dicere, miserere, optulare, succurre Domine, emorior, nisi opem, & auxilium prætes emorior.

Mala qua peccati ani m.e adferi. Video me iam velut in abyssi cuiusdam fundo, & carceris profundo constitutum, itaque caligine exceccatus sum, vt nesciam lumen, an & sol in mundo

do aliquis supersit, atque ubique in tenebris, mihi, & obscura caligine versari video. Ipsæ ini-quitates sunt, quæ mihi diem ac lucem eripuerunt, atque rebus omnibus colorem ademerunt: pecca-ta inquam sunt, quæ in has me miserias compulerunt, & desertum quoddam in anima effecerunt, virtutes in solitudinem, & bona opera in veterem maceriam cominutarunt, & non nisi dolorem, amaritudinemque mihi reliquerunt, tam tristi oculos spectaculo afficientes, & tam funestis animum cogitationibus opprimentes.

Quod uero imprimis me afficit, ac dolorem-adauget, est, quod uideam, præter extremam, quam peccatum in animam inuexit, calamitatem, ipsam hominis naturam nouam etiam, quantum in se est, procudere, & iam inde ab incunabulis ua-rijs nos miserijs inuoluere? uidetur quippe homo iam inde coactus, successionem, hereditatemque admittere malorum: quæ ut euitem, mortem op-petere malim, adeoque ut miserrimum omnium hodie uiuentium, me dicere meritò queam.

Dixit olim Iob: *Homo natus de muliere, breui-viuens tempore repletur multis miserijs.* Quam me-rito hisce uerbis Iob usus est. Sciebat nimirum, Iob. 13. quod, & ipse nunc scio, naturam quæ erga nos, ut nouercam se gessit, cum fragilitatem nobis in ma-trem, & breuitatem in uitam dedisset, miserijs nos varijs obruisse, quæ continuas ad successione de-voluuntur; quibus nemo eximi potest, nisi simul, & uita excidat. Quod profecto miserum est, & æternis dignum lachrymis, ac perpetuo, ut in lu-etu versemur.

Et sanè uita hæc nostra scaret malis, homini-que conditio adeò misera, ut mors optanda, non Cur vita
reicienda, ac loco remedij, non uero supplicij te-hominis
nem. breuis.

nenda sit. Ideo nempe Deus breuem hominis vitam fecit, ut calamitates & mala, quibus obnoxia est, morte finirentur, & per annorum breuitatem terminarentur.

*Nascitur
homo man-
cipium, &
ita mori-
tur.*

An non miserum profectò est nasci, vivere, & mori, ut mancipium: an non conditio fragilis, dies vite à fletu inchoate, eosdem deinde in laborib. agete, & cù dolore, & angustia finire? an non flebilis fors est, vitæ ut participes reddimur infinitatum simul æruminarum participes reddi? ingemisco, & præ dolore emorior dum, vel semel id animo voluo.

Psal. 50

In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, ait calamitatem suam deplorans Psalmista. O conditionem miseram, miserum esse, & miserijs inuolutum iam inde a conceptus puncto in miseriam ingredi, dum vitam ingredimur; peccatis subijci, cùm mundi subiecti, & vasalli simus. Ecquis Deus bone, hisce auditis malis nō ingemicaret? Evidem ita eadem apprehendo, ut quamuis oculi lapidei forent, in lachrymas penitus resoluerentur, & cor quantumvis ferreum eslet, hic emollirentur, & nonnisi lamentis indulgeret.

*Vita hæc la-
bore plena.*

An non uita hæc, anima mea quam viuis, tribulationibus circumdata est; aduersitatibus referta, laboribus, & molestijs plena? an non certissimum est, pro unica noluptate, qua fruitur, milie ei molestias, & angustias compensando refundi? Adeò ut non vita, sed mors potius debeat appellari, quis igitur non flet, quis non plangat, & lamentetur?

*Quidquid
bas et ho-
mo, ut mu-
tuam hæc.*

Ecque miseriariū abyssus est, quam misera fors, uidere hominem adeò inopem, & mendicum, ut vestimenta, & induuias a bestiarum mutuetur

exuvijs, victum, & cibum ab animalibus emendicet, & in sudore vultus vescatur pane suo? Quæ tamen brutis, & animalibus vitro supperunt, quæ hæc aliunde mutuando non emendicant. Quod dūm cogito, & animo voluo, elangueo, & vitam perdo.

Sunt autibus alæ ad volandum, animalibus unguies, & dentes, quibus se tueantur: alia celeritate, & perniciitate pollut, ut pericula imminenter effugiant. Solus homo his omnibus destitutus est, nihil enim habet, quod sibi proprium sit, & quidquid habet, aliunde mutuatus est: adeò ut lachrymis hoc unum dignum sit, aut nihil est omnino in mundo, quod fletu sit dignum.

*Animalia singula, qd
habent, ut
se defendat*

Vlteriusne hominis miseriam describam? Cum optima valetudine fructur, tunc maximis subiaceat infirmitatibus. Hinc illum premit fames, illinc sitis: hinc frigus bellum monet, illinc calor: molestiæ illum diuexant, aer fulmina in caput illius eiaculatur, mare tempestates ciet, terra, pestem, & contagionem procreat. Numquam denique quiete gaudet, numquam securus, omnia illi contraria sunt, an non igitur uita illius uerè misera, & ærumnosa? est profecto, aut nihil in mundo miserum reperitur.

O funestos vitæ dies? ò lugubre mundi habita. Iam inde a culum? ò infelicem hominis sortem? ut quem, natuitate iam inde in incunabulis calamitates premunt, mil homo cala- leque molestiæ exagitant: quas dum mente agito, mitatibus confundor, & palpito, & cor meum præ metu, & obnoxius horrore concutitur, & languet.

Quis enim mihi sit animus, quæ gaudendi occasio, ubi me angustijs intueor circumscinetum, cumque nullum in natura mea locum uideam, q ab infortunio immunis sit: & quod præter calamitatem meam, infinitis adhæc angari doloribus,

& lubricarum voluptatum memoria vitia mea
continuò exprobrem : cùmque vitam tot volup-
tatum melle condierim , iam tristi , & amaro an-
gustiarum felle eamdem perfusam , & potatam
sentiam.

Sed quid, ô Deus meus ? an non mei miserebe-
ris, an non miselli te tangat commiseratio ? sem-
perne rigidè mecum ages ? numquam misericor-
diatum tuarum compos ero ? Easdem promereri
desidero, earumque me compotem reddere; quod
ut fiat per terram membra traham, cinere caput
meum conspergam , pectus disrumpam clamori-
bus, oculos in lacrymis eliquabo, & toto vitæ tem-
pore pœnitentiam agam.

Indignationum igitur tuarum Domine æstum
extingue, miseriam meam intuere, lachrymas re-
spice, tu qui vnicò oculorum nutu cœlum, terram
que perspicis, cuiusque acies cordis nostri pene-
tralia intruetur ; gemituum meorum amatitudinē
benignus attende, Deus bone, qui bonitatis , om-
nis, & clementiae fons es ; aures clamoribus meis
accommoda, qui cuncta audis, & percipis. Tu es
ad quem configio, tu es ad quem planctus , &
lamenta dirigo, tu es cuius expostulo gratiam, co-
ram te publicam pœnitentiam agere propono,
quorum omnium amplissimum lachrymis meis,
testimonium do , & toto vitæ tempore etiam
dabo.



CAPVT III.

Mundi fallaciam , & fraudem deplorat.

*Rupis inaccessæ latebras , atque antra subibo ,
vt pascar gemitu , & flutibus ora rigem
Terfidus est mundus , fallax , contagio , pestis ,
Cui seruire nefas , credere stultitia est.*

AH quam fallaces , incertæ , & dubię sunt hominum vires ? quam inanis spes est , quæ in mundo stabilitur ? nihil ita perfidum , ita nihil fallax , nihil quod maiores insidias , & proditionem continet , reperire est . Mundus nempè ludas est , iniquus , ingratus , qui postquam plurima a suis recepit obsequia , eos fallit , prodit , decipit , mille laqueos parat , & mercedis loco infinitas ærumnas reddit . Eheu , cùm nequitiam eius perpendo , tristes oculis erumpunt lachrymæ , & labia amarissimè ingemilunt .

Seruietis Dys alienis , qui non dabunt uobis requié die , nec nocte , dixit olim per Prophetam Deus . Quibus in verbis ad viuum mundicolarum sors discribitur : mundo enim seruire , Deo alieno , & idolo seruire est , è cuius obsequio aliud speradum non est , quàm crudelitas , proditio , & tormenta intolerabilia .

Fallacia Dalidæ illicia , ac lenocinia generosum Iud. 16. Sampsonem ad mortem pertraxere , eiusque excidij , ac ruinæ fuere causa , hinc factum est , vt captus fuerit a Philisthæis , oculis orbatus , & pistrinum iumenti instat agitare coactus . Idem omnino mundus cum suis ministris agit , illius lenocinia , amo-

res, voluptates, ac deliciæ, mortem saepe nobis, ac damnationem sempiternam adferunt; semel nem pè vanitatum suarum rotæ nos alligatos, instar iumentorum in gyrum agit.

Genes. 31. Jacob Patriarcha diligenter, & gnauit et, serio, idque decennio Labano idololatræ seruuit multas eius nomine præferens molestias, & ærum nas, qui decies illum, mercedem promissam com-mutando, decepit.

Mundus Labano similis. Eheu? ego, & alij plurimi mecum, mundo non minus gnauiter, ac seriò, quam Jacob Labano, seruimus, magna diligentia eius honores, & potentiam augere satagentes, at saepius nobis mercedem mutauit, & quod promisit, dum nos in seruos adscisceret, denegauit. Quam igitur perfidus est, quam ingratus, quam in promissis fallax? & sanè, quot de eius ingratitudine verba profero, tot etiam lacrymas effundo.

Coloss. 2. *Videte ne quis uos decipiat per inanem fallaciam,* ait Apostolus. Ego miser tamen deceptus sum, & in mundo adeò fallaci agens tantum absuit mihi, ut cauerem, ut in omnibus rebus falsus fuerim: ubique me ille decepit, & per exteriora me deducens, ita excæcauit, ut eorum interiora uidere nequierim. Adeò nefarius, & vafer fuit, ut delicijs, & voluptatibus oblatis, earum horrorem, fœditatem, & turpitudinem absconderit.

Leuit. 1. Auferrit pelle animali immolando iussit Deus. Contrarium penitus mecum egit mundus; voluit enim sibi obsequium meum afferri, voluptatis, honoris, & commodorum particularium pelle cooptum, ne eius viscera, interioremque malitiam, ac vitiorum fortes perspicerem, atque hocce modo saepius me sefellit.

Dixit

Dixit Angelus Tobiæ, Exentera hunc pisces, & Tob. 6.
coreius, & fel, & iecur reponere tibi. Sunt enim hæc
necessaria ad medicamenta utiliter. Idem ego cum
mundo agere debuissem, exenterandus inquam
ille mihi erat, eius viscera, interiora que exami-
nanda, fel, & amarities, quæ sub peccatis illius
inuoluta sunt, perspicienda: erant enim hæc salu-
taria, & vtilia, & nimis oculos meos ad peries,
mundi malitiam obominationemque cognosce-
rem, atque illius fraudes, & versutias præcaue-
rem.

Verè me, fateor, fefellit, eius enim impostu- Mundus
ris auscultans, & perfido fidem adhibens; res ina- omnes fal-
nes, & contemni dignas plurimi feci, maiores ve- lit.
rò minimi. Praui mei affectus, cùm variis mun-
dani amoris colores in se recepissent, talem opi-
nionem conceperunt quales erant passiones amo-
ris, quo inmundum prosequabar: adeò, ut quod
multum erat, ac magnum, exiguum mihi, ac par-
uum visum sit, quodque reuera nihil erat, exalta-
uerim, & demiratus sim, varias in animo meo ima-
gines, ineptiasque effingens.

Merito in sacris litteris Hebræi illi reprehenduntur, quod cum manna cælesti, quod quotidie Deus depluebat, abundarent, cibos tamen com-
unes, allia, & cepas Aegypti, & ollas carnium desiderarent. Maiori ipse profectò reprehensione dignus sum, & velut alienigena, quamvis me Christianum dicam, habendus, quod, cum me Deus cibo cælesti, ac spirituali pascere, & reficere satagat, tanta mea dementia, nequitiaque fuerit, ut cibos viliores, & immunda cepe, & allia, mundi inquam malitiam, nefariè, ac perditè dilexerim. Fefellit me igitur, quare non nisi tristis mihi superest pœnitentia, pœnitet me igitur,

quod fraudibus eius, & versutijs nimis acquieueriū, atque ideo dementiam meam perpetuis lacrymis deplorabo.

Eccles. 19. *Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo, ait Ecclesiasticus: de mundo haud dubiè locatus est; hic enim perfidus proditor est, qui amicitiam simulat, & interea cor eius, & viscerà crudelitatem, & malitiam spirant? Heu? quoties ille me fecellit, quoties me confudit? iam tandem technas illius, & fraudem agnosco, & diei maledico, in qua vñquam mangoni huic credidi, atque idcirco toto vitæ tempore lachymabor.*

2. Reg. 20. *Ioab Dauidicarum copiarum præfectus, frater Amasam amplexus, & benevolentiae signa ostendendo exosculatus, sicam lateri illius ingefit, vitaque spoliauit. Hunc imitatur, & mundus, qui secundus quidam Ioab est; nemo sibi hunc amicum esse persuadeat; nam benevolè ad nos accedens, & amicitiae indicia præferens, pacemq. ore promittens, quamprimum prodit, & nefariè nos, vt Amatas, incautos, ac nihil minus cogitantes inuadit, & obtruncat, anima simul, & vita spolians, quidquid enim loquitur, & consulit, erro- neum est, falsum, & mendacium.*

2. Reg. 2. *Quadrincenti Prophetæ mendaces Achab Regem bellum, vt susciperet ex stimulabant, certissimamque victoriam pollicebantur, qui tamen illum deceperunt, nam in bello victus occubuit. Mundus etiam pseudo Propheta est: nam quidquid consulit, quidquid appetitus depravatus suggerit, merum mendacium est, & erroneum. Persuadere nempe conatur, nos si viuere, vt cœpimus pergamus mortem evitare, animæque salutē procurare posse. At certò certius est, instar Achab, nos,*

PARS SECUNDA.

151

nos, si mendaci huic, eiusque versutijs fidem adhibeamus, tandem aliquando emorituros.

Sisara præfectus militiæ Regis Iabin, quod Iohanni credidisset, & lac, quod illa parauerat, ebitibissemisere occubuit, ac vitam simul, & gloriam ante partam amisit. Hac mecum ratione egisti, perfide munde; nam dulci me deliciatum tuatum lacte potum, & amicitiæ tuæ nimium confisum, & indormiscentem nequiter perdidisti, honoreq; me, & virtute spoliens, spei mihi propemodum saluandæ animæ succidisti.

Popule meus, qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissipant; ait apud Isaiam Dominus. Verum hoc esse in mundo re ipsa compri: mangō enim ille, dum mihi persuadere conatur, beatum me esse, dum delicijs indulgeo, & voluptates illius consectetur fuero, re tandem compri verum illum impostorem esse, qui me in promissis suis fallebat.

Legimus in libris Regum virum quendam pium, quod pseudopropheœ credidisset, à leone in itinere dilaniatum. Mundus pseudo Propheta quidam est, & impostor, & quotquot uerbis eius crediderint, in peticulo versantur, ne tandem aliquando à rugiente illo leone infernali, in vitæ huius itinere deuorentur. Hoc scio, & re ipsa me in hoc discrimine constitutum vidi, dum mendaci huic nimium facile credidi, nisi bonus ille Deus aliter res disposuisset.

Meretrix illa Apocalypseos venenum in vase aureo propinabat, mortemque in auro asseruabat. Mundus item meretrix est, ac rex fornicatum, & incestuum, qui peccati veneno, quod in patra honorum, vanitatum, diuinitatumque propinat inumeros inficit. Ah quoties hoc me

pacto fefellit? quories rutilans hoc autum, & species illa exterior me decepit, dum venenum, quod mendaciorum, fraudumque sinu souebat, non aduerti?

Constat, mundum deceptorem esse, omniaque illius dona, & munuscula fraudem, ac versutias subholere. Excæcat enim, & fallit exteriori sua pulchritudine, ut Iudith Manassis vidua uenustate sua Holophernem illaqueauit, utque Iosue in colas ciuitatis Hay prædam, & manubias illis ostentans. Ita profectò fateor, se res habet, sexcenties, & millies extrema me pulchritudine, ac specie inescatum fefellit. quod ah iam nimis ah deploro, atque oculos propemodum lacrymando amitto.

Mundus impostor. Nequiorne mundo haberi impostor potest? nonnisi bonum spondet, & nonnisi malum retrahuit. Requiem pollicetur, & texcentas reddit angustias, & labores; promittit lætitiam, & modestiam, at dolorem adfert, voluptates iactat, & tristitiam donat; honores præfert, & contumeliam refundit. Denique diutu nam vitam spondet, delicijsque, ac bonis affluentem, perbreuem tamen, & vix ad momentum permanentem, & miserijs refert am largitur. O proditio, o perfidia, & impostura?

Matth. 4. Cum Satanas Dei filium tentaret, è montis vertice omnem mundi gloriam, & regna vniuersi orbis illi monstrauit, dicens: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* mentitur, & promittit quod efficere, & dare non potest. Idem facit, & mundus, ac varia pollicetur, modò adoretur, & colatur: sed quid? impostor est, promissa enim sua implere nequit, scilicet magnum, & potentē iactans, ac varia promittens, fallit nos, & decipit.

Ait

Ait Dominus neminem de spinis vias, aut fucus Matt. 9.
 è tribulis colligere: hocce meo adaptans proposi-
 to, dico neminem de mundo adeo fallaci, & va-
 stro præter mendacia, & fraudes colligere posse,
 scio id nimirum benè, & damno meo scio, atque
 idèo infinitè doleo, impostori me huic aliquod
 vñquam obsequium impendisse, quidquid enim
 dicere, facere, vel promittere norit, subdolum, &
 nihil est.

Cur non te cœriūs infelix mente cognoui? cur *Omnia do-*
me ita decipi passus sum, an fraudes tuas, & i[n] po-
nitas tempestivius non intellexi? Meruere debui *suspecta.*
 quidquid offerebas, & honores tuos, & prosperita-
 tes subterfugere; quidquid enim offers, nonnisi
 fraus est, & impostura, omnia dona tua suspecta-
 sunt, & fucum olen. Heu quomodo tuis verbis
 credidisse penitet, & tibi vñllum vñquam obse-
 quium impendisse.

Nonnisi proditio es mente, laqueis plenus, vbi-
 que tendis insidias, nulla apud te certitudo, & se-
 curitas, ipsi quin etiam Reges de te conquerun-
 tur: intenderunt mihi laqueum per viam, quam am-
 bulabam, ait Psalmogaphus. Id ego experientia
 noui, nam in vita huius itinere tu d' in mente, tot mi-
 hi prodiciones parasti, tot laqueos terendi, tot
 technas instruxisti, vt sola illorum memoria in
 lachrymas me resoluat, & confusione vultum
 repleat.

Ieroboami Regis vxor Abdiam Prophetam 2. Reg. 14.
 decipere gestiens, ementito habitu assumpto, il-
 lum allocuta est. Eadem versutia virtutur etiam
 mundus, nam vt Sanctos decipiat, & irretiat,
 ementito uenit habitu, & schemate quodam
 incognito. Honore sese operit, vt contumelia
 illos afficiat; virtutem præferit, virtua vt ingerat,
 volu-

154 HERACLITI CHRIST.
voluptates offert, ut dein miserijs inuoluat. Ali
quoties me sub ascititio schemate delusit?

Psal. 9.

In posterum igitur amplius mundo ne fidas
anima mea, qui non nisi perfidus est in ango; om-
nia illius verba falsa sunt, & mendacia, magnati-
bus immortalitatē spondet, & ecce vix dū mor-
te eripiuntur, & simul omnis eorum memoria ex-
pirat: *per iit memoria illorum (mundanorum) cum*
sonitu, ait Psaltes. Impostori igitur huic fidem ne
adhibeas, nec in illo spem tuam colloca; amico-
rum siquidem suorum obliuiscitur, & inimicorum
suorum memoriam immortalitati consecrat. Ne-
gligit suos cultores, hostes vero eximijs afficit lau-
dibus.

Matt. 1.

Iezabel cosmophila fuit, ut quæ maximē, ac va-
nitatum mundanarum primipilaris, ac fulcrum,
Eiangelista tamen Matthæus memoriam illius
erasit ad quartam usque generationem, quamvis
tamen opportune illius mentionem facere potui-
set? iusto id Dei iudicio factum est, & iuxta mun-
cipius consuetudinem, in quo qui illam maxi-
moperè coluerunt, quam primum inter moriuntur
& corpore, & nomine: qui vero eundum pessum
dederunt, immortales sunt, & post busta superstes
fama eorum, & virtus manet.

Matt. 2.

Cordatus ille Mathathias ait olim filijs suis:
Nunc ergo filij emulatores estote legis, &
date animas vestras pro testamento patrum vestro-
rum, & memenote operum patrum, quæ fecerunt in
generationibus suis, & accipietis gloriam magnam,
amicorum, & nomen aeternum. Ita quippe diuina prouidentia
& inimico permittit, ut inimicorum mundi scilicet memo-
rium suorum perpetua sit, & omnes illius amici obliuionis tu-
memoriam celebrat. An non igitur demens fui cum
mundo seruiui, honorem, ut acquiretem, cum ipse
am.

amicorum suorum obliuiscatur, & memoriam illorum simul illos perdendo, & perdat, & sepeliat?

Quin & deteriorius facit; neque n. satis sibi esse prærat in orum obliuisci, nisi simul, & eosdem deserat, & tandem etiam miseros reddat. Agnouit hoc Baruch Propheta cùm exclamans interrogansq; ait: ubi sunt principes genium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? qui in aubus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines? &c. exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, et alij loco eorum surrexerunt. Insignis igitur impostor est mundus, & ipse mortaliū stolidissimus, quia in illo confisus sum, cùm illius deliciae, & consolationes in momento pertransiant, & gloria illius quamprimum extinguantur.

Vidi impium, ait Psalmista, exaltatum super cedros Libani, transiui, & ecce, non erat. O perfidiam singularem! mundus eleuat, & exrollit suos, cumq; delicias illius, quæ maximè sentiunt, ac percipiunt, tunc illorum obliuiscitur, eosque deserit; nefarius est, perfidus, & vbiique manguo.

Retribuebat mibi mala pro bonis, sterilitatem animæ mee, ait Psaltes. De mundo haudt biè locutus est: barbatus enim est, & tyrannus, qui semper mala pro bonis reddit, ac miserum est, & triste impostori huic ingrato cōsequi, qui suos semper deserit, omnia peruerit, & destruit. Eheu? ob exiguum aliquod bonum, & honores vanos, quo cultores illum sui prosequuntur, miseriam deinde paupertatem, & infamiam sempiternam illis rependit.

Nullus vñquam iam à quinque annorum millibus mundo obsecutus est, quin illius ingratitudinem senserit, ac deplorarit. Seruuit Iacob Labano

Baruch. 3.

no viginti annorum spatio , gnauiter admodum ac strenue , & posteā expostulans , quōd male illi seruitium compensasset, ait: Nudum me , & inopem ecce domo tua eijsis , & omnium rerum indignum . Ita quoque mundani dicere mundo possunt , eiusque feritatem , ingratitudinemque audacter obijcere : magna enim cum infamia , & inopia illos , in mortis scilicet articulo , vnicō in uolucrō , postquam dudum illi seruierunt , domo sua eliminat.

Exod. 1.

Filiij Israel seruitutem durissimam in Ægypto seruiebant , & tamen aliam pro opere diurne mercedem non recipiebant , quām virginem , & durissima flagella . Eadem etiam cosmophilorum sors est , qui cum iam inde à natuitate grauissimā seruitutem seruant , mille tamen tormenta , & sexcenta mercedis , & obsequij tam diuturni loco flagella accipiunt.

*Nunquam
sros Deus
decipit.*

Non igitur amplius impostori huic fidem , nunquam amplius meum illi obsequium offeram , numquam amplius illum in herum admittam , soli Deo autem in posterum seruiam , totoque vi- tæ tempore colam , hunc solum , ut Dominum agnoscam , cum ipse suos nunquam fallat , qui que in promissis suis ita verax est , ut mercedes illius , & p̄m̄ia sint infallibilia , & pro exiguo , quo cli- entes suos affligit tempore , infinita illis in com- pensationem gaudia , & thesauros immutabiles concedat.

*Milius est
T eo quām
r undo ser-
uire.*

An non satius est , Anima mea , Deo tuo seruire , vt deinde bonis illius æternis fruari , quām falla- ci mundo obsequium impendere , & deinde per- petuis pœnis addici ? An non inquam satius in hac vita , fugacibus mundi delicijs primari , quām eisdem abundare , ac sempiternis incendijs po- stea

PARS SECVNDA. 157

steā mancipari? Ita profectò malim Deo obse-
quendo, eiusque præcepta obseruando, sanctam
vitam instituere, quām inmundum colendo, nefar-
iam, ac scelestam vitam ducere. Hic nonnisi
mango est, ille verò fidissimus; ille suis semper di-
gnam mercedem refert, eorumque laborem a-
gnoscit: hic autem ingratus est, & malitia turget.
Tu solus igitur es Domine, ad quem in posterum
mea vota dirigam, cui mea obsequia impenda m:
te solum inuocabo, te inquam solum toto vitæ
tempore, ut Dominum agnoscam.

Vota igitur mea admitte, clamoribus meis au-
rem accommoda, lacrymas meas benignus respi-
ce, benignissime animæ meæ Redemptor. Mu-
ndum fateor, eului, & longo tempore colui, sed
illius cultus me pœnitet: me ille decepit, quod
plutinum doleo. Sed faxo, nullam, ut in poste-
rum amplius in me potestatem sit habiturus, nun-
quam me amplius promissis suis dementaturus.
Quam igitur pœnitet unquam me illi credidisse,
quam doleo non citius illius me imposturas agno-
uisse, mihi igitur suspiria suffice anima mea, la-
crymarum copiam congerite oculi, ut reliquo vi-
te tempore cæcitatem, dementiamque, quod to-
ties me à mundo passus sum decipi, deplorem.



C A P V T I V .

Deplorat ob amissionem bonorum
cœlestium .

*Tot licet effundam lacrymas, quot in æquore fluetus,
Quot ælæni stellas, grama campus habet:
Nil tamen hi facient ad tanta incommoda luctus,
Iactura precium, nec dolor nullus erit.*

CVM iam omnes lachrymas effuderim, nul
laque amplius superfluit, sanguis per ocu-
los effluat neceſſe eſt, ne mihi fletus deſit,
ut iugubrem meam ſortem deplorē. Cupio igitur
diem deſerere, ac lumen, & obſcuram quādam
caliginem bubonis inſtar, conſectari, qui non prius
antro, nidoque egreditur, quam tetra nox caligi-
ne terram conueitierit.

Pereat iam virtus mea, coloris mei venustas e-
vanescat, pallor, & triftitia faciem meam obſcu-
rent, panem quippe meū cinere commaculabo,
& lacrymis potum temperabo, mille iam effun-
dām ſuſpiria, ſingultus multiplicabo, imo eductos
pectore, & doloribus cor varijs exagitabo.

Cum autem calamitas mea deploranda ſit, &
perditio lachrymis eluenda, vocem habere in po-
ſterum nolo, niſi ut clamores intendam, oculos,
frontem, ac vultum, niſi ut lachrymarum riuos ef-
fundam, animam, aut cor, quām ut ſtultitiam de-
plorem, ac ſortem meam defleam.

*Magna pec-
catoris cœ-
Quid egi: Deus bone? ecqua in cæcitate uixi?
quo fascino, aut carmine anima demēata eſt, dum
cælum*

cælum, terræ habenda ergo contempsit? dum cum
caſa straminea ē luto, & ſputo compacta, palatiū
cæleſte, ac magnificum commutauit: dum vetas
delicias, ac voluptates ob inanēs, ac fluxas defer-
uit; ob terebra bona diuitias alterius ſeculi finiri
nescias contempsit; denique cūm ob habitaculum
miferum, morti obnoxium, ac calamitosum, domi
ciliū beatum, in quo nihil viuit; quām vita, nihil
apparet, quām felicitas, & in qua æterna nobis glo-
ria reſeruata eſt, diſcrimini expoſuetiſt. O damnū
irrepatabile? o iacturam inæſtimabilem? ia&cturam
inquam, quæ ſuſpiria duplicita, & generalem
quendam ſingultuum, & iachrymatum impetum
poſtulat.

citas, quod
cælum ob
terrā re-
linquat.

Demosthenes cūm ad meretricem accessiſſet,
& illa ob corporis proſtitutionem mille drachmas
poſtulafſet, pretio enormi voluptatem exſuperan-
te ſubridens ait: Tanti pœnitere non emam. Eru-
beſco duni Ethnici hoc exemplum audio; vbi n.
mundi amoribus primū captus ſum, enorūme à
me, antequam voluptatibus ſuis frui me paſſus eſt;
preſtium petiſt, Dei ſcilicet contemptum, cæli ami-
ſionem, ſummi boni iactutam, & ſempiternam ami-
mæ damnationem; neq; tunc erat preſtium illud
eludere, eique valedicere, dicendo quamprimum:
Tanti pœnitere non emo, tanta mea non erit de-
mentia.

Lyſimachus extrema ſiti pressus in hostium fe-
potestatem tradidit, ac regnum ſuum illis obtulit,
dummodo, vel patum aquæ ad ſitum reſtinguen-
dam offerrent; ſed mox, vt eamdem guſtauit, a-
mentiam agnouit dicens: Quam exiguo regnum,
& vitam pretio commutauit. At Regis huius amen-
tiam mea longè ſuperauit; cūm enim res mundi
huius audiē concupiſcere in inimicorum me-

Plutarch.
in opuscul.

manus tradidi eisque regnum cælestē cessī, mōdō
cupiditati satisfacere liceret. Sed ehen? quam pri-
mūm, vt gustauī, lachrymis obortis, & ingemiscēs
præ pœnitentia, & dolore exclamare coactus sum,
Ah me infelicem, qui ob rem nullius momenti, ad
vanitatem, & inanem voluptatem, infinitas perdi-
di, & deserui diuitias?

Regius Vates mundanorum stultitiam cæcta-
temque describens ait: Pro nihilo habuerunt terrā
desiderabilem: horum ego de numero extitī, nam
mundi amore captiūs, terram illam promissionis
*neglexi, ac pro nihilo habui, quam tamen impre-
mis diligere, ac cæteris rebus præferre debui.*

Peccatoris
dementia. Ecquæ mea illa fuit dementia, ecquæ infeli-
tas, dum ob res nullius momenti infinita, & incom-
parabilia bona perdidi. Quanta temeritas, & sa-
tuitas, in amaris, & tristibus mundi huius bonis,
tam depravato, & insipido gusto voluptatem in-
uenisse, & paradisi gaudia, diuitiasque æternas ab-
horruisse. fuitne quis vñquam me stultior, demen-
tior, & manior? dicere Cæsar solebat, si violadum
est ius, regnandi id gratia violandum est. At ipse
voluptatibus meis dementatus ob rem fugacem,
vmbraque inaniorem Dei mei leges transgreslus
sum, eius iustitiā violavi, & peccatis me immersi.

Magna ia-
etura est, ob
res corru-
ptibiles pde
re eternas. Quanta mea stultitia, tanta quoque fuit iactu-
ra, cum terum terrenarum, & corruptibilium a-
mor retinere, & inescare me potuerit, & bonorum
vitæ huius vmbra tantarum virium fuerit, vt æter-
norum quæ tamen adeò dulcis, ac iucunda, mihi
saporem, sensumque abstulerit. Hanc igitur stulti-
tiam deplorate oculi mei, tuque anima mea ad pœ-
nitentiam agendam te præpara.

Vitrum, & Crystallus admodum inter se affinia
sunt, hinc gemmarij, & mangones alies patum hu-
ius

ius rei gnaros decipiunt, vitrum. Et itali loco ob-
trudendo. Honores, & voluptates mundi huius in-
star vitti fragiles sunt, & delectationum cœlestium
non nisi umbra, & imago. Diabolus, mundus, caro Diabolus,
tres mercatores sunt fallaces, & versuti, qui que me caro, mun-
vt in eorum officinis terræ puluerem emerem. li- dus falli-
berratisque meæ pretium offerrem, inuitarunt, vt ces fmerca-
que ob rem friuolam, & merum nihil fortunam toressunt.
meam periculo exponerem.

Transfigurat se Satanus in Angelum lucis, &
mundus nimis est, & histrio, qui millies me dece-
perunt, atque à Deo ad suum obsequium pertrahe-
re conati sunt, ob breuem delectatiunculam, Crea-
tore me meo, eiusque gloria, Angelorum, ac San-
ctorum consortio priuare contendentes, atque ita
animam perderem, infernum lucrater, ac mille
subitem discrimina. Sed iam in posterum illos fu-
giam, eorumque mangonicas merces, ac noxias
contemnam.

Quàm infelix fui, dum Deum meum pro mun-
do habendo amisi: & diuitias cœlestes, pro terræ
fæcibus comparandis? Magnus fuit error Esau,
& iactura, cum ob vile pulmentum primogenitu-
ræ iura uendidit. At maior hauddubie fuit mea,
qui ob uoluptatem quamdam inanem, ob deli-
cias fugaces, ob rem nullius momenti hæredita-
tem cœlestem uendidi, omneque ius, quod in Re-
gnum Cœlorum habebam, mihiique acquisitum
erat, vtrò cessi.

Magna fuit hauddubie filij prodigi amissio, Gen. 27
ac iactura, quando relicta paterna domo deli-
cij, & opibus redundante, in longinquam, &
sterilem regionem concessit, ubi fame propemo-
dum emoriebatur, porcos licet pasceret. Mea ve-
ro illius longo interuallo superauit, quando

nimirum mundi amore captus, opulentam Patris
cœlestis domum deserui, & è Dei filio, qualis re-
nra eram, Satanæ me mancipium constitui . O
fortem deplorabilem ? mille dignam lachrymis,
lachrymis inquam sanguineis , & planctu semp-
terno .

Facile con- Cur non cogitaui, quanta amiserim, & cur me
remittet. perderem; ita proœcto non cœcutijssem, non ita
rena, qui ce præceps in carnis voluptates, & lubricas delicias
lestia cogi- prolapsus essem, Dei mei me amicitia, & bonis,
tat. que fideliter sibi seruientibus promisit, priuans.
Unica hæc cogitatio sufficere poterat, si modò ut
sciuisssem, ad mundi amorem euellendum, eius
ineptijs valedicendum, & rerum cœlestium nobis
promissatum spem certissimam concipiendam.

Exod. 35. Ideo s. aliquando Deus seruis suis thesauros in
celo repositos, ac delicias paradisiacas ostendit, vt
ita illos à peccato præseruaret, ac mundi horrorē

2. Cor. 10. ingereret. Moysi, & Apostolo Paulo diuinā suam
essentiam patefecit, vt scirent, quanto bono pecca-
tores exciderent, qui ob vanitates mundi cœlesti
fese gloria spoliarent. Et ipse, qui hæc omnia scie-
bam, quasi nullum ad illa ius haberem, bestiæ in-
star vitam traduxi, nec umquam bona hæc in mé-
te habui, meras in hoc mundo vanitates consepta-
tus, atque in terrenis voluptatibus ultimum meum
finem, ac beatitudinem summam constitui.

Matth. 17. Duxit Christus tres discipulos in montem Tha-
bor, & coram illis transfiguratus, gloriā quæ in cæ-
lis electis reseruata est, ostendit, vt ita terrenas uo-
luptates, ac gloriam mundanam neglicerent. Quo
ties ē: summus ille Deus beatitudinem, q̄ mihi in
cælis reseruata est, ac felicitatem meam ob oculos
proposuit, vt ita mihi mundus desiperet: at ego
cæcus, & infelix nihil feci, insigniaque illa docu-
menta

menta neglexi, & quidquid fides mihi suggerebat, & quidquid spes sperandum suadebat, stulte, & temere fugacibus mundi delicijs postposui.

Cur eheu Domine bona vera neglexi, ut mendacia, & inania nanciscerer? cur ita mihi inimicus existi perfecta gaudia, & consolationes repudiano, quo inanem imaginariarum voluptatum umbram acquirerem? Quam sapiens eheu? Domine, fuisse, si, vt poteram, magna, & immensa patuis coemisse, perpetua, & sempiterna fugacibus, & pretiosa corruptibilibus. Quam felix fuisse, si vti poteram, pulchra cum in honestis, grata, & amabilia cum amatis, & miseris commutassem; quodq; amplius est, si nihil omnia comparassem.

*Homo ma
gna paruis
emere pot.*

Nam profecto quidquid in mundi inferioris thesauro comparat, nihil omnino est, respectu illorum, quæ in æternæ beatitudinis gazophylacio asseruantur. Veruntameu quotquot hocce nihil confessabuntur, in æternum cruciabuntur: qui vero illud pro æternis contemperint, æternam, teste Evangelista, beatitudine perficiuntur. Stultus igitur fui hocce discrimen, qui adiui, & ob nullius momenti rem, æternis me supplicijs exponere non dubitani.

Matth. 25.

Quemadmodum magnus ille Deus, vti supremus iudex, æternis supplicijs illos afficer, qui illius maiestate neglecta, bona corruptibilia mundi huius, infinitis, & æternis prætulerunt: ita quoque illi, qui vanitates mundi neglexerit, illud Euangelij dicer: *Euge serue bone, & fidelis, quia in paucis fisiisti fidelis super multa te constitutam.* Protere igitur, & calca anima mea, quidquid in terra apparet, ut idem ille Deus tandem aliquando maiorib; te, amplioribusque bonis frui concedat.

Marc. 14.

Profecto ita se habet, quicumque vanitates, &

164 HERACLITI CHRIST.

ineptias sæculi conseſtatur, diuitias, & delicias cę
lestes haud dubiè perdet: qui vetò terrena oderit,
ac neglexerit, cœlestia tandem nanciscetur. Ita
quippe hoc Abraham Patriarcha diuti epuloni,
stygijs ardoribus immerso insinuauit, dicens: Re-
cordare fiti, quia receperisti bona in uita tua, & Lazarus
similiter malo. nunc autem hic confortatur, in
uero cruciaris. Quam funesta Deus bone fors? huc
igitur diuitem lurconem non imitabor, ne iisdem
etiam supplicijs inuolnatur, sed Lazari vestigijs insi-
stendo, omnibus mundi delicijs nuntium remittā,
& caput aduersis omnibus obijciam, tristiaque
cuncta subibo, quo æternas consolationes acquirā.

I. Cor. 2. Quām doleo, quamque pœnitet ob res adeo exi-
guas tot, tantorumque bonorum discriminem adiſ-
se; quām pudet oculos diuinæ essentiæ contéplati-
onis, quām qui videt, videt omnia, occuluisse, vt
mundi aspectu fruereret? Diinus tamen cōspectus
adeo iucundus est, torque in se bona includit, vt di-
cere non dubitet Apostolus, nec oculos mortales
eandem videre, nec aures hominum audire, nec
cor amplecti posse. Oportuitne igitur ob res adeo
fallaces, & inanes tot mirabilia contemnere?

Apoca. 21 Quām vecors, & stolidus fui, dum ob Babylonē
mundi huins, cœlestem Ierosolymam neglexi, eu-
ius fundamenta sunt smaragdi, sapphyri, hyacin-
thi, chalcedonij, aliæque gemmæ, cuius muri con-
structi Iaspide, cuins plateæ auro confratæ, cuius
ciues sunt Sancti, & beati omnes, cuius Principes
Angeli, cuius denique Rex Deus est.

Psalm. 8. Vecors, inquam, ac fatuus fui, dum pro loco mi-
seriarum, nalle lachrymarum, calamitatum thea-
tro, felix illud Beatorum sprei domicilium, in
quo numquam nox futura, nec dies vlla successi-
ua, sed dies vna, quæ, teste Davide, pluris estiman-
da

da est, & melior futura, quam mille annorum milia, quae vivent hic peccatores. O iucundum, & amicum domicilium, in quo nemo umquam in sanctissimæ Trinitatis contemplatione defatigatur. O locum sanctum, & vere felicem, ab omnibus inimicis tributo, aduersis carentem, à lachrymis libertum, gemitus expertem, securum nauigatiū portum, coronam, & præmīum fideliter certantiū, strenuorum, ac generosorum pugilum in hac vita luctantium brauium?

Si is, qui thesaurum in agro reperit, omnia diuidit, ut agrum illum comparet: cur non potiori iure ego, qui iam inde à Baptismo incomparabilē gloriæ cœlestis thesaurum reperi, ad illum compārandum omnia mea diuendam, relinquam, & commutem? an non bonum hoc, rebus omnibus præferendum; an non hoc tota animi contentionē, ac desiderio exceptandum? Quim igitur demens, fui hocce bonum cum reliqui, neglexi, pessum dedi, ac vilipendi?

Hic elangueas anima mea, suspiria tua [hic ingemina, hic cœlum, & terra ad planctuum meorum sonum reboate. Ne dormias amplius nisi super durum, antrum quoddam obscurum ad commorandum felice, sole lachrymæ tibi sint cibus, & esca: cor tuum afflictionibus, caput doloribus, pectus suspirijs, os clamoribus, & totam uitæ seriem paenitentiae destina. Neque enim æquum est, ut post tot admissa delicta, post cœlum terræ, Creatorem creaturæ, delicias doloribus, requiem laboribus, gloriam denique cœlestem paenitentia infernalib. postpositam, aliam vitam ducas, quam fletu, doloribus, contritione, & paenitentia plenam.

Matth. 13:1

C A P V T V.

Lachrymatur dum mortem cogitat.

*Dum mihi suprema subeunt certamina mortis,
Acq' e animum pungit fletibus hora meum,
Omnia fatidico torpescunt membra pauroe,
Per mea sanguineus pectora sudor abit.*

NUnquamne aer clamoribus meis replebitur? an non venti planctuum meorum sonum ad extremos usque terrae angulos deferent? an non omnes, qui per orbem sunt homines, lachrymas, & suspiria mea percipent? Vocem ita intendere; & tam sonoras edere lachrymas cupio, ut eterque polus, & ambo mundi cardines sint demiraturi. Cum enim non nisi mortis sim praeda, temporum polium, vitæ phantasma, symbolum inconstantiae, naturæ abortuum, qui possim aliam vitam ducere, quam lachrymis, & luctu plenam?

Vita fumo similis.

Eheu, quid est obsecro vita mea? quotidie umbre instar præterit, fumi in morem leuiter per-euntis evanescit; fumum enim ubi uides igne pro dire, eodem etiam momento vides periire, ac dissipari. Ita quoque agitur cum vita mea, exspirat cum incipit, & ad primum ingressus passum, ut abeat, & retrocedat mors imperat. Inuida illa Parca infelicitati illius inuidens ab ipso natuitatis exordio illam ad sepulchrum properare cogit.

Vita homini num similis floribus

Quicunque flores agri eadē flaccescere vidit die, quo nati sunt, quid vita sit, facile videre potuit: nā eodem tpe quo illam aestimare cepi, paulatim ean

dem

dem perdo , atque idem mihi tps eandem aufert, & contulit. Quicumque vidit ramos arboris ampullatos soli expositos uirorem , & uigorem perdere: idem iterum videre pot ossa mea facta iam exsucta, & emedullata, nihil praeter cineres, & sepulcrū postulantia. Quicumque uidit fenum resectum in pratis flaccescere, & colorem amittere, idem in facie mea languida, & pallida, uidere poterit, adeò, ut mortem pallore superare uideatur: pulmones uenturi non sufficiunt, arteriae pulsu carent, cor in medio uentris exsiccatur, sanguis quoque in uenis congelascit, os nonnisi lamentis seruit, uox quoq; qua dolorem meum deplorare soleo , adeò uehementis est, ut meliores uitæ meæ dies secum trahat. Malorum aut meorum maximum, ac primū est, q; me uiuentem mori uideam , quodque uita hæc adeò fugax, ac momentanea sit, ut uix eam possidere cœperim, quin statim eandem reddere, & in depositoris manum resignare necesse sit.

O uitam triduanam ? vitam umbra magis umbraticam? vento celeriorem , fumo inconstantiorē, ac uerè miseram? uitam proditioni obnoxiam, uitam cui mors semper tendit insidias, quæq; nunquam nouit quando finienda sit, quæque ut plurimum subito aufertur. Illam igitur tanti quanti soleo, non faciam, cum nonnisi flos sit, qui quamprimum, ut è radice exiit, emarcescit, uanitates eius pedibus proteram , & solam mortem magni faciam, semper illam in mente habebo , ac finem meum ultimum, ac sepulchrum perpetuò ante oculos geram.

*vita nostra
umbra ua-
nior.*

*Memorare nouissima tua, & imprimis feralem
mortis imaginem menti insculpe , & in aeternum
non peccabis, ait Sapiens. Sapiens hoc Sapientis cō
siliū sequar; & cineres sepulcrales epulas, quas uer*

Ecclesiast.

mibus instruam, ossium putredinem, corporis deformatatem, & sepulcri carcerem semper animo voluendo vitæ meæ amissionis numquam obliuiscar: lugubres illas cogitationes menti insculpam, cùm illæ me ad virtutem exstimate, & à vitijs retrahere valeant.

Mortis memoria omnia facit contemnere.

Facilè contemnit omnia, ait magnus Hieronymus, qui mortem semper præ oculis habet, assiduoq[ue] cogitat se propediem vita, & mundo excessum. Hoc ita se habere certum est, eiusq[ue] consilium sequar, mortem semper præ oculis habendo, ut ita omnia contemnere, & alpernari discam. Scio enim finis huius recordationem plurimum conducere, ut vanitates sæculi huius peccatoris contemnere incipient.

Gen. 3.

Prima, quam Protoplasti paravit Deus vestem, è pellibus mortuorum animalium fuit concinata: & non abs re huiusmodi fuit materia selecta, ut peccator ille mortis sententiam, quam peccando meruerat, menti assiduo insculptam gereret. Cum igitur eisdem colores gestem, & eadem indutus sim veste, cur mortis non recordaret? quomodo finem, mortem, cineres, ac primam illam condemnationem, cuius executionem, & pœnam cuitare nequeo, obliuiscerer?

Homo ad mortem condemnatus nullam risus habet causam.

Non amplius in delicijs igitur viuere cupio, nec voluptatibus indulgere, cùm videam hæc ab ijs abhorrei, qui ad mortem condemnati sunt. Maleficus ad mortem condemnatus risum negligit, delicias non curat, sed tristitia repletus suspirat, & ingemiscit. Ego autem, qui ab incunabulis morti adiudicatus sum, & non nisi horam meriendi expecto, ac diem quo ad supplicium rapiar, adeòne vecors ero, & temerarius, ut risum captem, & delicias consecter? nequaquam: sed dolore me oppri-

opprimam; fletu immergam, & reliquos vitæ dies
in austeritate, ac pœnitentia traducam. Cumque
mecum sententiam mortis; ac velut Vras con- 2. Reg. 22.
demnationis litteras in sinu reconditas gestem, ac
citato gressu ad sepulcrum properem, hanc mortis
vmbram, id est vitam quam duco, in continuis tra-
here suspirijs cupio; nonnisi in lachrymis viuere
est animus.

Nunquam me sol, nostrum horizontem illu-
strans, numquam luna noctis præses, videat lætan-
tem, sed semper oculis lachrymantem, ore suspiran-
tem, corde dolentem, & in anima pœnitentem.

Tristis sepulchri recordatio, & repræsentatio *Mortis me*
temporis, in quo corpus hoc miserum à vermis, *moria re*
& serpentibus corrosum in terram conuertetur, *mediū est*
singulare mihi in posterum remedium erit ad ap- *ad frenan-*
petitus cohibendos, & vitorum impetus coercen- *dos appeti-*
dos. Mors frigidam æstuantibus meis desiderijs *tus sensua-*
inijciet; ipsa velut gnomon, & horologium erit, se- *les.*
cundum quam omnes vitæ actiones disponam, & Dan. 14,
ordinabo. Scio eius recordatione uno momento
omnem in me erga res mundi huius amorem, &
affectionem extinctum iri.

Propheta Daniel fanum Beli cineribus consper-
gens, idoli nequitiam, & pseudosacrificulorum im-
posturam detexit. Ad eius ego imitationem me-
memoriam meā mortis cineribus aspergam, & scio,
me ita handdubie crudelitatem, & malitiam ido-
li, quod mundum appellamus, & voluptatum de-
liciarumque, qui sacrificuli, & ministri illius sunt
facillimè detecturum.

Vtinam anima mea, vtinam huiusmodi cogita-
tiones numquam memoria mea exciderint, quām
sincerè, securè, & quietè viueres? quantum fellis, a-
ceti, & amaritudinis in illis quæ te modò delectat,

*In mortis
hora pate-
bunt ad vi-
nu omnia
sclera.*

&

& in quibus tantum mellis latere credis; reperi res?
 Quām citō a misera hac uita, quam modo tam
 perdiē amas, ac uelut idolum colis, diuerteres? In
 mortis scilicet hora, anima mea, cognosces, quōd
 satius, & multo expedientius fuisset Deo tu ser-
 uisse, quām tempus pretiosum prōdigendo, ua-
 nitatibus, & nūgis inanibus illud impendisse.
 Nulla lingua pœnam, laborem, & discrimina,
 quæ in illo articulo occurrēt dicere, aut expri-
 mere poterit.

Matth. 25. Sed heu? mors semper uenit improrisō, inopi-
 natoque, semper auersos nos ferit, & tunc inua-
 dere solet, cūm uelminus de illa cogitamus. Necē
 illæ virgines, de quibus Euangeliū, media nocte
 uocatæ fuere, tempore inquām admodum impor-
 tuno, quando nimurū homines profundissimō
 detinentur somno, & iōlectiblō nihil minus cogi-
 tantes stertunt. Ne fortē ita repente, ac subito op-
 primat, vigilabo, nec proditrici huic nimium con-
 fidam, & ad singulos passus illam obsernabo.

Luc. 17. Tempore Noe diluuium, teste Saluatorē, ue-
 nit, cūm homines de illo minus erant solliciti, &
 in summa uitæ licentia uitijis indulgerent, biben-
 tes, comedentes, & ludentes. Mors & vitæ nostræ
 diluuium est, quæ tum sāpe ingruit, & armis suis
 opprimit, cum de illa non cogitamus, & dissolutè
 viuimus, & delicijs penitus ad uerticem utque im-
 mersi sumus. Ne hoc tecum pactō agas, queso
 Parca, sed diem assigna certum, in quo me oppri-
 mere decreuisti.

Luc. 12. Ideō mors in Sacra Scriptura furi comparatur,
Mors fu- qui noctu grastari solet: numquam enim hic do-
n simili. dum ditipiet, aut arcas effringet, patrefamilias
 uigilante, & excubante, at cum illum dormire no-
 uit, securum, & de futibus minime cogitantem.

Mors

Mors etiam fuit est, & prædatrix, quæ nos omnib.
denudat, ac despoliat: at numquam nos, aut uitâ
diripit, quandiu excubamus, & uigiles sumus, sed
cum indormiscimus, & sopore uitiorum detenti
stertimus, de nulla re penitus solliciti. Expergi-
scere igitur anima mea, & ab illius tibi caue in-
sidijs.

Dum igitur nesciam, quo in loco me illa sica-
ria, quæ vitæ expers iam plusquam quinque an-
norum millibus viuit, exspectet, & oppressura sit,
omni illam loco exspectare cupio, & nullo non
tempore eandem metuere.

Scio equidem iuuenibus mortem à tergo sem-
per versari, senioribus verò ante oculos esse. At mortem re-
quoniam quod nobis à tergo est, licet non videa-
mus, maius sàpè detrimentum adfert, quâm quod nes antror-
ante pèdes nostros versatur, ideo quanvis junior sum habet.
sim, vegetus, & validus, semper mortem ob oculos
habere cupio, eminus illam prospicere, & ab illius
mihi cauere laqueis, ac versujs.

Atque ut nauta, qui oceanum nauigat, & inter Nauta in
mèdios fluctus, ac turbines iactatur, in puppi, quæ puppis edes
vltima nauis pars est, consider ut nauem dirigat, ac nauim diri
gubernet; ita ipse, qui à tanto iam tempore in-
mundi huius Oceano fluctuo, mortem, quæ vitæ
nostræ extreum punctum est, semper in mente
habebo, atque ita, spero, dierum meorum cymba
ad felicem portum dirigerut.

Is qui in tetricum coniectus est carcerem, & ad Mors ul-
libertatem adspirat, ianuæ semper assidet exspe- timus uite
ctans donec illa aperiatur. Ipsa quin etiam anima- portus.
lia inclusa vnguis ianuam caue per quam egre
di poslent, ferire solent, & circa illam ululate.
Hoc mihi ipsi, qui in mundi huius cauea detentus
sum adaptando, ad mortis portam, per quam exi-

re, & in libertatem afferi possum, & citius forsitan,
quam crediderim, per recordationem cinerum,
commorari desidero.

Gen. 46.

Iacob Patriarcha moriturus in lecto se compo-
suit, & manibus, pedibusque iunctis, uita excessit.
Ego priusquam moriar, affectiones, & desideria
operibus coniungere volo, & bonos conceptus
meos ad executionem dum viuo producere; ita
namque beata mihi mors fiet, nam ut bene, bea-
teque moriar, bene beateque vixerim oportet. Ut
verò hac ratione vitam instituam, mors semper
præ oculis habenda: nam perpetua illius memo-
ria diuina quedam, & sublimis philosophia est:
nec vñquani illam patiar animo excidere: scio
namque mortem, si ante præcepta, & cogitata
fuerit, victimam esse cùm uenerit. Nec uila habe-
mus arma, quæ melius, ac ualidius à ualida hac
nos sicatia defendant, quam si illius homicidia
cruentisque expeditiones semper ante oculos ha-
beamus. Et sane prudenter ille uitam instituit, qui
Partam hanc semper mente uersat.

Matth. 17.

Christus coram Apostolis transfigurari cupiēs,
Moysēm, qui iam exspirarat, in montem Thabor
deduxit, & Apostolis eum suis uidendum præbuit:
quo mysterio docemur, tempore gloriam mor-
tis memoria semper aspergi debere. Ille autem
consolatione mortis tempore indignus est, qui
mortem obliuiscitur, & numquam illius, quam-
diu vitæ deliciæ durant, recordatur. Pater familias
ille Euangelicus seruos suos in exitus viarum mi-
sit, ut ad nuptias paratas obuios quosque intrare
compellerent: quo facto docemur, debere nos,
quamdiu in hoc mundo iter agimus, finem, &
exitum, quæ mors est, & omnium finium finis, &
terum cunctatum extremum considerare. O bea-
ta

Matth. 21.

ta mors? quām nobis tui memorīa vtilis, hēc enim peccatorū fugam inducit, & peccatores ad pœnitentiam inuitat.

Niniuitæ quamprimum, vt mortis sententiam à Iona prænunciatam perceperē, voluptatibus omnibus ualedixerunt, & pœnitentiam agere mox cœperunt. Horum exemplo omni vitæ hora cruentum mortis iudicium aduersus me, & omnes omnino mortales latum, & deinde in omnibus Adæ posteris executioni mandatum, semper in mente habebo: vt iugis hæc recordatio morum in melius commutationem adferat, & me vitijs valedicenter ad pœnitentiam penitus conuertat.

Quando tentationes aduersus animam violentius insurgent, & insolentius agent, hac me recordatione communiam, & certus sum hoc me pacto victoriam consecuturum. Quando infausti illi turbines cymbam meam inuadent, & tempestatem minabuntur, in mortis memoriam ancorā figam, & hanc recordationem velut directorem, & gubernatorem illi dabo, per hanc nempe fit, vt homo actiones suas moderetur, & suspendat, in aduersis animum non despondeat, in lætis non insolestar.

Mortis memoria tentationes ex pugnat.

Qui de loco in locum profiscuntur, diuersorum ad quod ad vesperam diuertent, in animo gerunt: me quoque, qui a tanto iam tempore per mundi huius agros iter carpsi, semper mortem præ oculis habere par est, cum ipsa finis sit, & ultimus uitæ meæ scopus, & ultimum ad quod diuersus sum, diuersorum.

Mors ultimū est dominium.

Fixum igitur stat, ac firmum, numquam morte obliuiscar, numquam me illa percellet, numquam illius me cædes, & cruenta facinora perterrebunt: & si quem illa subito hinc abripiat, numquam il-

Iam, ut proditricem compellabo: nam nostram se illa aduersariam à longo iam tempore declarauit, & cùm uideam illam hastam adhuc quatere, & semper aliquem prosternere, euidentis argumentum est, nondum pacem initam esse: & si quos forte improuiso hinc auferat, non illi, sed ipsis imputandum est, ut pote, qui non obstantibus minis, quas quotidie intentat, sibi cauere noluit, illiusque patientia abutuntur.

Mors semper armata

Cum autem quotidie illam, & omni loco exspectauero, scio me ab illa nunquam subiit, & improuidè opprimendum. Scio illam semper in armis obambulare, & arcum semper tensum gestare noctu, diuque obambulante, fatuus ille ergo est, & stolidus, qui illam non præcauet. Vt & qui illam timet, ac formidat, cum laborum, & aduersitarum uitæ huius finis sit, ac quietis, & deliciarum alterius initium.

Mortis encomia.

Non sint mihi in posterum oculi Domine, nisi ut mortem contempler: non sit memoria, nisi vt mortem mediter, non sit mihi animus, nisi vt illa desiderem. Ipsa sit omnis mea philosophia, omne mentis meæ obiectum, omnis animæ occupatio. Quam illam colo, quam illam ambo, cùm uitæ meæ sit instrumentum, libertatis initium, comedam nostrorum disruptio, carceris relaxatio, tempestatis quies, atque omnium uitæ huius malorum finis generalis.

Mors cælo exacta.

Supplico tibi igitur Deus bone corde, & manus in altum sublatis, & genibus in terram prostratis, tibi inquam, qui mortem morti iutulisti, eamdem tamen formidasti, supplico inquam, vt quando illa uenerit, & in alterum me mundum sifere uoluerit, vires mihi iunc suggestas, fac obsecro, ut uitæ melioris spes huius mihi bellatrixis metum,

apprehensionemque excutiat, & ab omni me anxietate immunem praestet: fac ut anima mea illius arma, & sagittas diffingat, ac rideat, vtq; ex hoc corpore emigrans in sublime habitaculum tecdat, è quo mors exulat, & tibi domicat immortalitas.

C A P V T VI.

Lachrymatur dū diuina perpedit iudicia.

*Nil nisi de tristi promam suspiria corde,
Equè meis oculis lachryma sola fluet,
Iudicia Omnipotentiis dum horrida mente reuoluam,
Occurretque animo Iudicis ira minax.*

O Diem cruentum? diem verè formidabile? diem funestum, ac lugubrem? diem omnium dierum tertium, horrore, & tenebris obsitum? Totus horreo dum cogito, cor deficit, sensus turbantur, uites labant, oculi cuaneant, atque anima iam ad extremum redacta in ultimis sedet labris. Solum mihi superest peccus ad suspirandum, os ad lamentandum, oculi ad lachrymandum, & lugubris, ac lurida quædam facies, quæ omnibus triste afflictionum mearum spe etaculum exhibeat.

Iam mihi est animus per terram serpere, cineribus caput consurgere, duro premere membra, cilicio, in terga seuire uirgis, ac flagellis, pectus diffundere clamoribus, oculos lachrymado destruere, ac funus meum meditari, cum mundi funera iam cogitanda sint, cumque suprema omnipotentiis Dei iudicia, vniuersales illos angores, & postremas naturæ confusiones in mente habere debeam.

Videre

Videre video iam cœlos patentes, seuerum prodeuntem Iudicem, Angelos longa serie procedentes; video solem obscurari, lunam deliquū pati, planetas loco moueri, & stellas cœlo labi. Video totum vniuersum turbatum, elementa dissolui, & homines concitatos nil: iam video præter fulgura, & tonitrua in aere, quām tempestates in mari, quām concussions in terra, & sparsa per orbem terrarum cadauera. O diem miseriae, & calamitatis? diem belli, & terroris, in quo iam clangentes audire tubas, videre video mortuos excitatos, dissolutos dæmones, reos accusatos, & omnes omnino mortales vnum in locum collectos: diem in quo video montes concuti, cardines orbis tremere, vrbes ad terram concidere, arces ruere, palatia everti: diem in quo aues cantillare, animalia incedere, pisces natare, creaturæ exultate desinent: diem in quo herbæ marcescent, decor florum euanescent, siluae ardebunt, bestiæ vulnabunt, homines desperabundi trement, ac cōmu-ne per orbem appatebit.

Creaturæ punitæ ob hominis peccatum. Quid cogitas anima mea? hæc omnia ad peccatorum punitionem fient: hæc vniuersi concussio, hæc cœlorum confusio, hæc elementorum perturbatione, hi aquarum turbines, hæc aeris tonitrua, hæc naturæ conuulsiones, hæc bestiarum cædes, atque hæc omnium rerum destinatio, non erunt aliud quām scelerum tuorum supplicium. Quāvis enim creaturæ illæ sensus expertes, & rationis nullum peccatum admiserint, a creatoris tamen dextra castigabuntur, quod tibi peccanti obsecutæ sint, & velificatae.

Deus Regi Amalech iratus, iustitiamque illum suam sentire uolens, Sauli præcepit, omnem illius subitaniam euerteret, ne ipsis quidem animali-

Dies iudicij dies belli.

malibus parceret, sed illa etiam ferro animaduertet. Ita quoque in æterno illo iudicij die, die illo terribili, idem Deus, iracundiam, & furorem spirans, & aduersus peccatores, & me præsertim grauiter commotus, & animaduertere cupiens, igni velut iustitie suæ executori, præcipiet, ut quid. quid in mundo est destruat, & ipsos etiam lapides, in delictorum meorum horrorem detestationem, que comburat.

Ita quoque in lucida illa cæli luminaria animaduertet, hæc quidem abscondens, illa vero cælo cedere permittens, quod noctu mihi obsecuta fuit lumen præbendo, quando huc, & illuc ad malum patrandum cursitabam. Terram etiam castigabit, & elementa, quod me sustinuerint peccantem. De animalibus vindictam sumet, quod in me non sœuierint, dum illius præcepta conculcaui. Tantoperè enim magnus ille Deus peccatum detestatur, ut non modò peccatorem, sed ipsas etiam creaturas, quæ vitæ illius adminiculan- tur, innocuas alioquin, & ab omni scelere immunes sit puniturus.

In veteri lege præcepit Deus, ut quicunque cum bestia rem haberet, vna cum bestia morti ad dicetur, quo se tam horrendum facinus detestari testaretur: ita quoque in die illo supremo, quando de tota vitæ serie rationem reddere oportebit, iuxta peccatorum grauitatem enormitatemque castigabor, & in peccati detestationem, omnes omnino creaturæ, quæ mihi peccanti aliqua ratione obsecutæ sunt, eisdem pœnis inuolentur. An non igitur plorem? an non tremam, an non ad lugubre nuntium emoriar?

Quando Holofernes princeps militiæ regis As. Ind. I. syrorum in terram Madian intrumpens, ad

campos Damasci descendit, messem exussit, arbores destruxit; magnus, teste scriptura, metus super omnes habitatores terrae irruit. Si belli furor, & crudelitas vniuersitatis ducis, uno in regno solummodo exercita, omnes vicinos circumcircum perculit, & terruit; quid non faciet in anima mea rumor omnium rerum, quæ in generali illo iudicio sient, quando nimis bellum per omnes mundi angulos declarabitur, quando non iam dux aliquis, sed omnipotens Deus morti omnia adiudicabit, montes ad radices usque exuret, cælum terramque concutiet, & utrumque cæli cardinem euellet; annon hæc sufficient, ut metu, & fromidine emoriar?

Exod. 22.

Israelitæ uidentes fulgura, audientes ronitrua, & clangores tubarum, pavidi, & consternati dixerunt: Moysi loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Quid igitur ipse miser faciam, quando in terribili iudicij die tot signa, & portenta conspiciam; tot in mari procellas, tot in aere agitationes, tot in terra strages, tot per omnes montes fulgura, & tot poterone eiusdem Dei vocem, huiusmodi iudicis furores sustinere, & vivere? an non tremam coram illo, ante quem tremunt omnia?

Angeli in die iudicij consternati suntur.

Scire aues Anima mea, quam terribilis, & formidabilis dies illa futura sit, in quo comparere debetis, consideres oportet, solem, ac lunam, & stellas noua quadam ratione tunc concitandas, elematas, & confundendas, & virtutes cælorum, id est, Angelos commouendos, & admiraturos, ubi uiderint portenta, quæ numquam anteauisa fuerint. Quid mihi tunc sicut, si columnæ cæli trement, quid facient tabulae? si montes concutientur, quid facient glebae?

glebat? si Sampsones, & Hercules palpitarunt;
quid non facient Pygmaei, & Thersites. Diutius hęc
meditari nequeo, quin totus in lachrymas re-
soluar.

Si filij Iacob sibi metuerint, cum Iosephum ro- Genes.45.
tius Aegypti uice regem dicentem audiueret: Ego
sum Ioseph frater, quem vendidistis in Aegypto;
delicti in illum commissi, & iniuriarum olim irro-
gatarum memoris, quarum tamen poenitentiam
fecerant? Quid tu igitur infelix peccator facies,
quando coram supremo, ac terribili Domino, non
Aegypti modò, sed totius orbis Monarcha pecca-
tis grauatum comparere te oportebit? quid di-
ces, quando improprietatibz tibi dicens, Ego sum
Deus tuus, quem toties tamque nefariè in terra
uendidisti, irritasti, conuictijs onerasti? quis te tunc
tremor inuaderet? ecquæ tunc formido cot tuum
concutiet.

Si formosa Esther consternata fuit, ubi poten-
tiam regis Assueti contemplata est, & Propheta
Daniel uiso Angelo mortuus propemodum in
terrā cecidit; quomodo ego in terribili illo die
percellar, quando Dei filium in nube lucida ma-
gna maiestate, & pompa uenientem videbo, ad
mea, & totius orbis delicta castiganda? quomodo
me geram ubi coram iudice stetero, qui ut re-
gium omnium Rex, & Dominus Angelorum uen-
turus est?

Adam iam admisso delicto ad Dei tribunal no- Genes.4.
catus, ut criminis rationem redderet, se subdū-
xit, & sub arboribus confusione plenus delituit,
quamuis unius tantum criminis reus. Quomodo
igitur ego miser eotam eodem præside compare-
re audebo, de sceleribus meis, quæ tot tanta-
que sunt responsurus? quid tunc agam? neque

180 HERACLITI CHRIST.

enim huc fuga me subducere potero, nec sub ar-
buscis delitescere, quæ iam incendium depactum
fuerit.

O iudex meruende? Quis tunc non metuet?
quis non expallescet, quod pectus formidine non
palpitabit, dum que in variuersi huius theatro tunc
accident viderit, viderit inquam iratum tuarum
incendium, & horribile terum omnium excidiū?
quis non percelletur videns tot urbes, arces, quæ
modo superba mole conspicuæ toto passim orbis
celebrantur, in terram prostratas deiectas, & sub
ruderibus sepultas.

*Dei furor
in die iudi-
cij.*

Hæc erunt iræ tuæ argumenta, hæc indignationis indicia: nam ut infinita quadam potentia
omnia in summa perfectione condidisti, ita quo-
que eadem virtute in furore iuste tuæ iracun-
diaz, eadem demolieris, & peccatum exagitan-
do, & authorem illius, & quidquid in mundo ali-
qua ratione peccato obsecrum est, exagitabis.

Tu ipse Domine omnipotens ac iuste, homi-
nem, & me inter illos condidisti, & imaginem
tuam mihi imprimens, super omnes me creaturas
extulisti, dignum qui aliquando inter Angelos
tuos regnum reddidisti. At in die illo supremo, die,
inquam, qui dieb. omnib. fineim imponet, me forsi
tan è cælo in terram deturbabis, quod tuam ami-
citiam neglexerim, tuaque longanimitate abusus
sim, meq; examinans dijudicabis, & secundum ma-
la mea, & delictorum demerita damnabis.

Conditionis magnitudo, originis dignitas, natu-
ræ gloria, & omnes perfectiones meæ ad nihil
aliud mihi proderunt, quam ut magis aduersus
me te irritent, & ruinam meam grauiorem red-
dant. nam sicut in amando extremus es, & si-
ne me nescis, ita quoque in puniendo: & quando
pec-

peccator diuturna sua impenitentia vindictam de peccatis suis sumere te coegerit: furor tuis fulgor fit, quod diffingit, dissipat omnia, & obvia quæque desigcit, atque euertit.

Iudex hic profecto adeò rigidus, ac severus est, nullum, ut delictum impunitum, & multum sit cum peccato prætermissores, nihil manus eius effugiet, nullum res, ut servare in mundo splendorem, nullam patientiam patieatur, qui destructurus sit, & euersurus quidquid tur. eminens erit, & extens in illius iræ digitos incurrit, nullaque in mundo arx erit, cuius fastigia non deiijcentur, & solo adæquabuntur. Peccatores tunc seruorum instar fustigabuntur, atque ipsos forsitan eandem sortem subiens, omnium nationum barbararum contumelijs expositus ero, ac scopus futurus in quem omnes iniurias eiacula- buntur.

Tunc eheu? domus derelinquetur, & speluncæ pandentur, ex illis monstrorum catervæ prodi- bunt, atque ferae silvestres antra incolere solitæ, tunc spelæis egredientes, in urbes magno impetu irrident, & domos metu pauidè ingressæ feritatem in domesticos exercebunt. Tunc frustra ad cælum clamores sustollemus, ac Deum invocabimus misericordias has, ut auerterat, ille natique sinistro, & minaci nos oculo intuebitur, & nullo responso edito, terga nobis obuerteret.

Ad cumulum miseriaram accedet, quod vehe- mens quidam ignis subito è terræ sinu erumpet, qui paulatim serpens longius, & totum orbem percurrent, minima etiam quam quæque deuorabit, & integras etiam prouincias absumet. Ignis inquam iniquitatum vindex, diuinorum iudiciorum executor, cui nullus inquam par existit, aut aliquando erit.

In die iudi-
cij peccato-
res, ut ser-
vatur, ui tracta-
tur.

Ignis in
die Iudicij
comburet
omnia.

Tunc hisce meis oculis iudicis areum in me vibratum contemplabor, & brachia illius in caput meum extensa; tunc superbia mea, & iactantia humiliabitur, idque magna mea confusione, tunc deliciae, ac voluptates in luctum, & gemitum, ac perpetuum pénitentiam conuertentur; illius si qui dem ira adeo vehemens erit, ac furor adeo exstans, ut omnes ab honorum, & dignitatum fastigio ad profundam pauperatis, & misericordiarum abyssum sit deiecturus.

A non mirum erit, tantam iudicis huius iracundiam futuram, ut sua etiam altaria, & sanctissima templa tunc repudiaturus sit, & flammis absimilatus, peccatoribus oclausus, & bestiis feris reseraturus, quas in loco sancto, ubi diuina, & tremenda nomini illius celebrari sacrificia, & hymni gloriae illius incundissime concinxi solebat, v'lare, & terribili boatu vociferari permitteret. Res profecto, quae ad desperationem propemodum cogat, ac mille lacrymis digna est.

Omnia denique pessum ibunt, nec manebit in uniuerso mundo lapis super lapidem. Quatuor mundi cardines, quo ad modum plorabunt, atque uniuersa terrae superficies tristitiam induet, & tristein quendam, & lugubrem solitudinem praferet. Naturæ terribilitet concutietur, omnes illius leges violabuntur, omnis illius suppellex ditipetur, omnis ordo turbabitur, & confundetur.

Vide ubinam tunc futurus sis miser peccator, ut qui simul, & ignominiam, & damnum patieris. Nam in valle illa Iosaphat, omnes qui te videbunt, plaudent manibus, te exhibebunt, & sublato capite dicent, ecce miserum illum, qui Deo suo seruit noluit, qui tot crimina commisit, & aduersus Creatorem insurgens, a creaturarum partibus

PARS SECUNDA; 18;

gibus semper stetit: puniri igitur meretur, damnationem promeritus est.

Vide igitur anima mea, quid tibi ad finem Deus reseruer, illius minas vanas, & fuitiles esse iam credis, at tunc videbis, an mendax sit, & an exequi non sit, quae promisit. Iam tibi prædictit, quod nisi legi illius obedias, penitus te disperder, at tunc videbis num verax sit, & an tunc in gratiam admissurus. Sed non credo; sine villa te gratia disperder, inimicorum te confundet ludibrium, atque plenam illis in te potestatem concedet.

O verba horribilia, his auditis contremisco, & anima repletur doloribus, tristes hi nunquam ante tempus me cogunt veterascere, pellis præ tristitia rugas contraxit, atque ossa velut contracta, & distorta extremum mihi dolorem incurvunt, solum fel mihi esca est, sola lachrymæ potius, & tormenta exercitium; sanguis intra venas mihi congelascit, & stant pia horrore comæ, cum rationem cogito, quæ mihi tunc reddenda erit.

Ne intres in iudicium, cum seruo tuo Domine, Psal. 142
aiebat Psalmista. Erat Rex hic unus de fidelibus Domini seruis, rationem tamen gestorum coram Domino reddere metuebat, erga quem tam fidelis, & sincerus extiterat. An non magis metuere me par est, coram hoc iudice rationem reddere, me inquam, qui semper Dominum meum irritavi, & offendi. Si fideles Dei servi hanc reddere rationem tantopere subterfugiunt, cur non metuatis, qui mundo hactenus seruuiuit?

Apostolorum princeps de hoc die agens, tam periculosum illum esse censuit, ut tunc iustitiam vix saluandum credat, & sanctissimos quosque sibi formidaturos, nec securos fore. Quid igitur de me.

sicut Domine? si Sancti non sint securi, quid facient peccatores? quid ipse peccator flagitijs cooperitus agam? quod mihi promittere bonum, aut quem non potius damna metuere?

Luc. 18.

In S. Lucæ Euangelio scriptum est, dæmones metuentes diem iudicij energumenorum corporibus exijsse, nomen Christi aperte confitentes. Cur non igitur peccator, qualis ipse sum, terribilem hunc diem metuat? an non metuet, quod vere metuendum est, quod & ipsi damnatis, & dæmonibus formidinem, horroremque incutit?

Pauor tenuit me, & tremor, aiebat Iob, cum futuram iram Iudicis voluo, & scrutinium hoc stratum mihi propono. Si sanctitate conspicui, qualis erat Iob, rationem hanc, & examen in die iudicij peragendum formidant, quid non ego miser faciam, qui tot criminum reus sum? an non, totus contremiscere, & lachrymarum vim effundere debeo, cum furorem iudicis huius, & rigidum examen animo voluo?

Tunc infidum, scelestum, & abominabile cor, omnia secreta cordium manifestabuntur, omnes nefarij conceptus patebunt, atque occultæ cogitationes in apertum prodibunt, ut cuncta iustitiae rigore castigentur. Nihil negare poteris, peccata enim te confundent, omnes creaturæ accusabunt, quin & propria te damnabit conscientia. Quodque longè acerbissimum, is ipse qui actionem tibi intentabit, iudex erit, & testis, & qui te accusabit, morti etiam, ac pœnis æternis adiudicabit.

*In die iudi-
cij prouoca-
ri ulterius
non potest.* In illa hora omnia peccata in bilance ponentur, nec tempus erit prouocandi ulterius; omnes tunc Sancti surdi, & inexorabiles erunt;

supre-

superius videbo iudicem iratum, inferius tatarū patente, à dextris peccata accusantia, à sinistris diabolus adstantes, intus mordebit conscientia, foris ignis æstuans omnia per orbem deuorabit, & in cineres conuertet.

In hac extremitate quid agam? quid coram Iu-
dice respondebo? nam postquam ianuas mihi, ac *nis perit*
fenestras mundi occluserit, aures quoque suas mi-
hi occludet, dum illum invocauerō: adeo, ut tam
anima, quam corpus futurum sit captiuum.
Tunc stupebit illa, quando omnem spem suam
penitus recisam viderit; stupebit inquam, ac mi-
rabitur, cum se, quæ ad Deum consugere solebat,
tam subito omni destitutam praesidio, ac solatio
videbit.

Non magis stuperet, qui in ursum famelicum
in medio deserii incideret, nec qui leoni rugienti
in vasto Erimanthi nemore prædam quæritanti
occurret, quam ego tunc percellar, & stupebo.
Ibi siquidem me penitus destitutum cernam, ac
quo me vertam ignarum: vehemens namque su-
premi iudicis ira iter circumquaque intercludet,
leone desuict truculentius, ursō minitabitur sæ-
uius; & quomodo illi resistam? quid igitur
restabit aliud, quam desperare? cum scilicet
Deus me deseret, & in me omnam iram cui-
brabit.

Nequaquam Domine, eatenus venire nolo,
atque ut hanc cladem auertam, cor, & ma-
nus iam ad te sustollo, & genu flexo coram fa-
cie tua supplex preuoluor, delicta confitens,
tuamque misericordiam implorans. Nam tan-
dem benignitatem, & clementiam in te repe-
riet peccator modò exspectare longanimitet no-
tit.

Qua-

Quapropter summe Iudeo, incipere iam volo confiteri delicta mea, & in tempore peccata annuntiare, atque ad misericordiam tuam interea dum tempus est, confugere est animus: incipiam iam flagella in manus sumere, de offensa vindictam in tergum exercere coram te lachrymabundus, penitens, ac suspirans comparere, neve exspectare, donec ultima hora venerit, ne iunc confessione replear, & coram omnibus ignominiam patiar.

Vt verò in die illa tremenda comparere coram te possim, (non quidem sine metu, hoc enim fieri nequit: at saltem sine discrimine) omnia delicta Domine iam pedibus tuis suppone, omnia terrae centro immerge, ne quis eadem videat, omnem iniuriam in perpetuum à me rescindes, ab hoc momento ab illa recedo, illam repudio, & irreconciliabile ab eadem diuortium facio.

Quamobrem Domine miserere mei, iram tuam fiste, nec vindictæ brachia in me exerce, quæ me velut torrentes rapidi ad mortis, & æternæ damnationis præcipitia deuoluerent; quæ me ignis instar depascerent, ac reliquum corporis mei in cineres, & fauillas redigerent. Quid? vellesne me Domine in futuro tuo corripere, & iustum iram tuam, quam peccata promeruere, in me exercere?

Si iuxta iniquitates meas mecum agere velles,
Psal. 129. peccataque rigidè examinares, & rationem exactam exigeres, nec ipse, nec quisquam mortalium, iudicij tui rigorem sustinere queat? Quis enim vitæ dies est, quo non sordidum quoddam tormentorum præmerius sim? quæ vitæ hora, quæ non suppliciorum æternitatem mereatur? omnes infernū

ferni cruciatus exhaures, nec minima tamen de-
litorum pars expiata eset.

Quis oculus intrepidè, & irretrors posset uni-
cum facie tuæ iratæ conspectum sustinere, quan-
do peccatores respiciendo, quorum caput, ac pri-
mus ego sum, eorum cordis profunda penetra-
bis, & impuratum illorum conscientiarum con-
ceptus deteges? Abominabilia scilicet eorum de-
dicta in caput suum iustam iracundiam attrahes,
atque ira tua paulatim, & sensim inflammata,
vno eos imperio in terribile tormentorum, & mi-
seriarum barathrum deuoluere.

Quare Domine, priusquam furor tuus in me
insurgat, & iudiciorum fulgura in me euibratur,
tuque iusta indignatione armatus me perdere, ac
destruere incipias, clamoribus meis aurem ac-
commoda, supplicis suspiria, quæ cor metu paui-
dum effundit, benignus admitte, & singultien-
tem, anhelantemque vocem, quæ ad te tendit, mi-
sericordiamque supplex postulat, recipe placatus,
ac propitius.

Tibi igitur in genua prouolutus supplico, &
manus, ac brachia ad te supplex tendo; atque
animam velut suo peccatorum pondere oppres-
sam, ita pœnitent te offendisse, itaque iustitiam
tuam perhorrescit, ut omnem in corpus hoc pie-
tatem exuerit, flagellis in ipsum sæviat, ipsumque
supplex coram te cogat contremiscere, & omne
austeritatum genus, quas dignè delictis prome-
ruit, pati, velitque, ut coram omnibus cinere, & sac-
co deformè appareat, & publicè delicta confi-
teatur.

Respice igitur Domine lachrymas meas, exau-
di gemitus, ac suspiria: te fateor, offendi, mille de-
licta admisi, liberè profiteor; sed eadem etiam
pcent-

poenitentia cluere paro ; exspectare nolo , donec
tu in me aduertas , & eadem scrutari incipias .
Quotidie faciem meam , dum peccatorum meo-
rum subibit memoria , lachrymis lauare , & lectu-
lum velut aromate , aqua ex oculis emanante , per-
fundam , ut quod restat vita , in austernitate , ac poe-
nitentia traducatur .


CARMEN AD HERACLITVM.


*Blandimenta , iocos , ludibria flulta rotati-
Orbis , Heracliti flege pupilla docet .
Nec tibi dispiceat lachrymosa fronte magister
Post mæstas risus ore migrabit aquas .*


F I N I S.


Correct. per D. Angelum Cantinium
I.V.D.Florentinum.











R. D.
PETRI BESSÆI

Sacræ Theol. Doct. Paris.
CHRISTIANISS. GALLIAR. REGIS
à Concionibus

CONCEPTVS THEOLOGICI.

HOC EST
DEMOCRITVS CHRISTIANVS,

De Contemptu Vanitarum Mundi.

*Democritus dico, risus mihi nomen adoptas
Rideo, sed risum serua eura facit.*

*Rideo Fortuna bona lubrica, video vanas
Quisquilias: risum discito mente pari.*

Cum dupli Capitum, & Rerum præcipuarum Indice.



VENETIIS, Apud Sanctum Grillum, & Fratres. M DC XIX.

Superiorum Permissu, & Priuilegijs.

PETRI BEZAE
Sacerdotis Episcopi Dogmatis
CHRISTIANIS GALLIARU TEGIS
et Conciopeus
CONCEPTUS THEOLOGICUS
HOC EST
DE MONSTRAS CHRISTIANAS
De Comprobatione Antiquitatem Monstrorum
Demonstratio istos, quod non possunt esse
Mythos, vel ex aliis causis non posse.
Hoc demonstrare posse potius, non posse
Mythos : si quis dicitur posse posse.

Cum dicitur etiam de ratione et causis pergeantur invenire



ARMENIUS. And Sanguis Gallorum. Et. M. P. D. A.
Sectio deum. Deum. & J. M. I. C.




INDEX CAPITVM Huius Libri,

- Cap.I. Exploditur mundi vanitas.
- Cap.II. Exploduntur proprietates, & conditiones mundi.
- Cap.III. Exploduntur res mundi.
- Cap.IV. Exploditur mundi fallacia.
- Cap.V. Eiusdē fallacia vberior declaratio, atq; explosio.
- Cap.VI. Exploduntur vana mundi promissa.
- Cap.VII. Exploditur mundi inconstantia.
- Cap.VIII. Exploditur mundi malitia, & improbitas.
- Cap.IX. Exploduntur mundi miseria.
- Cap.X. Exploditur mundi affectus.
- Cap.XI. Exploditur mundi hypocrisia.
- Cap.XII. Exploditur mundi stultitia, & insanja.
- Cap.XIII. Exploditur mundi confusio, & turbatio.
- Cap.XIV. Exploditur mundi cecitas.
- Cap.XV. Exploditur mundi adulatio.



INDEX RERUM

Præcipuarum Democriti Christiani.



A



Lcibiadis dictum.

pag. 70

C

Aligula iocus.

40

Christianus herbae Dioscoridis
similis.

29

D

Demetrij Apophtega.

43

Democriti natura.

4

Diogenis Lepidum dictum.

148

Dinitiae, & honores arundini similes.

8

F

Arina Aegyptiaca mundus.

31

Fur odit lucem.

184

G

Audia, & risus mundi similes igni spina-
rum.

264

S.Hiero-

H

S. H	<i>Ieronymi de mundo sententia.</i>	6
	<i>Homo per labores uitam trahit.</i>	100
Hominis cæcitas.		25
Honores, & dinitæ arundini similes.		8
Hypocritæ, quantopere fugiendi.		144
Vulpibus collati.		145

L

L	<i>Ocus confessionis mundus est.</i>	173
	<i>Locustæ Apocalipticæ mundus.</i>	61

M

M	<i>Vndus Sodoma est similis.</i>	7
	<i>interius fallax, exterius splendens.</i>	7
	<i>multa generat mala.</i>	21
	<i>inconstans, & variabilis.</i>	24
	<i>merito ridendus.</i>	24
	<i>peior est blandiens, quam odio prosequens.</i>	22
	<i>Philistæo Goliatb similis.</i>	27
	<i>nonnisi punctum respectu cali.</i>	32
	<i>Mundus agyrtæ est, & mango.</i>	39
	<i>exteriora rerum ostendit interiora tegit.</i>	42
	<i>suadet parua esse magna, & magna esse parua.</i>	
	<i>pag.</i>	46
	<i>Iuda nequior.</i>	52
	<i>Tyrannus crudelitate plenus.</i>	19
	<i>virtuti vitium præponit.</i>	98
	<i>fallax in statera, & mensura.</i>	54. vide plura
	<i>toto hoc capite.</i>	
	<i>Amalechitæ Duci collatus.</i>	113
	<i>armamentarium miseriarum.</i>	114
	<i>vulpes est.</i>	98

Cignus,

Cignus, & hypocrita.	150
Pictoribus similis.	146
Simoni Cyrenæo similis.	147
stolidæ mulieri se ornanti ut umbræ placeat.	154
Mundi anatomia.	9
bona transitoria.	10
quicquid est, qui contemperunt sapientes, & beati.	ibid.
conditiones, seu proprietates.	16. & seqq.
vanitates.	4. 5. & seqq.
fraudes deteguntur.	51
contemptus honorabilis, & necessarius.	31
Inconstantia.	23
bonores Aegyptiacæ farinæ similes.	31
Mundo omnia cedunt in malitia.	105
cum mundo prius ducenda ratio, quam ei inseruendum.	73
quicquid in illo non nisi exterior quædam species est.	49
de mundo S. Hieronymi sententia.	6
Mundum contemnentes nihil perdunt.	32
amantes eundem ignorant.	20
Mundanorum uita comparatur uitæ filij predigi.	103
insta pæna.	112
amor nexius.	27
Mundani in insanij rident.	163
Mundus credit mundanam fatuitatem summam sapientiam.	156
Mundi abusus.	177
Mundi confusio.	ibid.
quænam turbatio mundi.	ibid.
Mun-	

<i>Mundus bonos malis miscet.</i>	178
<i>adulando nos euertit.</i>	201
<i>tortori similis.</i>	184
<i>Mundus, & diabolus blandiendo uos decipiūt.</i>	202
<i>Mundus amicorum obliuiscitur, & hostium recordatur.</i>	99

N

N atura à corde incipit mundus ab exterioribus.	146
<i>cum Natura Plinius expostulat.</i>	20
<i>Notitia rei unde sumenda.</i>	15

O

O mnia mundi mala alicuius boni uelamine tecta.	145
<i>Omnia in rebus humanis inconstantia, & prodigio ni obnoxia.</i>	78.79

P

P isces maris salsuginem non sentiunt.	21
<i>Pictoribus mundus comparatur, & cur.</i>	146
<i>Platonis Apophtegma.</i>	106
<i>Plinius cum natura expostulat.</i>	20
<i>Proprietates cognitae deducunt ad notitiam rei.</i>	15

S

S odomæ mundus similis.	7
<i>Stultus omnes sibi pares credit.</i>	161
<i>Vesper-</i>	

V

- V**espertilio relictus in lege Moysis, & cur. 186
Vir sapiens consilijs regitur fatuus proprio
iudicio. 161
Vita hæc species diluuij. 171
Vitia sub hypocrysi recta pessima. 144
Vulpes uerum hypocritarum symbolum. 145

F I N I S.





BENIGNO LECTORI.

NOsti, amice Lector, duos olim apud veteres celebres extitisse Philosophos, genio, moribusque dissimiles, at doctrina dogmatibusque pares, quorum unus assiduo gemebat, Heraclitus nimurum, alter vero risu perpetuo diffluebat, quem dixere Democritum: ille humanas deplorabat miserias, hic hominum, & seculi huius vanitates, & insanias falsas exsibilabat. Vt ergo fortunam, & conditionem hominum sugillabat, & sane non immetitò est quippe, si penitus inspicere velimus; & Hendi, & ridendi etiam occasio.

Vidisti iam ab annis aliquot plorantem Heraclitum, ecce prodire iam in scenam gestit ridiculus ille Democritus. Si rideat, non idcirco illum ludere, & ridere putet; ridendo enim verum dicit; & morionem agens & mimum, non eò minus sapiēs audire meretur. Magni, illius dolentis feci lachrymas, at pluris, ridensis huius risus. Dolori enim indulgere aliud non est, quam timere: & lacrymarū habendas soluere, animi est imbecilitatem, & angustias prodere; rideat vero, & medias inter æruminas iocari, affectus est moderari, mundi vanitates exsibilare, virtutem prodere, denique virum se ostendere.

Hæc Democriti hostri vita, hi illius mores, indeoles, & agendi ratios ridet, iocatur, & omnia explodit; verum si inspiciamus risus illius nō sunt absurdii, non effusi cachinni, aut præter propositum;

2

nihil enim eius ab ore prodit, quin sapientiam arguat. Olim, ut ethnicus, & idolatra, moralis tamen & sapiens Philosophus locutus est: iam vero, ut Christianus, fidelis, & mundi vanitates fugillat. Illius ridet inconstantiam, prodit nequitiam, ad oculum ostendit falsitatem, declarat cecitatem, exhibeat ambitionem, inuehitur in eiusdem honores, & vanitates eius subuertit, & pessundat.

Circa hanc orbitam voluit, ostenditq. mundum non nisi agyrtam, in inuim, in postoremq. esse, & quidquid velut pretiosum vendit, non nisi fortes, & scruta esse; verba eius non nisi ventum, delinimenta, pruditione, & blanditias merita esse hypocrisim. Hanc ille fallaciā in euentilandam accepit, & simulatorem huic fictionis coarguit, & perfidię, & ait, homierna dīc in fatua mundi aula, cor, & lingua semper discrepare, & illum viri boni nomine quodā modo indignū videri, qui hypocritam agere, & similitate nesciat. Dissimulatio siquidem hodie mundi est sapientia, & ē fundo, & penetralibus cordis loqui, ut Vlyssēm locutum fuisse refert Homerus, deuiare est, & rusticum, & stupidè literalem proxymico sensum obtrudere.

Hec huius Philosophi consilia, & verba, & riddi causa: haec in lucē prodeunt, ut tibi obsequium præstent: & de longinquō veniunt, ut de omni tecum re agant. Si arrideat, benignè illū excipe, aurem ac cōmoda, eumq. ut externū, & alienigenā agnoscēs, humaniter illum habe. Hoc illius à te efflagitat conuersio, hoc iter requirit, hoc qualitas, ac mores merentur. Si illius agendi ratio nō displiceat, quin verba tibi grata futura sint, & monita placitura, nullus dubito. Vere igitur in rem tuā, Deū lauda, eūq; p̄ horū tibi paratio, & auctore dep̄care. Vale.

Docebo iniquos vias tuas.

DEMO.



DEMOCRITVS
CHRISTIANVS

S I V E

Contemptus vanitatum Mūdi.

C A P V T . L.

Exploditur Mundi vanitas.

Eho, iam satis est, abite fletus,

Abite hinc lachrym.e seviores.

Nugari liber, & liber iocari

Obtot solli citas in orbe curas,

Quas nil esse scio, sed esse uanas,

Et phantasmata vaniora uanis.

HA, ha, ecquæ stultitia, ecquæ fatuitas, ecquæ mundi vanitas, ecquæ ridendi exoplodendique materia? *Tempus ridendi, inquit Ecclesiastes, & tempus flendi.* Heraclitus suum habuit tempus, habuit cor doloribus, peccatis suspirijs, os lamentis, oculos habuit lachrymis plenos, vitamque omnem fletu, dolore, querelisque traxit. Modò venit, & meum, iam ri-

Eccles. 3.

DEMOCR. CHRIST. Cap. I.

dendi mihi tempus aduenit: cumque contrarius
mihi genius sit, & longe alia natura, ridenda, ex-
plodenda, & exhibilanda mihi sunt singula.

Eccles. 19.

*Amictus corporis, & risis dentium, & ingressus
homini enuntiant de illo, inquit Sapiens. Quicun-
que me ergo nosse, natumque meam perfectam
habere voluerit, tisdem me nouerit indicijs: ha-
bitus quippe, & amictus Philosophum me esse ar-
guens, risis & substanatio sannionem me dicent;
gressus, gestus, & mores pauperem me Democri-
tum esse clamabunt.*

Domocri-
ti natura.

Ab incunabulis talis exstisti, talis natus sum, ta-
lis, & sepulchro condatus; complexio mea lepida,
vita omnis ridicula, & iocosa, & ex omnibus ri-
dendi occasionem capto. Verum ridendo verita-
tem eruntio, & minimum sannionemq; agens, Phi-
losophum me ostendo, & eadem, qua vanitates
mundi exhibilo, opera, insigna praeclaraque docu-
menta tradeo, salutaria monita suggero, & doctas
mundi vanitatem sectantibus, & terrena spectan-
tibus lectiones plego.

Psalm. 51.

*David potens Rex, & Propheta singularis, vi-
tam scelesti, & impij describens, ait: Videlunt
iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & di-
cent, Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem
suum, & sperauit in diuini ihs, præualuit in vanitate
sua. Sapè nondum constat, num iustorum horum,
prudentiumq; tisorum numero ipse accensendus
sum, cum unum hoc spectem, & agam, ut mortaliū
dementiam, stultitiamq; exhibem, & cæcorū Cos-
mophilorum cæcitatem irrideam, qui omnipoten-
tem spem, & adiutorem suum potentissimum ne-
gligentes, sperant in diuitijs, opibus confidunt ter-
renis, & mundi vanitatibus arena minus fidis infe-
lescunt.*

Con-

DE MUNDI VANITATE.

3

Conqueritur sub Proverbiorum exordium Pa.
xviim̄. Prou. i.
scim̄ias: Neglexisti omne consilium meum, &
increpationes meas neglexisti; ego quoque in imer-
tu restro ridebo, & subsanabo, cum vobis ut quod
timebatis aduenierit. Id ipsum vobis, stulti amatores
mundi, ingemino, ac prænuntio, si irrisiones meas
irrideatis, consilia mea negligatis, sa- yicos in eos
dentes contemnatis. Verum, aliquando tem-
pus, in quo & ego, & mecum omnes vos ridebunt,
& plenis buccis subsanabunt, ubi aeternum patrum ma-
jorunque fulmina, quæ prediximus, quæcumque
tormenta, fragores, & impetus metuebas, in caput
vestrum deciderint, sup. Ecclesi. 2.

Via stulti, ait eodem in libro Sapiens, nclat in
oculis eius, præcipitia, & abyssus recta videntur
ei sequit, qui autem sapiens est, audiat consilii, be-
neque suadentes. Evidem hoc secutus, scio stul-
tos, & lunaticos mundi clientes, me, ubi illorum
insaniam ridentem videbam, risus. Nam via, vi-
taque risorum tametsi à virtute aliena, & à inisti-
tia aberrant, adeò ut abyssi, præcipitiaque videan-
tur, recta in oculis illorum apparet, verum pruden-
tes, & qui cerebrum purgatus habent, mea le-
quentur consilia, probè consulenti auscultabunt,
meumque risum in meliorem partem interpreta-
buntur.

Peruersi, inquit Ecclesiasticus, difficile corrigun-
tur. & stultorum infinitus est numerus: propriea-
vix villam morum emendationem sperans, imò ve-
rò fidendum me conscius, prius ipsos irrideo,
stultoque allocuturus, stultum me ipse primò fin-
gain, & aduersus totum bacchawrus orbē clamo,
quidquid in ipso est vanitatem, & stultitiam esse;
mortales ipsius incolas, stultos esse, quæque in eo
venalia sunt, non nisi vanitatem, & tempus, quo me-

Prou. 12.

Eccles. 1.

6 DEMOCR. CHRIST. Cap. I.

Propriatur, tantum ponetum quoddam, nil nisi in eo sapiens esse, cum supra mundi huius sapientia stultitia sit apud Deum.

I. Cor. 3.

Eccles. 1.

Vanitas, vanitatum, & omnia vanitas; exclamat sapiens quidam Rex; vidi cuncta, quae sunt sub Sole, & ecce uniuersa vanitas. Regia haec verba liqui sed ostendunt, asseruntque nihil penitus in orbe stabile, ac certum esse; & quidquid viroque continetur polo, quidquid terra, mariq; complectitur, quidquid sursum, & deorsum apud Antipodes spectabile est, meram esse vanitatem. Mundi quip presentia est, vanum esse, & vanitatem, nihilque in mundo certius, ac verius, quam dicere, vere illum vanitatem esse, ac mendacium.

Iob. 20.

Hinc non invenit dominus haec vanitarum officina mundus, in sacris litteris dissimilator, mendax, & hypocrita nominatur: nam exteriori schemate, & figura pulchra omnia, sinceraque ostentat, tamen emptorum decipit, & circumuenit, cum interna corruptionem, vanitatem, fucum, & mendacium regat.

Hierony-
mi de mu-
ndo sciētia.

Propterea Hieronymus dicere solebat, si mundum quis evinceret, & illius intestina, interioraque scutarebatur, nihil penitus in ipso praeter vanitatem, & fraudem, falsitatemque repertum iri. Falsi quippe illius honores, opes, & mercedes omnes, gemmæque non nisi lateres, omne aurum eius adulterinum, omnia numismata materiae secundariae: ostentatio illius vanitas, splendor falsitas, mores fraudes, fiducia perfidia, amicitia proditio, denique officina, cuius merces omnes suspectæ, & fucum redolentes.

Dan. 2.

Nabuchodonosoris statua, quam Babylone erexerat, caput habebat aureum, brachia argentea, pectus æreum, pedes luteos. Vera haec mundi huius

DE MVNDI VANITATE.

huius figura est: qui' colossi instar argentea iactat
brachia, & caput ostentat aureum, idest, schema,
& fulgorem quendam exteriorem opum, & hono-
rum, at stomachus eius æs nequitia crepat, pedes
vero, finisque mera corruptio, vanitas, putredo.

Quotquot Sodomæ territorium describunt, aut Mundus
delineant, esse ibi co tradunt arbores, fructuum fe-
races, exterius quidem insignium, & placentium; Sodomæ
quos ubi manibus contrectatis, & incidentis, mera
intus comparcat vanitas, cinis, inquam, & ingrata
putredo. Mundi huius clima Sodomitico persimi-
le est, cuius arbores insignes quidem oculisq; gra-
tos ferunt fructus, honores, inquam, dignitates, di-
uitiasque, quæ ubi accuratius examinare, excute-
re que cœperis, omnia cineribus, abusibus, vanita-
te, fraude plena sunt.

Salomon cum Règi Hiram quinque dedisset 3. Reg. 9.
oppida in Galilæa, atque hæc alter spectatum ue-
nisset, displicuerunt, proinde eadem per ludibriū
Terram Chabul, id est, luti, cœni, vanitasq; ac ni-
hili nominauit. Quod barbarus ille, & ingratus
Princeps per contemptum de quinque illis oppi-
dis olim dixit, ipsum nos de vniuersitate mundi reb.
dicere possumus, adeo, ut, si maximorum regnorū
Reges, ac Monarchæ constitueremur, dignitas il-
la ridenda, & explodenda foret, immo non pluris;
quam Chabul, lutum, pauperies, vanitas, ac merū
mendacium facienda.

Mundus in bonis suis bonus, in honoribus pul-
cher, in delicijs suavis exteriū quidem uideatur: at
reuera longè alius est, quam apparet, nam falsita-
te, mendacioque scatet: sapiens ille proinde dicen-
dus, qui affectum eidem non affigit, cogitatione.
que ab eodem alienus est.

Mundus
fallax inte-
rius, exte-
rius splen-
dens.

Arundines cannæq; in palustribus viginosisque

8 DEMOCR. CHRIST. Cap. I.

Divitiae, crescentes locis, prætereūtum oculos in se pulchri & hono-
res arundi tur, inanes sunt, & oculis displicentur, nisi similes.

Mundus eodem modo nonnisi cœnosa, & male
olens palus est, cuius honores ac dinitiæ canne sunt
& arundines; exterius quidem splendidæ ac pul-
chræ, sed reuera merum nihil. Tu porrò ab hoc
foco caue, ac vide ne oculi exteriori illa pulchritu-
dine, ac viriditate capiantur si enim scrutatus fue-
ris, considerarisque, quæ interius continentur, me-
ram vanitatem, fraudemque contperies.

Ind. 9.

Tyrannus Abimelech Haalis filij Obed copias
dum persequeretur, Gaal primam aciem eminus
conspicatus, Zebuli consternatus, ait, Ecce exerci-
tum montibus descendenterem; cui ille iocans re-
spondit: *Umbras montium vides, quasi capira bâni-
num, & hoc errore deciperis.* Hoc maiori cum sis
de mundanis dici potest; qui strepitum audientes,
& exteriorum formam magnitudinis mundanæ
intuentes, sibi persuadent esse veros honores,
delicias, thesauros, omniaquæ vera, dum nonnisi
vmbrae phantasmataque sunt inania. Idcirco non
mediocriter decipiuntur, & à monstro hoc in fra-
udem pelliciuntur.

Ezech. 4.

Dixit olim Ezechieli Prophetæ Deus: *Sume tibi
laterem & describe in eo ciuitatem Ierusalem, &
aedificabis munitiones, & ordinabis aduersus eam
obsidionem.* Ecce exiguo in latere luteo, castra,
munitiones, potētiam, & exercitus mundi, & quid-
quid hominibus amplum videtur describi, depin-
gique vult; vt ostendat, omnia haec nonnisi lutum,
& terræ pugillum esse. Atque ut lateres è luto fin-
guantur, & aqua dissoluuntur & disfluunt: ita mun-
di huius splendores & amplitudines nonnisi vani-
tas sunt, & fumi instar evanescunt.

In

DE MVNDI VANITATE.

9

In Ecclesiastico legitur : *Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur uentum, sic & qui attendit ad uisa mendacia.* Porro omnia, quæ mundus habet, nonnisi mera mendacia sunt, quæ quotidie videntur, & præter visum, & exteriorem speciem nihil habent. Quicunque ergo his cogitationes desideriaque applicant, eaque tam studiosè, ardentè, que conquirunt, nō minus stolidi, ac fatui sunt, quam qui vimbras inanes, & spectra apprehendere, & Aquilonem, Zephyrum, Austrumque persequi volunt.

Quicunque putidum hoc, vastumque mundi huius cadauer veritatis scalpello dissecare, ac diuidere voluerit, perspiciet haud dubiè, quidquid in ipso est, aut præteritum, aut præsens, aut futurum esse. præteritum non est amplius, futurum, nondum, præsens vero nonnisi instar puncti, quod nix durat, & instabile, & transitorium est quam maximè, sunt scilicet tres illæ hastæ, quibas Cosmophili illi Absalom, ex infelicibus ambitionis mundanæ arboribus, cogitationum crimibus dependentes, transfiguntur, & confodiuntur. Fatuum ergo, ac stolidum, spem hisce affigere, & mera vanitas, illius fauores consecrati, obsequiaque ei spondere.

Apocalyptic illa merestix, cuius fronti inscriptum erat : *Mater fornicationum, & abominationum terra :* exteriori specie omnium in se oculos conuertebat, purpura quippe, & coco vestita erat, auto gemmisque rutilans ; notat autem scriptura, autem illam manu gestasse poculum, verum abominatione, & immunditia fornicationis plenum. Mundus fornicarius quidam est, qui sioni insculptam gerit hanc epigraphen : *Pater fornicationum, & abominationum terræ,* Ille nemini,

Mūdi ana
tomia.

2.Reg.28.

Apoc. 13.

10 DEMOCR. CHRIST. Cap.I.

nem non rapit externo habitu , regificum siquidē
præfert schema, illius vestis purpurea, & aurea, vi-
ta deliciæ, mores maiestas, uerbaque arrogantia,
& insolentia . Verum vasa , & arcæ opum
eius , ac thesaurorum , quos semper manu præ-
fert, abominationem redolent, immunditiam
spirant, & fordes.

Mundi bo- Mera ergo vanitas, honores, voluptatesque il-
na transi- lius desiderate, multo que etiam vanius diuitijs
toria. inihiare . Vanitas est illius in officina quidquam
emere, aut tollere, cum merces eius circò præte-
reant, nihilque in ijs stabile sit, ac firmum. Et sanè
vera vanitas est, ac potius mera insania, humana-
rum fortunarum vestum prosequi, tamq; arden-
ter corruptibilia mundi huius bona prosperitates
que concupiscere.

Sapientes Illi ergo soli sapientes, ac millies beati, æter-
illi, q; quid nisq; dignissimi præconijs, qui tyrrannum hunc
quid mun deseruere, ac sceneriori huic valedixere, qui in-
di cōtem- quam Dei amore omnia contempserat, ac pedibus
pserunt. conculcarunt; perque latum voluntariæ pauper-
tatis, & omnium mundanorum contemptus iter
incedentes, vitam, bona, pulchritudinem, volupta-
tes, & omnia huius mundi commoda vana esse
deprehenderunt.

Matth. 5. Hinc Dominus in Euangelio in primo beatitu-
Luc. 6. dinum gradu collocauit, pauperes spiritu, id est, il-
los primos beatorum esse censuit, qui sponte, &
vltrò nulla vi, potestateque coacti, omnia deserue-
runt, vltroque contemptis opibus, paupertatem
amplexi sunt, quibus proinde regni cælorum glo-
riam in mercedem assignauit . Cum igitur hoc
Veritatis ipsius fuerit iudicium , nemo dubitet,
quin illi beatissimi sint, qui mundi vanitatem per-
spectam habentes, eidem se non implicant, aut de-
nouent,

DE MUNDI VANITATE. 11

uouent, sed insigni laudabilique quodam contem-
ptu, mundo egressi, sub pauperatis Euangelicæ
vexilla confugiunt, atque his solis regnum cœlo-
rum in præmium; ac coronam promissum est.

Sicut ergo sapientia, & prudentia argumentum est, voluptates, ac honores mundi contemnere, ita stultitiae illius sub imperium concedere. In libro Numerorum legimus Israelitas imperij terminos per terram promissionis dilatantes, ad Seon Amorræorum Regem legatos mississe dicentes.

Obsecro te, ut transire mihi licet per terram tuam: Num. 21
non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus
aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec tran-
seamus terminos tuos, &c. Quod olim barbato huic
 regi Hebrei dixerat, iusti cimines, ad celum tenden-
 tes, quæ verè promissionis terra est, mundo, ma-
 gno Amorræorum tyranno occinere debent; &
 solum ab eo transitum petere per terram vitæ hu-
 ius, non in vineam agrosue declinando, id est
 voluptates, & diuitias consecrando, sed via re-
 gia, per contemptum rerum omnium, gradien-
 do, non subsistendo, donec vitæ huius terminos
 egrediantur. Hæc ad mundum mittenda lega-
 tio, hac apud illum oratione opus est: vineæ, &
 agri, & puteorum aqua, Amorræorum sunt: vi-
 ta verò, & solus transitus, fidelium.

Ita de se sentiēs Psalmographus, ait: *Ego verò ege-
 nus, & pauper sum;* non quod honores diuitiae,
 que deessent, erat enim Rex, duobus imperabat
 regnis plurimasque regebat prouincias, *verùm*
 quod omnia vanitatem esse nosset, Deusq; illi de-
 esset, sine quo ita homo inops est, uti cum ipso diri-
 simus. Deus porrò solus essentia diues, & mundus
 pauper; quod ipsa docet experientia.

*Vas vacuum si retigeris, qui inde prodit sonus
 quale*

12 DEMOCR. CHRIST. Cap.I.

quale sit ostendit, concussoque inclusam vacuitatem arguit, Anima mea si viua quadam fide, per concussionem quandam, mundum eiusque voluptates, & delicias tangeres, & explorares, statim vanitatis eius sonum, inanitatisque eius reperiectionem perciperes, ita q. ab eo amando desisteres.

Psalm.90.

Hic cor tuum aperi, anima mea, cogitationes siage, hisce iustis Principis expostulationibus autem accommoda: *Fili hominum usquequò graui corde, ut quid diligitis uanitatem, & queritis mendacium?* Miratur ipse, simul, & ego, homines ratione peditos, & iudicio, cœlo natos, non terræ, in æternitatem non verò in temporis momentum destinatos, vanitates consecutari, mendaciaque conquerirere, cœlum contemnere, terramque amplecti, soli oculos occludere, tenebris verò aperire.

Exod. 18.

Iethro Sacerdos Madian, genero suo Moysi consulens, ait: *Non bonam rem facis, stulto labore consumeris, & populus iste qui tecum est. Evidem Cosmophile, tibi lasciuienti idem penitus dixero, Nihil boni agis mundo adulatus, tibi ipsi perniciem, & exitium creas, ac melioris vitæ tempus illius obsequio, sine ullo prius fructu, dedicas; omnis labor inanis, sudor omnis frustra, & inutilis omnis molestia.*

1. Reg. 25

Davidis iram mitigatura Abigail, exulceratum que eius animum placatura, ait: *Ne ponat obsecro, Dominus meus rex cor suum super uerum istum iniquum Nabal, quoniam secundum nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo. Quod cordata illa mulier regi iusta bile commoto olim ait, idem tibi mundarie satua passione extra mentis statum abre pie occino. Noli obsecro, iam inordinato desiderio erga res mundi huins affici, noli honoribus, diuinisq. adeo inhiare; iniquum, & flagi-*

DE MUNDI VANITATE.

13

flagitosum Nabalem esse, qui re ipsa simul, & nomine fatius est, ut qui maximè quemque stultitia numquam deserit, ut pote connaturalis. Sapientissimus quisque ipsum irridet, odioque prosequitur, soli eum fatui colunt, & amplectuntur.

At sapiens non semper eundem stulto vultum esse, sed lunæ instar mutari. Hoc in primis de mundo, qui fatuorum omnium primus, intelligi debet; is quippe lunæ instar mutatur, singulis momentis nouum assumit vultum; semper inconstans est, & numquam eundem praefert aspectum. Modò futura eius accrescit, modò decrescit: hodie illius splendor plenus, & maximus est, cras deliquum patitur, si hodie illius deliciae, gaudiaque malacia, & quiete gaudeant, cras temporis erit vicissitudo, tempestas sequit. quod vanitatis, & stultitiae eius certissimum argumentum: is ipse tamen colitur, honoratur, laudatur, ea scilicet hominum cœcitas, & caligo.

Initio proverbiorum ait Salomon, audisse clamanter se per compita viarum sapientiam: *Vsi quequò parvuli diligitis infantiam, & stulti ea, quae sibi sunt noxia cupient, & imprudentes oderunt scientiam, & honestæ disciplinæ leges?* Quod olim sapientia in plateis clamauit, philosophia mea hodie per vibes pronunciat, & in clamare volo, *vsi quequò mortales etiam annis graues, puerorum instat, viuetis?* quo usque delicias quaeretis, honores ambietis, & voluptates sectabimini, quæ infantes, & puerilis ætatis signa sunt, & characteres? quo usque insani, & fatui, noxia, damnosaque concupiscetis? quo usque stolidi, & ratione, indicione destituti consilia negligetis, scientiam, & disciplinam oderitis?

Paræmiographus impij cœcitatem, brutalitatem, &c. de-

Prouer. 7. deplorans hisce virtutur verbis, ignorans, nescit, quod ad vincula trahitur, captivitatem, & catenas, ne prius cauet, donec transfigat sagitta iecur eius. Quod sacræ litteræ de omnibus in genere peccatoribus dixerit, ego hodie de stolidis mundi amatoribus dixero, & repetam, Miselli Cosmophili veræ sunt pecudes, & nescij, ignorant mundum plenum esse perfidia; dum enim illos ad honores, & dignitates euehit, nihil minus opinantes ad vincula, catenas, & æternæ damnationis captivitatem pertrahit. Eheu? nunquam sibi cauent, infortuniumque suum non prius aduertunt, quam mortis illos iaculum transfoderit, & diuina ipsos iudicia in abyssum deiecerint.

Psalm. 91. Psaltes cum instantia, impendentiaque iniquis mala prædixisset, iras cœlestes humanorum delictorum vindices proponit, periculaque vitæ huius producit: simul, & peccatoris securitatem, negligenteriamque in periculis illis cauendis, lachrymas, gemensque dicebat: *Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Vereor sane ne idem mihi dicendum sit: mundi vanitatem dum detego, dicoque nihil esse hoc in mundo præter mendacium, & fallaciam; honores, diuitias, deliciasq. ac voluptates mundi, falsas, deceptoriasque esse. timeò vero, ne stolidus Cosmophilus non intelligat hæc, & mundi cliens non cognoscat.

Psalm. 33. *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapientes,* ait Psalmographus impios, atheosque increpans. Eodem ego animo, aduersus mundi amatores animatus dico, *Intelligite stolidi, quæ sit rerum terrenarum vanitas, intelligite quæ ijsdem adhærent pericula, intelligite eorum breuitatem, ac præteritionem, intelligite illorum ortum, progressum, ac finem, qui iæpè funestus, ac tristis.*

Vosque

Vosque stulti Philocosmij tandem aliquando sapite, vanitatibus tandem valedicite, & voluptates mundi rejcite, eiusque à vobis delicias ablegate, & quam potestis citissimè eius iugum abiijcite,

Beatus vir, inquit Vates, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas. Ecce mundi res non modò insanias nuncupat, sed etiam insanias falsas: quod quidquid in mundo est, non nisi insania sit, & falsitas. Beatus autem ille, qui easdem ne respicit quidem, neduna corde, animoque concupiscit.

C A P V T . H.

Exploduntur proprietates, & conditio-
nes Mundi.

*Artes, ingenium, dolosque mundi,
Et mille in studijs malignitates,
Qui paucis simul optat edoceri,
Hoc te uersiculo docebo. mundus
Aequum non probat, approbans iniquum.
Quam falsa omnia pensuat bilance?*

PE R proprietates, originalia, & à natura inseparabilia accidentia, ad notitiam essentiæ rei creatæ perueniri, docent Philosophi. Per conditiones autem, noscitur fundamentum, interiora, reliqui humores, & natura rerum ceterarum. Eodem modo dicunt Theologi proprietibus, & conditionibus essentialibus, & inseparabilibus mundi, facile perspici quænam eius natura sit, esentia, qualisque naturæ, quæ quoniam omnes malæ, infelices, & miserae sunt, euidenter hinc

col-

colligi potest, ipsum naturaliter malum, pernicio-
sum, ac detestabilem esse.

Dixit olim in Euangelio Saluator, de Phariseorum malitia, & hypocrisi locutus: *A fructibus eorum cognoscetis eos: mal a arbor non potest bonos fructus facere.* Quod arbori fructus, hoc conditiones, & proprietates rei, cum vero omnes, quae in mundo latent conditiones iniquae, malignaeque sint: haud dubium quin, & talis ipse sit mundus; corpus siquidem est corruptum, cuius omnes humores noxi sunt, & vitiosi; arbor est mala, cuius merces omnes fraudem spirant.

Num. 23

Exploratores Hebreorum è terra Chanaan reversi hunc in modum apud suos locuti sunt: *Ve-
nimus in terram ad quam misistis nos, quem era fluit
lacque, et melle: ut ex his fructibus cognosci possit.* E fructuum scilicet bonitate, suavitateque de soli
vbertate, bonitate, & feracitate terræ alienæ ferri
volebant iudicium. Ita è conditionibus, humoribus, alijsque mundi fructibus, qui insipidi sunt, &
gustui displices, de deliciarum sterilitate, & sil-
uestris immitisque climatis malitia dijudicari
potest.

Gen. 27.

Isaac Patriarcha Iacobo filio benedicturus dece-
pius est, cuius rei ratione reddit Scriptura dicens:
*Et non cognovit eum, quia pilosa manus similitudi-
nem maioris expresserant;* cui ille primogeniti iura,
& benedictionem clargiri se putabat. Isaac instar
sæpè tu homo deciperis, ac falleris in benedictioni-
bus, ac laudibus mundi, quod ipsum ignores; lau-
das, benedicis, magni facis eò quod qualis sit ne-
scias, Iacobum loco Esau accipis, minorem loco
maioris, tempus pro æternitate, nihil & vanitatem
pro summo bono, ac gloria cœlesti, quod mundi
conditiones te lateant.

DE MVNDI PROPRIET.

17

Ex visu cognoscitur vir, & ab occurso faciei cognoscitur sensatus, ait Ecclesiasticus. Ex oculis aspectuque mundi cognosci potest, qualis sit, ex uisus consideratione, conditionibusque illius perspici nequitia.

Mundus fallax.

Prima mundi conditio, & proprietas est, quod impostor, & deceptor sit, illiusque fraudes evidentes multa siquidem spondet, & pollicetur, nihil uero praestat, Seruiti uult, nullam uero retribuit mercedem; splendorem praefert, res uero eius sor dent: decepit haec tenus eos, qui ipsum securi sunt, imposuit omnibus clientibus, & quotquot fidele obtulere obsequium, pessimo compensauit stipendio.

Iacob Patriarcha amissi in domo Soceri Laban iacturam temporis deplorans, illiusque fraudem fugillans, a pud filias eius hunc in modum expostulauit: *Sed, & pater regnus circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus.* Mundus Laban quidam est, eius uero fraudes, & impostura longe maiores, & notiores: ipseque non decies, non uicies, non centies, sed infinites decepit eos, qui eidem adhaesere, ac melioris uitae tempus illius obsequio dedicarunt.

Gen. 13.

Scriptum in Proverbijs: *Proditor, & simulator ore decipit amicum suum.* Mundus porrò insignis proditor est, & simulator, amicissimos quoque decipit, eosque qui uelut obsequientissimi famuli illi obsequuntur, atque ex animo adhaerent. Sed te ipsa, & uerbis eos circumuenit, uerbis quidem, mirabilia spondendo; re uero, nungis, inanis que eosdem pascendo, & miseris redendo.

Prou. 11.

2. Mach.

16.

Postquam Simonis incliti illius ducis, & duorum filiorum eius perfidè a Ptolomeo ad con-

uiujum vocatorum necem Scriptura commemo-
rasset, subiicit rem exaggerans: *Et fecit deceptionem
magnam in Israel, & reddit mala pro bonis.* Quot
eheu? duces, ac milites, quot magnos, ac paruos,
diuites, & inopes, nobiles, & obscuros, quot pa-
tres cum filiis haec tenus mundus perfidè in volu-
ptatum conuiuio, velut alter Prolominus interfecit?
quām merito igitur dicere possumus, magnas il-
lum iam inde ab initio deceptiones, ac fraudes in
terra fecisse, pro bono malum, pro vita mortem,
pro mercede supplicia, ætum nasque reddendo?

Impij vitam delineans Sapiens, inter cætera,
quæ in eo reprehendit mala, incommodaque ait:

Eccl. i. *Et cor tuum plenum est dolo, & fallacia. Calum-
nia hæc impropriumque dignè singulariterque
de mundo dici potest, in omnibus siquidem per-
uersus est, & nequam per omnes casus, cuius cor,
& interiora fraude, dolo, fallacia que inaudita re-
fertissima sunt.*

Matt. 7. Hac de re in Euangelio Saluator agens, omni-
bus in genere mortalibus ait: *Attendite à falsis
Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium,
intars autem sunt lupi rapaces.* Insigne hoc consi-
lium notate mundani, ac discite, mundum fal-
sum quemdam prophetam esse, qui simplicitatis,
omninoque indutus amictu, se prodit; at in cor-
de, & interiorius lupus rapax est, furore, proditione,
& rabie plenus.

**Maudi fra-
udes.** Porrò mundus impostor, & falsarius est, omnes
siquidem decipit, omne hominum genus excæ-
cat, & fascinat; ubi fugerit, nihil est; cum vide-
tur, mera est umbra; cum sustollit se, & effert,
sumus, & mera vanitas. Infame eius fuit exor-
dium, vita miserabilis, finis vero miseriā in-
volvens, è corruptione nascitur, brevissimo viuit
tem.

tempore, & iliadem ærumnarum infortuniorumque secum trahit. Ecquis impostor verbis suis clientes fascinat, honoribus ambitiosos illaqueat, diuitijs auaros ad se pellicit, delicijs, voluptatisque lasciuos pascit, & reficit, exteriorique sua pulchritudine clientes inescat, & in peccatum trahit.

Daniel Commissarius à Deo constitutus inquisitionis, ac controversiae Susannæ, lascium, & impudicum iudicem compellans, his est eum verbis allocutus: *Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum.* Eadem ad vos ego verba dirigo, impudicii, & lasciuu amatores mundi, & dico: Exterior impostoris huius species, & fallax schema hypocritæ vos in fraudem induxit, exteriores illæ voluptrates, & deliciæ foris apparentes cor vestrum subuertunt, voluntatem decipiunt, intellectui tenebras offundunt, omnesque animæ potentias deprauant.

Adhæc mundus tyrannus est, crudelis, & immitis, qui omnes ad se confugientes clientes torquet, cruciat, ac supplicijs afficit, qui amicos diuexat, sibi honorem deferentes infames reddit, & nomen illius immortalitati sacrate volentes, obliuionis tenebris inuoluit, homines ligat, & stringit, nullam ijs quietem indulget, ac funestam ijs mortem adfert.

Ægyptiorum tyrannus Pharao feritate notissimus Hebræos captiuitate, seruituteque oppressos exagitabat, quam maximè, quos labore diurno exhaustos, & fractos, sub vesperam mercedis, & stipendijs loco flagellis cædebat, nam, scriptura teste, die exacto, qui operibus præerant flagellantur. Non minor porro mundi huius tyrannis est; mortales quippe suo in territorio captiuita.

Dan. 7.

Mundus
tyrannus
est crudeli
tate ple-
nus.

Exod. 5.

20 DEMOCR. CHRIST. Cap. 2.

te premens, velut seruos mancipiaq; tractat, continuò diuexat, laboribus, & ærumnis frangit, toroq; vita tempore illos affligens, & crucians, sub mortis vesperam, corpore morbis ægritudineque adobruto, animam sæpè infernalibus flagellis, tormentisque nunquam terminandis exponit.

Plinius cū
natura ex-
postulat.

Cùm natura Plinius non immetitò expostulat, quod cùm, vt benignissimam se matrem erga cætera gesserit animalia, soli homini nouercam se exhibuerit. Verum potiori nos id iure de mundo dicamus, expostulemusque queruli, quòd suauem placidumque patrem semper erga bruta animalia gesserit, quæ sine villa inquiete, sollicitudineque sustinet, & fouet; erga vnicum verò hominem dirissimum tyrannum, vtpote quem oderit, male habeat: & quibuscumque potest modis persequitur.

Qui mun-
dū amant,
eundem i-
gnoant.

Quotquot enim ipsum diligunt, verè qualis sit ignorant, atque è mellito eius poculo bibentes, venenum intus latens non aduertunt: at qui ipsum execrantur, & fugiunt, qualis sit, & quæ eius agendi ratio perspectum habent. Ut naturam eius perspicias, ac planè eum, & in cute moris, eminus conspiciendus, eiusque pompæ fugienda: nam qui accedunt propriū, & mundo permisti viuunt, passionibus excæctati, nec mundum, nec se ipsos norunt.

Docent Physici, vt quidpiam videatur, ab oculis, quibus videndum est, id abesse debere, atque inter obiectum, & videndi potentiam æquum debere intercedere interuallum; nam sensile supra sensum positum, vt terminis loquar philosophicis, non facit sensationem, id est, oculis impositum? nulla, vt intercedat diuinitatia videri nequit. In Philosophia id esse solet

let verissimum, in Theologicis verò dico, ut mundus videatur, eiusque natura perspiciatur, tam vasti scilicet, & capacis obiecti, ab sis longius operter, & distantia intercedente contempleris. Hinc qui intra mundum oculos habent, inque mundo viuunt, ipsum cognoscere nequeunt, aut eius nequitiam intelligere: at illi soli, qui eundem contemnentes ab eius muris abscedunt longius, & in cœnobiorum solitudine conueruntur.

Pisces maris incolæ, qui salsa oceani vndas pernatant, earundem salsuginem ignorant, quod in eadem hactenus vixerint, & ea naturalis sit com- moratio. Sentiunt verò eandem cætera anima- lia maris expertia, & in terra commorari solita. Ipsum, & in mundo videoas: homines enim ciu- dem voluptatibus innatantes, inque earum medio commorantes, ut in aqua pisces, eiusdem amaritudinem, & ærumnas non sentiunt, uerum ij, qui ab eodem recedunt, & in solitudine locisq; desertis agunt, fatuis igitur is dulcis, ac sua uis, sapientibus, insipidus, & amarus.

Scelestus igitur est mundus multorum malorum seminarium, uariorumq; effectorum parens, excae- cat accedenter, incautum opprimit, credulum fal- lit, ac decipit, obsequentem persequitur, obedien- tem, auscultantemq; in fraudem pertrahit, paucis, odit amantem, amat odio prolequentem.

Ioab præfectus exercitus regis Dauid, Absala- mo fuso, fugato, & interempto, comperto regem mortem eius deplorare, & tantum non dolore, ac lacrymis emori, his cum uerbis consolari stu- duit: *Diligis odientes te, & odio habes dili- gentes te, & ostendisti hodie, quia non curas de duci- bus tuis, & de seruis tuis.* Eleganter hæc foret

Pisces ma-
ris salsugi-
nem non
sentiunt,

Mundus
multa pro-
ducit ma-
la.

2. Reg. 19.

oratio, & accommodationis, si in mundi illa confusione, ignominiamque detorqueretur: nemo si quidem est, qui exprobrans dicere queat: Hem quænam tua natura est in mundo, diligis te execrantes, & armantes tui execratis; quotidieque evidenter ostendis, nullam te clientum, a seclarum, ac domesticorum rationem habere.

Peior est mundus blandiens quā odio prosequēs.

Detestandus ergo, & fugiendus potius est cum nobis adulatur, quam dum vexat nos, & cruciat. Apertum bellum illius nobis est utilius, quam fucata pax; meliora verbera eiusdem, quam amplexus, & persecutiones blanditijs præponendæ; quò enim tibi amiciorem se, familiarioremque ostendit, eò metuendus magis, ac timendus; peior est, ubi nobis arriserit, & assentitur, quam dum odit, & fugit.

Qui æstum describunt a quarum, tradunt magis esse metuendum littus maris quieti, & mala- cia iacentis, quam procellis, ventisque agitati. de mundo eadem est ratio: ipse quippe mare est pro celosum, periculis plenum, in quo tum discrimen evidentius, ubi prosperitatum incumbit malacia, quam saeuientibus aduersitatim procel- lis, & turbinibus: adulatio namque mundi afflitione grauior, & pax bello formidolosior.

Prou. 27. 7.

Meliora sunt vulnera diligentis, ait in Prouerbijs Salomon: quam fraudulenta oscula diligentis. Mundus persecutionibus, & doloribus nos exagi- tans, verè se amicum ostendit, verum blanditus, & adulans, inimicum: eius proinde supplicia, flagella, vulnera que meliora sunt, quam fucata prosperi- tatum, & adulacionum oscula.

Mundus in cõtiás, & mutabilis.

Adhæc mundus inconstans est, ut qui, maximè, chamæleon est mutabilis: quidquid in ipso est, breui petranti: ipso quoque ad singula mutatur mo- menta

menta, quod autem adeo facilè commutetur, cor
ruptibilem se esse ostendit. est enim fatuus ille,
quem Scriptura dicit, Lunæ instar mutari. Luna Eccles. 27.
quippe adeo varia, & inconstans est, vix ut octo
diebus eundem præferat aspectum. Maior porrò
mundi inconstantia, vix enim ad unum in eodem
fortunæ statu, facieque permanere potest diem.

*Vidi, inquit Psaltes, impium si perexaltatum, & Psalm. 36.
eleuatum sicut cedros Libani, transiui, & ecce non
erat, imò ne eius quidem uestigium. Mundus
etiam impius est, & scelestus, cuius eadem om-
nino sors: ecce enim hodie gaudet, fulget, hono-
ribus affluit, & superbo vertice cœlum tangere ui-
detur, vix ad duos processeris passus, non appare-
bit amplius, omnis illa pompa præterijt, imò ne ve-
stigium fortunæ prioris supererit.*

Ecquæ mundi inconstantia? ecquæ mutatio? Mundi in
nihil in ipso permanens, nihil firmum, nihil cer-
tum, omnia tremunt, voluuntur, funduntur, & in
ruinam vergunt. Fieri non potest, ut quis hæc
agat nihil metuens, ut sine molestia uiuat, labo-
ris sit experts, peculiaris careat, fieri inquam non
potest, ut sine morbis, & doloribus moriatur.
Ecquæ inconstantia, hodie, vt videas mare tran-
quillum, quietum, i[n]cras tempestatibus, & pro-
cellis turbatum? ecquæ inconstantia vesperi vi-
dere gaudia, & symphoniam audire musicam, &
mane dolores, & lachrymas ante fores? Ecquæ
inquam vicissitudo, uno momento videre plenum
fortunæ orbem, & cornu, altero verò ipsius de-
liquum? ecquæ denique mutatio, hodie videre
regem cunctis imperantem, dominantemque,
cras uero omnium pedibus in sepulchro concul-
cari?

Igitur ridendus, & explodendus est mundus,

Mundus alioquin nos ipse ridebit, & explodet, ipse verò dignus, qui rideatur, cùm illius mutationes adeo odiosæ sint, suavitates suspectæ, labor sine fructu, timor perpetuus, honores periculo non vacent, & vana sint promissa. Dignus est, inquam, qui rideatur: gestus enim eius parum humani, opera infamia, nomen ignominiosum, exordium temerariū, & finis pœnitentiam secum semper trahit.

Mundus irrisione verè dignus est; in quo non nisi fallacia, cuius in promissis fraus, in conuersatione molestia, & afflictio, in gaudijs, tripudijsque trifstitia, & dolor, in delicijs remorsus, in solatijs anger, & scrupulus, in prosperis, & blanditijs timor, & terror. Verè ridendus, & contemnendus, cùm illius gloria non nisi fumus, honores, vanitas, & dignitas meræ inaniae. Quis enim eum non rideat, cùm nullos nisi fatuos magni faciat, homines verò cordatos, & prudentes negligat; quis stultum hunc non subsannet, qui non nisi præsentes colit, absentes ignorat, morientes verò omnino deserit?

Illum igitur verè dixero beatum, qui corde masculo, & inuicto uanitatem mundi ridet, & veritati adhaerescit. Illum magni facio, qui mundum parui facit: ille namque verè laudandus, & præcomio dignus, qui idolum hoc ridet: ille etiam amplius, qui ipsum euertit, eiusque technas, & dolos sancta quadam mortificatione, rerumque omnium contemptu detegit, quemadmodum olim Daniel idoli Babylonici fraudes, & sacrificiorum imposturas sparsis cineribus detexit.

Vide igitur Cosmophile ne te mundus decipiatur, illius a te tentationes excute, conspirationes frange, molimina subuerte, machinationes diserce, aures illius carminib. obstrue, oculos aperi ad ilius

Huius pericula, & discrimina perspicienda, omnesq;
vires ad ipsum oppugnandum intende.

*Canete, ait Moses Hebreos allocutus, ne forte de
cipiatur cor uestrum, & recedatis à Domino, seruia-
tisque dijs alienis, & adoretis eos. Hæc tibi dicta
miselle homo, ac da operam ne vnquam à Dei ob-
sequio deflectas, quò mundo seruias, eiusque ido-
la, idest, honores, & pulchritudinem, quæ alienæ
sunt numina, adores, aut colas.*

*Meretricis, infamisq; mulieris astum describēs Prou.7.
Salomon, hunc in modum consuluit: Ne abstra-
batur in vijs illius mens tua, neque decipiari sem-
tis eius, multos enim vulneratos deiecit. Mundus
meretrix est pellicissima; vide ergo ne mens tua
per semitas eius vagetur, in labyrinthis eius im-
plicetur, inque vijs eius tandem decipiari.*

C A P V T III.

Exploduntur res Mundi.

*Quidquid possidet, obuineturque mundus;
Umbra, ventus, abusus, omniumque
Inconstantia, uanitasque rerum.
Nil habet solidum, nihilque fixum.
Sed transire, perire, praterire,
Hic mundi patet apparatus omnis.*

ECQVÆ hominum cæcitas? ò scelesta, Hominū
& deploranda filiorum Adæ nequitia? cæcitas.
tergum, scilicet D E O obuertere, &
suprenium illud numen deserete, quod omnium
bonorum fons, animæ nostræ centrum, vera
animi

animi quies, cordis solatium, res purissima, substantia incomprehensibilis, esse infinitum, quin, & ipsa bonitas, è contra verò mundo se dedere, magnoque affectu prosequi, qui nonnisi mera forica, & cloaca omnium sordidum, & immunditiae, viuorum carcer, sepulchrum mortuorum, calamitatum officina, vitiorum schola, virtutū ludibrium, rationis carnifex, & omnium bonorum hostis.

1.Ioan.2.

Transit mundus, & concupiscentia eius, ait dilectus Christo discipulus, non ait honores transire, non voluptates finiri, dignitates exspirare, diem esse fixum numerū, annis suum esse limitem, viæ terminum, diuitias sensim imminui, & pulchritudinem perire; sed in genere ait, mundum vniuersum, omnemque eius concupiscentiam praeterlabi, bona, dignitates, splendores, regna, auctoritatem, nobilitatem, & quidquid mundus hic inferior splendidi habet, aut digni, momento deperire, & nonnisi per transennam ostendi. Ecquę igitur dementia terrena hæc diligere, quæ nonnisi obiter videntur; amare temporalia, quæ cum tempore transeunt: cœlestia uero negligere æterna, & permansura?

Phil. 3.

Omnia arbitratus sum, ut stercora, ait Apostolus, *ut Christum lucrifaciam.* Sanè mundum contempsit, eiusq. magnificentiam subsannauit, cùm omnem eius fastum, & splendorem tantilli fecit, ut cæno, sputo, sordibus, imo & stercori omnium pedibus proterendo eadem comparare non sit ueritus.

Apoc. 3.

Angelus Apocalypticus Laodicenum Episcopum coarguens, eiusque præsumptionem, & arrogantiā fugillans, ait: *Quia dicas quia dives sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserrabilis, & pauper, & eccus, & nudus.*

Qui.

Quicumque mundi fucum explodere , & eius inanias subsannare voluerit, idem ipsi occinar necesse est: mundo fastu, superbia, & insolentia turgide, dicas te diuitem , insignem, potentem , nulliusque rei indigum ; nescis tamen te pauperem , cæcipientem , lumine orbum, lacerum , lacernosum, & nudum, ac miserum . Ille verò generosus, qui hunc in modum mundum alloquitur, qui hāc illi contumeliam irrogat , quiue animoso pede illius vanitates proculcat, splendorem proterit, diuitiasque exsibilat. Ille porrò plebeius , & sordidus, abiectique animi , qui hisce uerbis mundum alloqui non audet.

Insigne' sibi nomen David peperit, Goliam insolentem, omnibusque insultantem saxo, ferroque interficiendo . Non minori porrò ille dignus est gloria, qui non saxeo, sed uerborum imbre mundi huius Goliath, adeò superbientem, animosq. tollentem impedit , inque humilitatis abyssum deiciens vanitatem illi qua decipitur, & paupertatem innatam ob oculos ponit.

Nec verò ille caelo dignus, qui terram contemnere detrectat, nec ille Deo frui dignus, qui mūdo frui desinere non vult. In Euangelio Dominus ait: *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus:* ita qui mundi amorem Dei sui amoris præfert , Deo suo non est dignus . Ille contemnendus est, ut ab hoc lauderis, ut à Deo lauderis, mundum perosus sis oportet.

Insignis vesaniae character est, mundum magni facere, qui cunctos contemnit . Deum verò parui facere, qui omnium creaturarum curam, ac rationem habet. Deplorandum id nos prosequi , quod noxiū est, utile uero fugere . Mundi amor nihil est, & ambitio , & honorum sitis noxia , ut,

1. Reg. 17
Mūdus si-
milis Phi-
listæ Go-
liath.

Matth. 10

Amor mū
danorum
nexius.

quæ

quæ maximè; cœli autem fuga , & contemptus
Dei multò etiam dāmōsior. Mundū fugientes
Dei amici constituimur , diuitias aspernando sta-
tim ditescimus: honorem proterentium fore pul-
sat honor: iniuriam animo exuentes, inimicos no-
bis conciliamus, & uictoriā referimus: uolupta-
tes repudiantes, æterna meremur gaudia: denique
mundo insultantes , digni sumus , qui ab Angelis
laudemur, tum etiam Deo seruire apti, ubi ab il-
lius obsequio diuertimus.

Matth. 6. *Nemo potest duobus Dominis seruire, ait in Euā
gelio Dominus: amor, & obsequium fortunæ sunt
socij, & alter sine altero raro procedere potest, ob-
sequium enim sine amore captiuitas est, & ser-
uitus, amor sine obsequio honesta subiectio . Si e-
nim nemo duobus potest seruire Dominis, ita, nec
duo simul diligi , iuxta illud Domini pronuncia-
tum. Fieri ergo non potest, Deum simul te, & mū
dum diligete, tamq; potentibus simul Dominis
obsequi, vnum enim deseras oportet, quod alteri
accedas. Cum uero necessario seruias oportet, &
animum applices, is amandus, huic seruias neces-
se est , qui nostri causa seruus est, formam serui
acciens, & in finem dilexit nos, id est, in mortem
usque, id est, ad ultimum, & postremum amo-
ris gradum, in finem , id est amore maximo , quo
nullus in caelo, terraue maior.*

*Vt quis uero Christo seruiat, & amet, à mundo
affectus suos retrahat oportet, eundem proculcer,
omniaque terræ bona uelut stercora, & fordes cre-
dat. Tertiō Christus Petri amorem explorauit, e-
iusque affectum didicit, posquam ex ipso audiuit
unanimem omnium professionem; Ecce nos reli-
quimus omnia, & secuti sumus te . Aperiſſimū est*

Matth. 19 lignum, Dū nos diligere, & in hunc amorem no-
sum

strum transtulisse, vbi mundum reliquimus, & omne prauum desiderium, vanasque ambitiones, quas spectabamus, exuimus, omnia contemnentes.

Matthiolus, medicus celeberrimus, magnique nominis esse scribit herbam, quam Bursam pasto minari. In epist. li ris nuncupar, quæ nudis supposita pedibus, auruginem tollit. Mundi contemptus terra herba est eiusdem omnino efficacæ: si enim habeatur ab eo, qui nudipes' est, idest, qui affectus, qui animæ pedes nudos, & ab omni ambitione, cupiditateque purgatos, spoliatosque habet, auruginem, idest, auaritiam tollit, quæ eiusdem omnino coloris, capillos verò flauos habere, lepræ esse in Leuitico in dicium dicitur: auaritia verò, aurique sitis, insignis est lepra, quicumque autem inferiora contemnit, & ridet, illius animus ab omni ambitione liber, & cupiditate.

Leuit. I.

Dioscorides herbarum naturæ gnatus in paucis, herbam describit, quam ipse folium Indicum, alij Malobathrum nuncupant, quam in Syria nasci vult Plinius, & odore cum nardo certare. Verū hanc Dioscorides in palustribus ait Indicis progeni, & aquæ sine villa protrsus radice fundo inhærenti innatate velut lenticulam minorem palustrem. Huic herbæ similis sit Christianus oportet: hic enim cùm in medio mundi huius oceano nascatur, & crescat, eiusdem semper aquis innatet oportet, idest, honoribus, diuitijsque, nullas, ut radices agat ambitionis, praui desiderij, cupiditatisque, de qua dicitur: *Radix omnium malorum est cupiditas.*

Lib. i. c. II

Li. i2. c. 27

1. Tim. 2.

In quo pudore nobis incutiunt ethnici, nobisq; prudentiores sunt. Tradit enim Catonem Plutar- chus vnuersa domita Hispania, & quadringentis expu-

30 DEMOCRATI CHRIS. Cap. 3.

expugnatis viribus, nihil omnino tantis ea opibus
spolijsque in domum, præter vitæ necessaria, intu-
lisce. Non arguo, inquit, eos qui in castris parcen-
tes multa sibi coaceruant; sed malo de virtute
cum viris bonis, quam de diuinijs cum auaris cupi-
disque certare. Christianus omnis Cato secundus
sit oportet, quamdiu hoc in mundo agit: qui quam-
uis totius esse posset monarcha, nihil desiderare
debet amplius, quam quæ ad vitæ necessaria. Hoc
ipsum omnibus in genere Christianis consilium
dedit Apostolus: *Habentes alimenta, & quibus te-
gamur his contenti simus.*

Ibidem.

Idem Plutarchus Themistoclem refert, insigni
nauali prælio parta victoria, cum in littore mor-
tuos spectaret, & multas opes adnatantes, nullo
spoliorum desiderio irretorto singula oculo spe-
ctasse, & duci adstanti dixisse. Tolle tibi neque
enim Themistocles es; Omnis vero vir bonus, &
fidelis, semel de mundo parta victoria, eiusdem
omnino animi sit oportet, & omne spolium, & res
temporales mundi huius, ethnicis, barbaris, idolo-
latriis cedat, eò quod fideles non sunt, & quod vilia
haec, & sordida, menteque eximia, & sublimi indi-
gna. Hoc depiorabat Psaltes dicens: *Filij hominum
usquequò graui corde. ut quid diligitis uanitatem, &
quarritis mendacium.*

Psalm. 4.

Ia uita
Thesei.

Abantes, eodem referente Plutarcho, caput ra-
debant, ne capillis eos hostis fugiendo apprehen-
deret: quin, & Alexander Macedones tondere bar-
bam volebat, quod barba facile quis comprehen-
di queat. Qui aduersus mundum, dæmonemque
generosè decertare volunt, ipsum imitentur opor-
ter, id est, cor, & affectus ab omnibus rebus super-
fluis uitæque huius uanitatibus (quarum crines, &
barba imago sunt) purgent, & quodammodo
deton-

DE M V N D I R E B V S.

31

detondeant, id est, generosa quadam mentis con-
stantia omnia contemnunt.

Is porro contemptus honestus est, immo penitus Mundi co-
necessarius: nam uanitatem contemnendo gloria tēptos ho-
acquiritur, nemoque possessionem regni cælestis norabilis,
adire potest, nisi prius mundi, rerumque inanum & necessaria
possessione exeat. In huius rei signum non prius rius.
manna filijs Israel pluit Deus, quam Aegypti fari. Exod. 16.
næ defecissent. Honores, pompa, & opes mundi
huius farinæ sunt Aegyptiæ: quæ quamdiu in cor
de reperientur, nemo sibi manna gloriæ dandum
speret.

¶ Cūm Dominus in deserto quinque hominum Ioan. 6.
millia duobus pesciculis, & quinque panibus hor-
deaceis pasceret, refert Ioannes homines, qui co-
medere, & hisce excepti sunt epulis, in terra con-
sedisse. Erant quidem plerique è populo, ac ple-
be, sed credendum, si qui è ditioribus, & opulen-
tioribus adfuerint, eodem omnes modo discubui-
se, de ueste splendidiore parum sollicitos. Hinc
discere licet, pauperes nos esse debere, aut si diui-
tes sumus, diuitias quas possidemus negligendas,
si modò bonis Iesu Christi potiri, eiusque mensa
excipi uelimus.

Redemptor orbis humilitatem, & contemptū Luc. 14.
mundi edocens, hisce usus est uerbis: *Cum inuita-
tus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco,*
*&c. sed cum uocatus fueris, uade recumbe in nouis-
fimo loco, hoc erit tibi gloria coram simul discum-
bentibus.* His docemur uerbis magnos humiliare
se debere, uoluptatibus, ac uanitatibus, quibus se
dedunt, ualedicere, postremum locum feligere, pri-
mum fugiendo locum, quem honores, & ambitio-
nes suggerunt, si modò ad æternæ beatitudinis nu-
pias admitti, gloriam metiri, & alterius uitæ

com.

32 DEMOCR. CHRIST. Cap. 3.

Ioan. 6.

Vbi pauperculam illam plebleculam Christum
per rupes, & montes sequentem, illius doctrinæ
dulcedine delinitam, ut etiam refectionis obliui-
sceretur, contemptor per herbam stratam, ac pro-
miscuè, & sine ordine per saxa, atenamque ci-
bum sumentem; ipse mihi persuadeo, ac credo,
ut quis dulci conuersatione, & Dei familiarita-
te gaudeat, eiusque gratiam promereatur, cor
ad eò mottificatum animamque ita modestam ha-
bere debere, sibi ut persuadeat, non esse se altiori
dignum loco, quam uilissimo terræ centro. Ita
porrò Dei nos uoluntati patere oporteret, ut si
regna, & imperia deserere, pauperiem amplecti,
regio throno descendere, in terræ puluere sedere
cogeret, illius uoluntati liberè nos subiçiamus, ac
sinc illa contumacia illi pareamus.

Erras ergo homo, ac deciperis, Deumque con-
temnis dum mundum tanti facis, eiusque uanita-
tes, superfluitates, & fastum suscipis: erras, inquā,
dum non cogitas, quam parum uoluptatis amit-
tas, aut de iure tuo decedas, mundum deserendo;
quamque ampla sit illa, & magna, quam in alte-
ra uita speras, & exspectas. Omnis terræ globus
cælo collatus nonnisi punctum est; & empyreum
cælum terræ comparatum tanto eam interuallo
quo ad pulchritudinem excedit, quanto quo ad
magnitudinem infinitam. Vnde meritò exclamat
Propheta: *O Israel quam magna est domus Dei, &*
ingens locus possessionis eius.

Mūdus nō
nisi pūctū
cæli intui-
tu.

Baruc 3.

Mundum
quis con-
tēnens ni-
hil perdit.

Quanta ergo tua est cœcitas, & caligo Cosmo-
phile, stultas, & effrenes passiones tuas sectans,
dum mundum hunc eruinsum contemnere nō
potes. Ipsum quippe contemnens nihil amittit,
imò uero plurima lucratur. Dic mihi, obsecro,
licet Cæsar, aut Alexander in mundo fores, et si
totius

DE MVNDI REBUS.

33

totius orbis Dominus, Rex, & Imperator, et si vtrum
que imperates polo, & potentiae tuae legibus uni-
uersas terrae prouincias flecteres; quid deseras hec
deserendo? nisi forsitan formicæ nidulum, luteam
casulam, ædiculam ruinam unde quaque commi-
nantem, pro magnis, amplisque cœli palatijs, ac do-
mo Dei, domo, inquam, in qua gloria, & diuitiæ,
iuxta Prophetam, comparent.

Si ad rationis trutinam hec expenderes, & in-
terdum tecum ipse perpenderes, quid tam inani-
ter, stulteque hic conquiramus, quid vero in cœlo
nobis repositum sit; ipse mihi persuaserim, hac te
cogitatione ita commutandum, itaque fore, mun-
dus ut tibi desiperet, ut quidquid hic in terra pos-
sides despiceret, & nauseæ foret, & voluptatis, re-
creationisque loco molestiam tibi crearet, & fasti-
dium, & cum Apostolo clamares: *Infelix ego ho-*
mo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Psal. III.

Rom. 7.

Hebr. 11.

Exod. 7.

Moses insignis Dei famulus, & mundi conte-
ptor eximius, si modò fortunæ flabrum sequi vo-
luisset, filius filia Pharaonis dici potuisset, & habe-
ri, ad regni hereditatem aspirare, & ad diadema-
tum aliquod adoptione prætendere: hos tamen ho-
nores neglexit, teste Apostolo: *Maiores diuitias*
estimans thesauro Aegyptorum improprium Chri-
sti. Eo vero, quod honorem hanc contempserit,
Deus illum, velut compensando, Pharaonis Deum
constituit, ut pote cui terribilis, ac metuendus fo-
ret. Sancti huius virtu exemplo tamen si non vni mo-
dò tegno, sed & vniuerso imperare debes, aut
postes orbi Christi amore, qui adeo pauper exti-
tit, totque pertulit iniurias, paupertatem sectari,
& amplecti deberes, (aut velle saltem,) &
Christi tui opprobria, & ignominiam, omnibus
mundi honoribus, diuitijsque præferre, atque

c

hec

hæc vera est honoris acquirendi, imperandique
ratio.

Gen. 24.

Insignis illa Rebecca Camelio insidens, & monilibus ornata, cùm Isaac sponsum pedibus incendente cerneret, adeò rubore suffusa est, ut pallio se texerit, descendenterisque turpe esse rata, se pueram Camelio vehi, sponsum iter confidere pedibus. Vbi ergo Christiane, sponsum tuum Iesum Christum, verum Isaac, in terra ambulantem conspicis, erubescere deberes, & Rebeccæ exemplo pallio te tegere; turpe tibi probrosumque ducendo, vt filius Dei vilis sit, & contemptus, tu è contra sublimibus honorum, & potentiarum mundi huius Camelis veharis; tuum esset descendere, & pedibus omnem vanitatem sæculi subiucere.

Gen. 24.

Eorum verò quæ in cælo sunt, quæque certò tibi promissa sunt, contemplatio ad minimorum, quæ in terra habentur, contemptum te incitare deberet: prudens illa Rebecca, de qua modò egimus, visis munusculis donarijsque, quæ sponsus Isaac miserat, illicò parentes deterere, patriam relinquere, & quidquid in domo paterna carum erat repudiare statuit; interrogata enim num relictis suis missum seruum vellet comitari; paratissimam se ait, & præsto futuram. Thesauri, diuitiæ, & donaria cælestia, quæ tibi quotidiè sponsus, & salvator tuus Iesus Christus offert, excitare te haud dubie deberent, ad mundana terrenaque deserenda, Deum sequendum, & mundi vanitatibus valedicendum.

1. Reg. 19.

Elias Propheta audita maiestatis diuinæ praesentis aura, pallio vultum operuit, nihilque mundanum conspicere sustinuit. Qui verò semel cæstium dignitatem attenderit, rerumque æternarum maiestatem cognoverit, oculos statim terrenis

nis omnibus occludet, quæ ne aspicere, imò de qui
bus ne loqui quidem vult.

Derelinque igitur terram, quò celum possideas,
mundanas facultates desere, quò animam in tuto
constitutas, vestem cede, quò uitam conserves. Nil
enim mundum contempseris, infernalem mortem
euitare non poteris, igitur ne de numero illorum
futurus, qui vestem quām vitam seruare malint, &
in hoc mundo diuinitas colligere, & in altero dam-
nari seculo, quām terrenis contemptis diuinitis nu-
di profugere, & cælestis regni possessionem adire?
O vanitas vanitatum, & maxima vanitas?

Is sanè demens, & stolidus dicendus foret, qui
in captiuitatem abductus, optione, vel vitæ, vel ve-
stium amittendarum data, mortem eligit, & om-
nia amittere, quām ueste nudatus vitam conserua-
re mauult.

Hisce porrò stolidis scatet hic mundus, & teste Eccles. 3.
Ecclesiastico, stultorum infinitus est numerus: be-
neficijs Ecclesiasticis, prælaturis que cedere, volu-
ptates repudiare, ac vanitates contemnere nolen-
tium; qui malint uestiti ad tartara deturbari, quā
gloriæ cælestis nudato corpore participes redi. an
non hoc mera fatuitas, & insania.

Ioseph Patriarcha in ætate florida, & libera, te-
tationibus pulsatus longè aliter se gessit: nam lasci-
vit domine illicijs inuitatus, quin, & ueste compre-
hensus: illam cedere, quāri animam coquinquare
maluit, eamque in pellacis mulieris relinquere
manibus, cum maximo illius offendendæ pericu-
lo, quām Deum peccato, & herc obsequendo offen-
dere. Et sanè omnium potius iactura facienda ha-
bitis omnibus. Nam ut in Euangelio Saluator ait:
quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, Matt. 26.
animæ uero suæ detrimentum patiatur?

Pierius li.
Hierogly. Econtra faciendum ipsa docent bruta: nam
elephantes vbi se à venatoribus agitari vident, q
ob dentium ebur fieri persentiantur, eosdem arbori
obuiæ illis venatoribus cedunt; vt exuuijs aduer
satio relictis vitam exitio subducant, quin, & alius
eorum astus. si enim senio dentes excidere contin
gat, terra eosdem obruunt, ne si forte per viam
sparsim inuenientur, hinc aduersarij prosequen
di occasionem somerent. Cùm nos igitur noueri
mus à dæmonibus aduersarij nostris tam impor
tunè, assiduoque premi, idque ob vanitates sæculi
huius, ultro easdem à nobis abiciamus, omnibus
generosè valedicamus. hanc illis prædam, spo
liumque cedamus, quò vitam, & animam discri
mini eripiamus.

Stultū est Insignis stultiæ argumentum est, ob faculta
ob bona vi
tam amittere velle: imò, & maior vesania,
tam amit
tere. ob rem nullius momenti fortunas omnes periculo
exponere, & stolidum breuem hanc vitam tam
male transigere. nam aliud hic non agimus, quā
aliquantulum lutu, ac cœni coaceruare; aliud non
lucrificamus, quā oleum, & operam perdere, &
omnis quam hinc speramus mercedem, æternæ est
pœnitudo; quæcunque etiam nobis comparaueri
mus, ad breue ijs momentum frui licet.

Vita hæc Vita hæc nonnisi somnium est, in qua nonnisi
somnium. dormitus, & dormiendo aliud præter inanes, fa
sque imagines non videmus. mors verò ipsa est
expergefactio, quæ oculos aperiens, rerum quoque
omnium veritatem aperit, ac reuelat: quodque in
ter dormitandum bonum, voluptatem, honorem,
gaudium, recreationemque putabamus, vbi mors
ipsa nos excitarit, nonnisi infortunium, dolorem,
ærumnam, infamiam, & opprobrium esse agno
scimus.

Nabuchodonosor dūni inter dormiendum variæ menti phantasmatum imagines obseruarentur, mira videre sibi visus est portenta: vidi inquā capita aurea, pectora argentea, tibias æneas, pedes ferreos, aliaque: verum expperctus, mane, non nisi meta somnia cuncta fuisse comperit. Ad eundem modum Cosinophile, interim dum in deliciarum lectulo decumbis, & voluptatibus indormis, mens tua miras sibi imagines effingit: vide ris quippe tibi diues, sublimis, felix, ac mortalium beatissimus: verūm ubi te suprema illa Parca excitarit, veritatem agnosces, & videbis omnia, quæ habere te putabas, nonnisi inanias, somnium, & chimæras extirisse.

Dormierunt, inquit Vates, somnum suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manib. suis: sanè mundanorum somnus fallax, imaginatiuus est, turbatis mentibus proprius. Interim enim dū per vanitatum lectulos strati iacent, diuites & potentesque esse arbitrantur, verūm ubi statuto, fixoque die somnum excusserint, morsque tenebras discusserit, inanes se, vacuosque comperient, nihilque præter dolorem, & pœnitentiam futurum erit reliquum.

Iahel Sisaram: Chananæorum ducem lactis Iudic. 4. potu cum ad somnum prouocasset, ferali mortis iectu, quem adacto per tempora clavo dedit, excitauit. Hec nos historia docet, cęcos mundanos, qui seculi huins voluptatibus haustis ad soporem pelliciuntur inopinatō sæpe puniri, & corporis, & animi simul mortem incurtere.

Holofernes princeps militiae Assyriorum, sed la- scivis voluptatibus immersus, ut qui maximè à cra pula excitatus, animam ad tartara deuolutam, vt, & cervices à Iudith in Bethuliensi obsidione preci

fas sensit. Ita & plurimi mundani delicijs affixi, in mortis hora uitiorum sopore excusio, ita se inopinato comprehensos sentiunt, ut corpore in mundo emoriante anima in gehenna sepeliatur.

O stulti, & amentes mundi clientes, qui tā horrendos, ac funestros casus conspicientes, non videntis, & tristes hasce tragedias audientes, non auditis? similes estis idolis uanitatis, quam tantopere sectamini: de uobis haud dubiē iam olim cecinit Psalmographus; Similes illis siant, qui faciunt ea. Cæci Cosmophili, an non timeris, ne vobis aliquando dicatur, quod olim diuiri illi Euangelico diuitijs insolescēti dictum est: *Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te, quæ autem parasti cuius erunt?* idest, hac hinc nocte emigrabis, quibusne opes, homores, & fastus tuus cedet?

Deut. 3.

Quis tum rubor faciem tuam pinget infelix, cū quadam die, die inquam ferali mortis, cœlum aduersus te concitatum uidebis, & omnes omnino creaturas opprobrijs te saturare? ecquis futurus est pudor, ubi insultantem Deum, audies, contumeliosèque hæc uerba mundanis occinuentem:

Psalm. 72. *Vbi sunt Diij eorum, in quibus habebant fiduciam, surgant, & opitulentur eis.*

Hæc, obsecro, tibi inhærent anima mea, hasce tempestates declina, hæc fulgura caue, iam mundum uoluntatię, & ultro defere, quem haud multo post etiam inuitus, & coactus desereres. Hunc à te impostorem elimina, uolenter illum contemnendo protere, antequam te ille contemnat, tibi tergum obuertens, inque postremo uitæ articulo tibi illudens; tu uero antequam ab illo illudaris mundo illude. Vnde quidam Rex exclama: *A te, quod, & præter te Deus meus, quid uoluisti super terram?*

CAPVT IV.

Exploditur Mundi fallacia.

*Fallax, perfidus, inuidus, superbus,
Scelestissimus omnium scelestum
Impostor, sycophanta, mango, nequam,
Mundus undique plaudit in theatro.
Quam blandè nocet, inficiisque blandè;
Væ quem talia toxicant uenena.*

MVndus impostor est, illius promissa non-nisi dolii, illius opera deceptiones, illius blanditiae proditio, illius verba tanum mendacia. Mundus agyrtæ est, mango; illius splendores nonnisi vanitas, illius dignitates chimeræ, illius honores confusio, illius fastus, &c. ornamenta nonnisi phantasmatæ, infelix, qui eidem fudit, felix uero, qui diffidit.

Nolite, ait Psaltes, confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus. Mundus hic Rex est, Principes sunt opulentiores: honores, illius consiliarij, eiusque clientes sunt filij hominum; his omnibus fidendum non est: filij enim hominum mendaces, magnates, impostores, mundus uero uniuersus improoperator, & nemo haecenus eidem conuixit, quin eius fraudem, imposturamque expertus sit. Psa. 143.

Audiuisse se Isaías genitum, atque exposulaciones improborum scribit: nam calamitatem suam deplorantes, contumeliabantur, et in narrationem reddentes, dicebant: *Quia posuimus mendacium nostrum, & mendacio protelli sumus.*

Mūdus a-
gyrta est.

Esa. 28.

40 DEMOCR. CHRIST. Cap.4.

Is verò, qui mundi mendacio, & falso fudit, & omnem spem suam, tam' malè collocat, eamdem ingemiscendi, fortisque suę grumnoę deplorandę occasionem habebit, quod tam male fortunam fixerit, mundoque nimium confisus sit.

Colof. 2.

Videte, ait Colossensibus scribens Apostolus, ne quis uos decipiatur per Philosophiam, & inanem fallaciam: is sane, qui in mundo agit fraudibus astuet, caueat, & inuigilet, ne seducatur, alioquin singularis propè momentis fraudi patebit; sapientissimi enim quique, & prudentissimi illius insidijs sunt circumuenti, quod non excubarint, & patum cantè se gesserint.

Ios. 1.

Gabaonitæ perfidi, & vafri Iosuam adiere habitu, ac veste peregrina, & vitæ genus, & patriam, mentiætes, Israelitas in fraudem pellexere, cumq; eorum ducibus pacem iniere. Tuum est cauere, ne te mundus decipiatur, & cum anima pacem, & amicitiam contrahat; est enim cautus, vafer, perfidus, ac naturam, feritatem, & nequitiam tegens, sepè ad te Gabaonitæ instar venit.

2. Cor. 12.

Angelus Satanæ transfigurat sc in Angelum lucis, teste Apostolo. Mundus sane verus est Angelus Satanæ, verus scilicet dæmon; qui se tamen sepè in Angelum lucis transfigurat. Cumque nequam, & scelestus sit, benignum se, comemque mentitur, quam maximè, quo scilicet homines in fraudem pertrahat. Tuum erit cauere, & omnem in partem excubare.

Amos 2.

Deceperunt eos idolas sua, ait Amos: ostendere vult, vnicam populi Dei ruinæ causam esse idola, à quibus in fraudem pertracti: cùm enim eadem toto vitæ tempore coluissent, nullum ab ijs bonum, auxiliumve, sed sexcentas pœnitentias ansas habuere. Mundus idolum est, omnesque eius

DE M V N D I F A L L A C I A .

41

eius vanitates nonnisi idola sunt, à quibus mundani decipiuntur: nam ijsdem seruientes, & adorantes velut numina quedam, nullum inde auxilium recipiunt, sed mille anxietatum, dolorumq. occasiones; adeò ut ipse vnika exitij, damnationisq. eorum, & animę a missionis sit occasio.

Ne desideret, inquit Parcimia stes, de cibis eius, in Prou. 23: quo est panis mendacij. Hanc imposturam adhibet mundus: omnes enim fastu quodam turgidus, & nomen querens ad nuptias inuitans, nihil omnino mensis suis inferr, quam fallaces falsasque volupates, quam delicias mendaces, quam gaudia facta, & fictam lætitiam. Malè ergo is sibi consulit, illius qui mensæ assidet, & cibos eius degustat.

Caligula Rom. Imperator, ut historiæ tradunt, iocum captans, quadam die epulum publicum in dixit, ad quod plerique Romani confluxere: verum umbraticis cibis conuiue duntaxat pasti: omnia namque fercula coloribus inducta, pictaque in mensam illata sunt, ut magno suo pudore, non minori, quam uenerant, fame domini redierint. Similis est mundi nostri consuetudo, qui velut alter Caligula, hominibus illudendo, superbè, magnificeque eos videtur excipere, ipsius tamen cibi, ac fercula nonnisi inania sunt, missus umbratici, & voluptates apparentes, ut non pleniores Cosmophili ex hac vita discedant, quam ingressi sunt.

Regia dignitate fulgebat Dauid, cui deesse cibi, & fercula non poterant, is ipse tamen præ fame emori se medijs in delijs clamat, nec corona se regia, aut aliqua mundi re satiari posse; verum satiabor, inquit, cum apparuerit gloria tua. Fame in celo seruat, in quo vera futura nouit bona, quæ in terra haberi nequeant, ubi omnia

42 DEMOCR. CHRIST. Cap. 4:
nia umbratica, ficta, & illusoria.

Mundus
exteriora
rerū ostē-
dit, iterio-
ra tegit.

Quām egregius impostor mundus? quām dolī eius, & fraudes uariæ? quām proditio, & insidiæ metuenda? Exteriora ostendit, ea quē oculis homi-
num obiicit: quos deinde excæcat, ne eorum inte-
riora, fundumque intueantur. omnibus quendam
voluptatum, gaudiorum, ac deliciarum oceanum
præfert, fluctibus verò scopulos, rupes, & Capha-
reia laxa tegit, naues comminuere, & perdere soli-
ta. Honores deliciasque ostentat, pericula, &
discrimina, quibus ipsa scatent, quām maximè oc-
cultat.

2. Reg. 19.

Ita Absalomo regiæ dignitatis splendorem,
subditorum parentiam, prouinciarum regimen, re-
rum directionem, exercituum ductum, virium
præsidia, magnatum sequelam, æratij opes, aliaque
superbiæ argumenta proposuit, at texit pericula,
qua in singulis latitarent, occultauit calamitates,
infortuniaque enasci hinc solita, non ostendit illi
arborem in qua velut è cruce dependeret, non cæ-
sariem, qua velut rere innexus peperdit, non hasti-
lia quibus traiectus, non Ioab, à quo transfixus, &
interemptus.

Mat. 27.

Hoc item modo decepit perfidum, & scelestum
Iudam, ostentauit illi namque Iudeorum loculos,
aperuit synagogæ nummos, sed quæ securita erat
mala abscondit, scilicet mortem vnigeniti filij
Dei, Hierosolymæ excidium, Apostolorum scanda-
lum, & proptij corporis perniciem, dum seipse su-
spendit; & animæ interitum, dum præceps ruit in
Tartara. Quotnam etiam hodie Absalom, & Iude-
æ à mundo decepti sunt, & eisdem in mundo
fraudibus in insidiæ pertracti. Lubrice, lasciuie, ac
carnis mancipium, mundum ignoras, nescis, an va-
fer, subdolus, & fallax sit, dum voluptates, delicias,

am.

amplexusque veneros tibi proponit : verū tur-
pitudinem , sordes , & infamiam in ijs latitantem
non ostendit , rosas ostentat , tegit spinas . Ita soro-
ris propriæ Ammoni desiderium , amorem q. lasci-
uum iniecit , vt eamdem summo cum dedecore
constupraret ; at quæ sequerentur hinc calamitates
non aperuit , nempe patris indignationem , Absa-
lomi exilium , regni scandalum , mortem denique
suam , quam frater illi machinatus est.

Perfidus hic māgo auaro auri fulgorem , opum
vim , diuitiarum auctoritatem aperit , verū quois
in ijs conquirendis labores , in conseruandis solici-
tudinem , & anxietatem , in fruendo pericula su-
beant diuites , plane abscondit : tacer , quod olim
in Euangelio alteri cuidam diuiti in clamatum :

Stulte , hac nocte repetent animam tuam à te , quæ autem parasti , cuius erunt ? Silet , quæ de cinnibus in genere diuitibus Redemptor dixit : Facilius est Camelum per foramen acus transire , quam diutinem intrare in regnum cælorum.

Satanas Dei filium tentaturus , in montis eum
fastigium sustulit , atque inde ostendit illi omnia
mundi regna , & omnem gloriam eorum : detexit
quidem quæ bona , dulcia , & amabilia in regnis
habentur , sed quæ sub diademate latent , mala ,
molestias , curas , anxietates texit . Huius fatinæ
ipse mundus est , nam ambitiones , desideria
que honorum proponens , infortunia , pericu-
la , ac discrimina hosce comitari solita non re-
uelat .

Demetrius Lacedæmoniorum rex mundi fra-
dum gnarus in primis dicere solebat ; si quis nos-
set , quām graue foret sceptrum sustinere , & quæ in
regum tentorijs ærumnæ , anxietates , inquietudi-
nesque stabulant ; vix quisquam in mundo haberet

queat ,

Demetrij
apophthe-
gma.

queat, si modò aliquam salutis quietisque, seu rationem habeat, qui regnum ambiret, imperium acciperet, imò vel è terra diadema sustolleret. Quod insignis ille rex de regno, ipse de omnibus omnino rebus dicam, & asseram, si solicitude, inquietus, & anima: periculum, cui se quis has ambientia exponit, semper ob oculos versarentur, numquam aliquem futurum existimo, qui ipsas concupisceret, imò qui vel easdem è terra leuaret. Mundus ergo nos decipit, dum nos ijsdem implicat, & implicat dūm decipit, exteriora ostendens, & interiora tegens, atque instar apocalypticæ metrīcis habens poculum aureum in manu sua, plenum abominationibus, & immunditiæ, quas tegit.

Apoc. 17 Tenebrarum Princeps in deserto Christum oppugnans, non tulit illum in sanctuarium, & tempi adyta, sed pinnaculum, id est, summum fastigium, & coronidem, quæ splendori magis, & ornamento quam necessitati serviebant. Astus est planè diabolicus, discimus hinc, si mundus dæmonis exemplo, filios Dei tenter, & ad Ecclesiā, sacraq. perirahat illos ad interiora, sancta quadā consideratione non ducturū, honorēm diuinum Ecclesiæ necessitatem, animarum salutem proponendo; sed ad pinnacula semper sublatrun, dignitates, Episcopatus, rediuum amplitudinem ostensum; honores, non onera, aut gravamina representaturum.

Prou. 14. Liberat, inquit Sapiens, animas testis fidelis, & profert mendacia verisepellis. Is porrò mentit, & verisepellis est, qui aliud cogitat, aliud loquitur; qui exteriorū quidem bonitatem, probitatemq. profert, interiora verò nequitiam fouent; qui vna manu

gaudia, & delicias præfert, altera molestias, & amaritudines obtagit. Talis mundus est, duplex, astutus, fictus, & hypocrita, aliud non loquens, quam mendacia. Vitam quippe hanc delicijs, & voluptatibus refertam exteriùs dilaudans, tormenta, bella, infortunia, calamitatesque comites eiusdem assiduos non commemorat. Mendax igitur est, dum non nisi pacem iactat, & perfidè nos ad bellum pertrahit; sicutum porrò redolet, spe cimen quoddam boni præferre, cætera, quæ ad vñterina, & ficta sunt abscondere.

Mimiludionesq. spectatoribus illudentes num- Dæmon,
quam cominus videri volunt, ne artificium, ac fu- & diabo-
cus pateat. mundus, & diabolus duo sunt im- lus duo im-
postores, quorum omnis impostura ficta est, & te- postores.
cta, numquam te posse speres eorum nequitie in-
teriora arcanaque perspicere numquam scilicet
ad conscientiæ te remorsum, aut tui ipsius noti-
tiam inuitabunt; sed ad vana dumtaxat, & super-
fluas apparentias.

Stultus sanè, & fatuus ille est, qui hoc modo decipi se sinit, inque exterioribus consistens, ultius non ritiatur, & viscera non scrutatur. Angelus Tobiae juniori ait: *Exentera hunc pisces, & cor eius, ac fel, & iecur repone tibi,* est quippe ocu- Tob. 6.
lis ægris salutare. Ita cum mundo agendum, exen-
terandus ille est, & extra educenda, consideranda
inquam, quæ sub vitijs eius lateat amaritudo; hoc
quippe conducit, ut apertis oculis, eiusdem nequi-
tiam, abominationem, fraudem, & imposturam
notis.

In Leuitico prius iubetur pellis animali immo- Leuit. I.
lando detrahi, quam Deo in victimam offera-
tur. Mundus vero econtra offert tibi vaniratum
suarum victimas, deliciarum, honorum, & com-
modi,

46 DEMOCR. CHRIST. Cap. IV.
modi, pelle pallioque rectas, easque excoriari impedit, ne forsan intestina, & interiorem vitiorum eius nequitiam perspicias.

Exod. 3.

Moses Dei famulus cælitus inspiratus, Ietro sacerdotis gregem ad interiora deserti ducebatur. Cōscribi hoc Spiritus sanctus voluit, nobis, ut documēto foret, semper cogitationum nostrarum gregem ad interiora deserti mundi huius conducendum, neque satis esse, in limitibus extremisq; pascere, verū intima petenda, ad interiora penetrandum, & hypocriteos pellem tollendam.

Ezec. 42.

In templi imaginarij fabrica, quam Ezechieli Deus descripsit, fuit deambulatio quædam, ac porticus decem cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens, viæ cubiti vnius. Insigne fabrica hæc mysterium denotabat, scilicet animæ nostræ porticum contempstationem esse, quæ decem cubitos latitudine complectitur, id est, circa decem categorias versatur, quibus quidquid in mundo habetur, continetur; hanc porrò semper interiora viæ, quæ ad mundum ducunt, & non nisi cubiti vnius latitudine est, quod nihil mundo minus, respicere debere; & oculos animæ semper ad interiora eius convertendos, ut eiusdem fraudibus detectis, eius motima effugiet, & declinet.

Suadet Interiora igitur scrutare, & impostoris pectus mundus aperi, & videbis quam vana, & terra sint, quæ ipse parua ma amas; considerationes sustolle, & cogita fallit te gna esse, dum mundo credis, cui dum credis, credis magna magna parua.

Ita cælum tibi exiguum videtur, cum sit immensum, terra vero maxima, quamvis minima, eo musca elephantem illo suadente, & ex elephante muscam facis: docet guttas, oceanum; arenam, montes esse; econtra vero, montes arenam;

DE MVNDI FALLACIA.

47

nam; & oceanum nonnisi guttulam.

Hasce tibi imaginationes inanes, mendacesq; imprimis, dum à diuino te trahit obsequio, & à regnum cœlestium auocat desiderio; vt te in vincula sua pertrahat, & rebus terrenis animum cogat affigere, hisce tibi modis illudit, cùm æterna te aspernari vult, quò terrenis, & corruptibilibus inesceris. Saniori iudicio iudicabat Apostolus, qui nonnisi Phil. 3. cœlestia magnificiebat, & terrena velut stercora repudiabat, credebatque.

Meritò Hebreis criminis vertitur, quod cùm cœlesti cibo à Deoque præparato in dies reficerentur, ipsum riderent, cibosque secundarios, & viiores allia, cæpas, & porros Ægypti murmurando desiderarent. In quo sanè non parum falsi sunt, nec minus nos; qui magis culpandi, quod quæ nostra cæcitas, cœlo, quod Deus offert, cibisq; cœlestibus ollas carnium, & secundarium cœpe, & mundi huius allia præferamus.

Hæc sunt veræ stoliditatis argumenta, & imprudentiæ nostræ signa, dum culinas, tam audiē captamus, & AEgypti huius porros peponesq; tam perditè concupiscimus, vt præter hæc, ac sine his omnia nobis despiciant, ac displiceant. Pharaonis nos fercula oblectant, quamuis captiuitate nos premat; cibus vero Dei despicit, tametsi diligit. Similes haud dubiè sumus filijs Sunam; qui herbis sylvestribus in ollam collectis, non credebant, noxiis, & mortales illas esse, donec de turba quidam dixit: *Mors in olla.* nam omnigenas vanitates; quæ sunt velut totidem herbæ noxiæ, colligentes, quibus ambitioni satisfaciamus, discrimina non aduertimus, in quæ nos pertrahunt. & licet Deus, ac Prophetæ perpetuò inclament, mortem esse in olla, & onus hæc venenum, & nonnisi damnationem

Exod. 16.

Num. 11.

4. Reg. 4.

48 DEMOCR. CHRIST. Cap. IV.
nonnisi damnationem continere; non credimus;
à cœptisque desistere nolumus, nisi violenter mors
auellat.

Sanguisugè corrupti, infectique sanguinis adē
sistentes sunt, ut corpori adhærentes non prius in-
de abscedant, quām sanguine turgidi, & emortui
excident. Eiusdem nos naturæ sumus, voluptati-
bus, gloriæ, & iucunditatibus mundi huius inhian-
tes, quæ reuera non aliud, quām pestilens putridi
corporis mundi huius sanguis, ut vanitatum venis
semel affixi, non antē easdem deseramus, donec
plenos, & turgidos mors abripiat, corporeque in-
terta deiecto, animam lēpē in abyssos infernales
deturbet.

Mundani
pueris col-
lati.

Pueri ita nutricis lacti assuescant, ut matrum
suarum immemores, omnem quem in lucem eden-
do dolorem illæ subiere obliuiscantur. Ita quo-
que plurimi, mundi delicijs, ac suavitate sic ca-
piuntur, ut Patrem cœlestem, à quo esse acce-
perre, & educati, & crudelissima morte redempti
sunt, penitus obliuiscatur, quod sanè deterrimum,
& intollerabile est.

Gen. 21.

In domo Patriarchæ Abrahæ insigne paratum
fuit epulum, & mira iucunditas, eo die quo Isaac
filius fuit ablactatus. non minorem ridendi plau-
dendique ansam habet homo, cui, & cœlestes om-
nes applaudere, & congratulari debent, vbi se à
uanitatum lacte, & deliciarum uiae huius mam-
milla abstractum uidet. sed quid? sunt qui rerum
uanarum dulcedine ita detineantur oblectentur
que, nulla ut ratione ablactari, & à mundi vberi-
bus auelli queant.

Stultum
est mundū
diligere.

Negari sanè nequit, & est verissimum homi-
num errorem, ac inanias esse, mundo adhærente,
ut si, uel una hora, ex illo, quod terre rebus dicant,
tem.

tempore, sedulo cogitarent, omnia terrena momentanea, & temporaria esse, & nonnisi maximo parari labore, fieri non posse credam quin statim, ut illorum insidijs intercepti fuerint, ante ijsdem se expedirent, quam dies suprema aducisset.

Sunt sane peruersæ quædam imaginationes, quas mundus nobis suggerit; cum enim perspectum habeat, nihil ad intellectum pertingere, quod non prius sensibus conceptum sit, ubi mens è canalibus sensuum bibit, impostor ille, velut alter Iacob coloratas, variaque quasdam virgulas intermisceret, id est, honores, & omnigenas voluptates, quas sensibus obijcit; atque idcirco à vanitatibus ostensis præoccupata instar ouium Iacobi, variegatos, & discolores agnos concipit, id est, mundana desideria, & ambitiones quasdam fatuas, quæ deinde iniqua, scelestaque opera prognunt.

Eia igitur, anima mea, oculos aperi, rationem consule, insidias hasce, & pedicas caue, finge in mundo syrtes, & charybdes, illusiones incide, phantasma nonnisi exta hæc enerua, halce fraudes, & imposturas deteg; noli virgularum quas impostor hic ostendit, dam spe colores intuendo admirari; nam omnia, quæ apparent, nonnisi vimbratica sunt, omnis esse, & substantia expertia; oculos, desideria, & cor tuum sustolle ad considerandum, considerandoque amandum, amandoque sectandum cœlestia, & numquam intermoritura.

Cogita anima mea, mundum exterius quidem 4. Reg. 3. insignem esse, & habitationem ipsius commodam, sed terram eius sterilem, & aquas amaritudine notas. Vti olim dixerat Ierichuntini Eliseo Prophetæ: Ecce habitatio cinitatis hui^o optima est, si

cum tu ipse Domine prospicis; at aquæ pessimæ sunt;
& terra sterilis; idem tibi in mundo hoc effinge
anima mea hunc Iericho quamdam esse credas,
cuius situs quidem gratus, & delectabilis, sed aquæ
völiuptatum, honorum, atque opum insipidae, &
terra ipsa deserta, sterilis, & infrugifera, præter
spinæ, tribulos, & infortuniorum, calamitatum,
& ærumnarum lolium nihil proferens, amore in-
digna, ast odio Immortali dignissima.

C A P V T V.

Exploditur Mundi fallacia.

Dum tantum placet, allicitque mundus,
Dum vultu fauet annuente fronte,
Plenus delicijsq; , gaudijisque,
Falso hypocrita ludit in cucullo.
Osi cor reseres, reconditasq;
Intus si ualeas uidere fraudes?

Actor. 13.

Apostolus in Actis Elymæ Magi beneficia, nequitiamque fugillans, aiebat: O plene omni dolo, & fallacia, inimice omnis iustitia, non desinis subuertere vias Domini rectas. Porro mundus secundus est Elymas, nobilis inquam veneficus; quem proinde quilibet vir probus hac contumelia proscindere, eisdemque verbis compellare potest, scelerate, & perfide mente, cor tuum fallacia, & fraude crepat, virtutem abhorres, ac iustitiam detestaris, nec desinis umquam vias, consiliaque Dei subuertere, & turbare, quò homines in fraudem pertrahas, & excæces, eorumque animas extio sempiterno inuolucas.

Quod

DE MVNDI FALLACIA.

51

Quod risus homini, igni calor, saxo grauitas, & plumæ leuitas, id mundo est fallacia. Et talis ab initio exstitit, adeò ut fraus ei agnata, & naturalis. Peccantium naturam describens Psaltes ait: A. Psalm. 57.
*lienatis sunt peccatores à vulua, errauerunt ab rtero,
locuti sunt falsa. Ceterum mundus omnium præ-
varicatum Princeps est, & coriphæus, vt potè, qui
natura scelestus, & improbus, errauit iam inde ab
initio, vna cum vita cœpit illius nequitia: atque
vt actiones eius semper iniquæ, & detestandæ, ita
verba falsa temper, ac subdola.*

E verbis, & lingua cuiusque agnoscitur nata. Matth. 27
Ie solum, & patria: ita ancilla ostiaria Caiphæ Pe-
trum è verbis agnouit Galilæum, dicens: *loquela
tua mani festum te facit. Cæli loquela, linguaque
ipsa est veritas; mundi vero falsitas, & menda-
cium. Hac potrò è lingua liquido cognosci potest,
mendacem, sceleratum, nequam, & impostorem
esse.*

Elyphas Iobi amicissimus de hypocrisi loquens, Iob. 19.
hunc in modum locutes est: *Concepit dolorem, &
peperit iniquitatem, vterus eius preparat dolos.
Quantus hypocrita, & simulator mundus est; ip-
sius conceptiones dolore spirant, partus inqui-
tatem redolent, vterus, & vulva mera officina
fraudum, & seminarium dolis. Exterius quidem
pulcher, & fulgidus apparet, interius vero non nisi
falsitas, & nequitia.*

Leo ille, quem Samson in Philistijm terminis Iud. 14.
lanjauit, dentes habebat melle refertos, &
examen apum in fauibus: *Venter vero inte-
rioraque scutitiam spirabant leoninam, qua nul-
la bestia immanior, aut ferocior. hæc mundi
hieroglyphicum, & schema est: os siquidem
ille habet mellitum, & veiba saccato dulcio-*

32 DEMOCR. CHRIST. Cap. 5.
ra, sed fraudem, & feritatem leoninam pectore in-
trinsecus fouet, id est intus crudelitatem, fraudem,
& nequitiam spirat.

Cap. 19. *Est, qui nequiter humiliat se, ait Ecclesiasticus: &*
interiora eius plena sunt dolo. Verba hæc verè mun-
do huic adaptari possunt, qui sicut se, humilier-
que humiliat, interim cor eius, pectus, & interio-
ra perfidiam spirant, una pacem præfert manu, al-
tera bellum, hic suauiter adulatur, & illic crudeli-
tatem ostendit. Dormitantem effingit canem, va-
rijs colit officijs accedentes, intus tamen mera,
fraudus regitur, & impostura.

Psal. 35. *Verba oris eius, scribit de scelesto Psalmista, ini-*
quitas, & dolus, noluit intelligere, ut bene ageret.
Mundus nequissimus est, natura in vitium pronus,
numquam, ut bonum, sed semper malitiam cogi-
ter, verba eius non nisi fucus, & sermo fraus, & mé-
daciū, loquitur mētiendo, & mētitur loquendo, in-
que verbis eius perfida semper elucet proditio.

Mat. 26. *Iudas omnium proditorum perfidissimus, do-*
minum blandis osculatus, & amplexatus verbis,
in hostiles eum manus tradidit, atque hinc morti

Iuda ne-
quiор mū-
dus est. *funebra viam stravit. Mundus perfidus quidam*
Iudas est, quin etiam multò vafrior; suos enim
clientes amplexibus stringens, & osculans, deli-
cijis fouens, & verbis blandiens suauissimis, nequi-
ter prodit, in mortis manus tradit, & in sempiter-
nam damnationem pertrahit; illius oscula peri-
culosa sunt, & blanditiæ noxiæ perfidia, & pro-
ditione scatent. Hodie manum alicui osculabi-
tur, quem cras opprimet, & necabit; huic obse-
guin, & famulatum spondet, cui tortor fuisse sa-
pè vellet; quos amplectitur, eos sapè interemptos,
ac perditos vellet. Verba igituſcius perfidiam
spirant.

Dalila

DE MVNDI FALLACIA.

55

Dalida Philistæa de ficto Samsonis amore expo Iud. 13.
stulans ira con questa est quasi deserta. *Decipis me,*
& falsum loqueris. cui cùm secreta, & arcana de-
texisset, ab ipsa proditione vitam amisit. Beata por-
rò illa est anima, quæ de fallace mundi expositu-
lans amicitia repetere aduersus eumdein potest,
fallax es mundo, singulis me momentis decipis, &
verba tua nonnisi mendacium sunt, & dolus, quin
mò beatior, quæ detrecta eius fraude, & perfidia
vitam illi auferre valet, illius adinstar, qui tam exi-
miè decantat: *Mundus mibi crucifixus est, & ego*
mundo.

In passione Dominica legimus: Iudeis necem Gal. 1.
Domino falsis criminacionibus molientibus, duos
nouissimè testes venisse, & falsum aduersus virum
innocentissimum testimonium protulisse, & ad-
uersus omnem veritatem crimina inaudita illi
obiecisse. Quotidie de novo Christus cruci suffi-
gitur; dæmon, & mundus duo falsi testes sunt,
qui mendax aduersus illum testimonium depo-
nunt, varijsque sanctorum vitam, veritatemque
Evangelicam criminacionibus fugillant. Primo
mundus protulit, & quotidie etiamnum profert
tot falsa testimonia; paupertatem voluntariam
meram, ait esse mendicitatem, ac scurrilitatem,
pietatem superstitionem anilem, sui ipsius morti-
ficationem fatuitatem, humilitatem vero stul-
titiam: quin etiam præter fas, & æquum, testatur,
diuitias vitæ huius beatitudinem, voluptates illius
gaudia, & prosperitates commoda esse: interim
falsa sunt testimonia.

Oseas Propheta crimina Chanaan, & imprimis Osee. 13.
falsitatem exaggeras, aiebat: *Chanaan in manu eius*
statera dolosa calumniam dilexit. Idem de scelesto
hoc mundo quin dicas? qui è stirpe, & proge-

Mundus nesci impij Chanaan, qui filius maledictionis, & fallax in pater iuris, est quippe verus Chanaan, ad casta tera, & lumenia edocetus, nihil vendit, nisi pondere falla mensura, ci, & manus eius plenæ iniquis mensuris, qui singula appendens, clementes decipit, singulis vendendo sua imponit; & stateræ eius mendaces, & iniquæ; coelestia enim levia reddit, & grauia ponderosa que ea, quæ terræ sunt; deprimit in bilance delicias, & voluptrates corporis, vitæque gaudia, & quæ ad animæ salutem Dei cultum, & vitæ alterius beatitudinem spectant, velut levia, nullius ponderis, & momenti sustollit, & eleuat.

Psal. 61.

Mendaces filii hominum in stateris, ait Psaltes. Hunc in mundum agit mundus, atque in stateris mendax, & dolosus est, Cosmophilos, & aulicos decipit, & fallit, honores, qui non nisi fumus, & inanæ, tam sublimè efferendo; auaros vero tam carè illis diuitias, quæ non nisi malæ, & noxiæ, diuendendo; mulieres vero, ventistati, quæ floris instar mox, ut ortus emarcescentis, nihil est, tantum pondus adiungendo; doctos vero, & sapientes circumuenit dum litteris, quæ non nisi mera vanitas, raptam auctoritatem affingit. Denique vniuersum mundum decipit, res frivolas, & inanes, tam sublimè sustollendo, & quæ dignæ sunt, & magni momenti, tam profundè deprimendo. At mundus in iudicijs erroneus est, illius pondera iniqua, bilanx eius falsa, & statera mendax.

Prou. 1.

Dicit Patremiastes: *Statera dolosa abominatione est apud Deum, & pondus æquum voluntas eius.* Si Deus æquissimus, & omnipotens tecum velut exacerbadam, credit mensuræ iniquitatem, & fallaciam, & non nisi æquo pontere delectatur, quantum eius tu exemplo abhorre, & detestari debes. Istecelestam hunc mundum, cuius manus plena pon de-

DE MVNDI FALLACIA.

55

deribus iniquis, & quidquid in eius officina diuen-
ditur, carissimo venditur, quodque longe dete-
rius, mensura falsa? An non ei go mercatorē hunc,
vt fallacem, & detestandum habere debes, cūm
te in omnibus decipiatur rebus, & ad singula verba
mendacia proferat?

Diabolus cūm homini fraudem moliretur, eius Gen. 3.
beatitudini, prosperitatq; inuidens, virulentis ser-
pentis formā induit, & a mendacio fraudem exor-
sus est, asserens, nequaquam illum moriūrūm,
quamvis mors in foribus esset. Tyrannū hunc mun-
dus imitatur, & diabolos æmulatur; vbi, n. quem
quam decipere vult, in omnes se trāsimutat formas
quin, & serpente se deteriorem reddit, & a men-
dacio tentandi sumit initium, vitam ei perpetuam
pollicitus, quamvis viuæ templa distinçians
Parca, vt plurimum in sepulchrum cum abieciat;
diuinos ipse ei spondet honores, peccatoque ad-
misso bruium, & bestiam esse ostendit.

*Qui nititur mendacijs, inquit Salomon, hic pa- Prou. 10.
scit ventos, id mautem ipse sequitur aues volantes.*
Pascere autem venios, & secui aues volitantes, siul-
titiae species est: ita quoque fajum cum iudicat
Sapiens, qui nititur mendacio. Quicunque porrò
mundo delectatur, eique cogitationibus adhare-
scit, is ventos pascit, ventis pascitur, & inhians se-
quitur ea, quæ citius avibus, columbis, aquilis pre-
tervoluant, cùm enim interitui obnoxia sint, cur-
runt, & aguntur sui cum interitu, & intereunt
corsitando.

*Vena vita os insti, & os impiorum operit iniqui- Prou. 10.
tatem, ait in sacris litteris Spiritus Sanctus, Iesus
Christus iustus est, & os eius origo, & vena vena
vitæ; mundus vero impius, cuius os, & fauces te-
gunt semper iniquitatem, & sub labijs fraudem*

d 4 con.

Psalm. 54. continet: melliti sunt sermones eius, verba plena
saccarō, verūm proditio delitescit, quæ velut to-
tidem sagittas, & tela toxicata existimā. Seque-
re ergò venam vita, & fuge mangonem, & nugi-
vendulum.

Ose. 4. Oseas Propheta de hoc perfido mangone olim
expostulans, aiebat, *Non est veritas, & non est
misericordia, & non est scientia Dei in terra.* Ho-
die verò potiori iure eadem iterati expostulatio
potest; nam reuera nonnisi fallacia, ac fraus in
mundo hodie reperitur, misericordia exulat, &
Dei scientia in eius academia non amplius doce-
tur. Misericordia in crudelitatem, scientia in igno-
rantiam, & veritates in mendacium commutata,
atq. hinc mundus verè miserabilis, & deplorandus.

Prou. 6. Ait in Prouerbijs Sapiens: *Sex sunt, qua odit
Dominus, & septimum detestatur anima eius, oculi
los sublimes, linguam mendacem, &c. Sancte mun-
di lingua mendax, nescia veritatis, mendacia spi-
rans, cuius verba numquam fidelia fuere; atque
hic mendax est, quem Deus tanto prosequitur o-
dio, quemque tu penitus, & ex corde detestari de-
bes, numquam illi fides, nec verbis illius crede-
re, nam quotquot ei hactenus aures præbuere, in
technas, & laqueos pertraxit, & etiamnum te de-
cipiet, si fidem adhibere volueris.*

Prou. 12. Dicitur in prouerbijs: *Abominatio est Domi-
no labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent
ei.* Si Deus, qui ipsa veritas, aedē mendacium de-
testatur, & tantoperè diligit eos, qui preferunt ver-
bis fidelitatem; quantum abhorrete, & abomina-
ri debes scelestum hunc mundum, qui omnis ini-
delitatis auctor falsitatis magister; & mendacij
pater. Detestare, & fuge mendacem hunc, to-
to illum corde oderis, affectum omnem ab eo di-

ver-

DE MVNDI FALLACIA. 17

uertere, numquam in illius te clientelam tradas, nam
in verbis fallax, & in promissis perfidus est.

Ioan. 8.

Olim ita Redemptor de diabolo ait: *N*on est ve-
ritas in eo, cùm loquitur mendacium ex proprijs lo-
quitor, quia mendax est, & pater eius: quod ad dia-
boli confusionem Christus dixit, nes in mundi ver-
tere opprobriū possumus; est enim nouus hostis,
numquam in eo veritas est; quando falsitatem pro-
fert, nequit iam suam prodit, & mendacium pro-
loquens a seipso loquitur, quod fraudis omnis, &
auctor, & incentor sit. Verba illius merus
ventus, opera merus cruciatus, agendi ratio, pro-
ditio, & amplexus eius vera perfidia; in omnes se
transfigurat formas, ut omnibus nos decipiat
modis.

Consulit Ecclesiasticus: *N*e accipias faciem ad-
uersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam
mendacium. Salutare præceptum tibi, & doctri-
na notatu dignissima, quo tibi caueas à fupo mu-
tatione, & vicissitudine mundi huius; semper quip
pe hypocrisim vultu, & mendacium præfert, & a-
lium semper vultum ostentat, quām quem te ferre
vult Deus. oculos habet in risum proclives, & tuos
lacrymis natare vult Deus; dentes habet in crude-
litatem, & maledictionem exacutos, & tuos mi-
sericordiam, & charitatem sonare vult De-
us; os habet uoluptates, & gluuiem spirans,
tuum uero Deus cupit austeriori, ieiunijsq; assue-
scere; linguam in mendacia laxatam habet, tua ue-
ritatem, ut crepet, vult Deus. Vide igitur, quanta
inter utrumque uultum sit discrepancia. Cave, in-
quam, ac uide, ne mendacio eius, quod animæ tuæ
saluti, & commodo aduersantur, auscultes: hasce
fraudes prius excute, laruam hypocritæ, & perso-
nam impostori huic deurah.

Sig.

4. Reg. 9.

Scelesta Iesabel faciem mutare uoluit oculos de pingendo, & ornare caput accuratiū, & compitiū, quo Regem Ichū in fraudem peliceret; ac generosus ille Princeps technas muliebres dicens, & fucum olfaciens, ut quām pernouisset, è fenestra eam dari præcipitem iussit, & per uicos raptari. Eadem tui decipiendi ergo arte uitur mundus, uultum desfigurat, fucum, stibiumque dissimulationis adhibet, & prætiosas hypocriseos fictionisque exterioris uestes induit; uerū tuum est, Principis illius exemplo, cùm si audes eius per calleas, & ipsum intus, & in cute noueris, illum dare, non è fenestra domus alicuius, sed è summo cordis, & amoris culmine deorsum ad usque imum egrē gij contemptus ipsius fundum præcipitem, neū pluris illum facere, quām luti, & quisquiliatum, quæ foras abiiciuntur propudia. Ille te decipere uititur, uerū tuum est illum decipere. Ille salutat prodendo, & salutando proficit; quo circa tu omnem in partem circumspice, & uide.

2. Reg. 20.

Ioab præfectorus castrorum Regis Dauid, Amasam fratrem, virum bello strenuum salutans, officiose compellans, benignisque sermonibus alloquens, dum una manu in amplexus iuit, altera sicam lateri indit, uitaque spoliat; quod sanè summae est perfidiae argumentum. Cæterū ipsa quam mundus uitit etiam multo maior; est quippe secundus Ioab, qui iugulat, occidit, & uicidat quamplurimos: nam perfidus hic fingens officissima obsequia, verbisque deliniens illos, quām suauissimis, eo quo ipsos amplectitur momento, letales infligit plagas, quæ corporis mul, & animæ mortem adferunt. Illius enim salutationes non nisi hypocrisis, neība similitudo, & amplexus de.

deceptio: caue, si volueris, atque ubi nideris mun
dum brachia in amplexus stringere, uide num se-
cundus sit Ioab , qui vna te amplexetur manu, al-
tera pugionem stringat, quo te interimat, & uitam
tollat.

Absalon odium aduersus Ammonem fratrem 2. Reg. 19
ob violatam , & constupratam sororem Thama-
rem conceprum alto premens pectore, solenne in
struxerat epulum, ad quod ipsum inuitarat; quem
exquisitissimis ferculis , uinoque letissimo reple-
tum, ad conuiuij finem misere interfici , &
obtruncari iuber; atque ubi nulla timoris uide-
batur occasio , nulla mortis suspicio , ecce a mor-
te miser occupatur , quæ perfidi huius viens pro-
ditione , à deliciarum mensa , ad tumulum for-
dium transmisit . Hęc mundi nobiscum agendi
est ratio : is quippe alter Absalon est , qui immo
pectore mortale aduersus nos odium souens, fin-
git deliciarum se nos epulo excipere , lauta ap-
parat conuiua specie exteriori tenus , sed meræ
deceptiones sunt , & laquei quibus induamur : sępè
namque perfidus hic proditor in medio conui-
uorum , & epulatum nuptialium plausu , uelut
Amnones nos obtruncat incautos ; atque ubi ab
ipso nihil nobis timemus , delicijs illius inescati
ibi ab ipso uita exuimus . Nę ille infelix , qui
nimium illi fudit , atque illo infelior , qui sibi
minime cauet , & impostoris huius laqueis im-
peditur . omnia quippe conuicia eius suspecta
sunt , & uoluptates periculo plenae , & ruine pro-
ximae .

Apocalypsis exotica quædam animalia nobis Apoc. 9.
depingit , quæ Scriptura Locustarum appellat no-
mine: faciem quippe habebant humanam, dentes
Iconinos, caudam scorpionum , serpentum , aut
croco.

Mundus crocodilorum. Monstrum hoc revera, & chima
 LocustisA ricum portentum, sed ad viuum, miserum mun-
 pocalypti- di humis statum depingens. is quippe monstrū est,
 cis similis quod faciem, vultumque benignitate, & clemen-
 tia renitentem præfert, qualis hominum esse
 ~vultus solet; sed dentes eius crudelitatem feri-
 tatemque spirant leoninam, & caudam, quod in
 animante postremum, scorpionum, & uiper-
 rum instat uitulentam. Habet enim mundus uul-
 tum formosum, exteriorem formam suauem,
 ut in nihil nisi suavitatem spirare uidetur, sed den-
 tes habet leoninos, quibus misere nos dilaniat, mo-
 dò honorem detractione deterens, & atrodens,
 modò uitam cæde homicidioque auferens. Adhèc
 uultum habet renitentem, & caudam ~venero
 imbutam: si enim initio arrideat mundus, in fi-
 nem uenenum afferuat. Adulatio in primo occur-
 rit aditu, sed in abiū proditio. Ergo quidquid
 in mundo, suspectum tibi sit, nam quidquid agit,
 aliò non tendit, quam, ~vt te decipiatur, prodat,
 damnet, & necem adferat. quapropter ubi il-
 lum tibi uidetis artidentem, à cauda tibi canreas
 oportet. Scorpio hic periculosus est, illius morsus
 noxij, & letales, à consolationibus incipit, & in in-
 iurias finit, & desinit.

Iob 3. &

22

Mūdus cō-
 solari inci-
 pit, sed in
 crimina --
 tiones de-
 finit.

Tres amici Iob, cùm aduersitatum procella ob-
 rueretur, ipsum consolaturi, benignisque sermoni-
 bus animaturi uenere, uerū plurimis eum pòst
 iniurijs proscidere, & conuameliosis uerbis lacessi-
 uere, & in primis Elyphas, cui ille plurimum fide-
 bat, improperabat ei: *Et non propter malitiam*
tuam plurimam, & iniquitates tuas plurimas?
 Huius satinae mundus ipse est, & eodem nobis-
 sum agit ritu; amicum se namque nostrum-
 singens, nebisque fidelissimum, ac primum ad-
 uersi.

DE MVNDI FALLACIA.

61

Uersitatis turbinem animum videtur suggestere,
& animae vulnera consolari: verum postea hu-
manitatem in feritatem mutans, & benignita-
tis oleum in improperiorum acetum, persecu-
tiones parat, & iniuriarum in nos plaustra
exonerat. An non hoc insignis falsitas, prodi-
tia quedam feritas, & proditio fera? sceleratus
enim est, crudelis, perfidus, fallax, & omni ratio-
ne decipiens.

Apud Ieremiam pseudoprophetæ quidam po-
pulum Israëliticum decipientes, dum dicerent:
Pax, pax, & non erat pax, sed bellum, describun-
tur. Tibi persuadeas velim, mundum de horum
numero esse, qui nunquam non pacem, requiem,
vitæ tranquillitatem auribus nostris occinit, inte-
rim nulla pax est, sed merum bellum, & dissen-
sio, itaque neminem non decipit, & in laqueos
trahit, pacem esse iactat in honoribus, requiem
in diuinijs, tranquillitatem medijs in delitijs,
quietem in gloria; nulla tamen pax, aut requies,
sed mera poena, cruciatus, sollicitudo, anxietas,
& inquietus.

Ierem. 6.

Mundus
pseudopro-
pheta est.

Transtulit apud Matthæum Satan Iesum in
montis cuiusdam verticem, atque inde ostendit
illi omnia Regna mundi, dicens: *Hec omnia
tibi dabo si cadens adoraueris me.* Mentiebatur
perfidè, & pollicebatur ea, quæ prestare nullo
pacto poterat. Mundus quoque ad eundem mo-
dum insolescit, seque iactat, fatuosque Cosmo-
philos ad honorum, ambitionisque montes su-
stollens, ostendit illis regna, honores, imperia, &
vniuersa hæc se daturum spondet, modò ipsum
colant, illiusque se clientes profiteantur; interim
tamen mentitur, decipit, & clientes suos vento,
fumoque inani pascit.

Mat.

Achab

Acab⁹ tyrannus Nabutham hæreditate pater.
 3. Reg. 21. na priuatus, ait: *Dam⁹ uimeam tuam, &c. dabo-
 que tibi pro ea meliorem*. Praeclara offerebat, miser-
 rum inani spei vento pascens, sed scelestus virum
 simul, & vinea, & vita exuit. Mundus tyrannus
 quidam persimilis est, nouus quidam Achab, qui
 hæreditate nos cœlorum priuatus pollicetur de-
 cipiens, & decipit pollicens meliora: itaque nobis
 imponens simul, & propositorum conceptum, &
 uitę nostrę filum præscindit.

Eccles. 29.

Quid igitur cogitas homo? semperne oculos ve-
 latos habebis, ut imposturam prædonis huius
 nequitiamque perspicere nequeas? semperne
 ita hebes futurus, & plumbus, illius ut falsitates,
 fraudesque agnoscere non valeas? semperne ita
 fascinatus, & dementatus, ut mundi nolis ineptias
 deserere, eiusque semper velis promissis inanibus,
 uti soles, acquiescere? Recordare, tibique ob ocu-
 los pone salutare quoddam Ecclesiastici consi-
 lium: *Repromissio nequissima multos prodidit dili-
 gentes, & commouit illos quasi fluctus maris*. Et
 sane sexenti, aliquae infiniti, quod pertinaciter
 vanis, verū noxijs letalibusque mundi promissis
 mundi promissis adhæserint crediderintque, misere-
 rē infeliciterque perierunt, & veluti in medio occa-
 ni fluctus agitati, concussique in fortunarum sua-
 rum æstu hic illucque abrepti collisi sunt.

Mundus
 sicarius ē,
 & spelæū.

Mundus reuera fallax est, & omni ex parte me-
 tuendus. Quippe pelagus est syrribus, & charybdi
 infame, in quo non cymbæ, aut naues, sed animæ
 formosissimæ naufragium faciunt, & ad imum de-
 uoluuntur. Silua est arboribus pulcherrimis insi-
 gnique virore conspicuis, & oculos oblectantibus
 confita, sed illius introitus, & aditus periculosus.
 Est quippe serpentum receptaculum, ac sepe la-
 tronum

DE M V N D I F A L L A C I A .

63

tronum spelcum . In silua illa Ierichuntina miser ille viator Euangelicus incidit in latrones , à quib . Luc . 19 . pessime habitus , & facultatibus , & vita prope modū , post inficta vulnera , spoliatus est . Mundus quoque lustrum quoddam est , sed Ierichuntinū , in quo tot animæ miserum deripiuntur , omnibusque facultatibus dispoliantur . Vide igitur , cùm per loca adeò periculosa gradieris , & caue tibi , priusquam hosce saltus subeas , pericula pertimesce , & prædonum insultus exhorresce .

Mundus non minus ferox prædo , quām perfidus deceptor ; & omni in re illi diffide ; officium illius , & pattes decipere est , & munia ejus omnes mortales in perniciem , & exitium trahere : quadringenti Pseudoprophetæ adulabuntur Regi Achab , vitam illi spondentes , & victoram , si ad bellum se accingeret ; cui tamen assentando imposuere . Nam verbis eorum , oraculisque nimium credulus ad bellum cum descendisset , vicitoria caruit profligatus , & uita iugulatus . Quidquid in mundo , nonnisi falsa oracula , quæ voluptatem nobis nostram prædicunt , & prælagiunt , itaque nos decipiunt ; ubi enim semel ad negotiorum bellum , conflictumque profecti sumus , ut plurimum in eo perdimus animam iuxta , ac vitam . Quidquid tibi consulit mundus , & quidquid appetitus , & concupiscentia tua dicitat , mera fraus , & impostura ; Achab instat quin moriturus sis sanè dubium non est , si mendacijs Pseudoprophetæ huius fidem adhibueris . Caue ne credas , consilia illius detestare , illiusque merces repudia .

Olim Batuch Propheta Israelitas hisce verbis est adhortatus : Videbitis inquit , ubi Babylone fueritis , Deos aureos , & argenteos , lapideos , & ligne-

ligneos in humeros sustolli, & terrorem sui mortali bus incutere: verum nolite propterea alienigenarum mores emulari: nam lingua ipsorum polita a fabro, ipsa etiam inaurata, & inargentata falsa sunt, & non possunt loqui. Quibus olim uerbis Propheta suo tempore Israelitas monuit, quod eos ad idolorum detestationem pelliceret, ijsdem ego te hodie, decepte Christiane, alloquor, uidebis non iam Babylone, at in mundi medio, idola aurea, & argentea, honores, & diuitias, aliaque maioris momenti, tanto cultu, maiestateque passim ab omnibus coli, & tantum non humeris mortuum sustolli: uerum propterea noli inescari, noli scelerorum insistere tramitem, scias uelim omnia haec numina, maiestates, deitates, & amplitudines terre, meras inanias, & fallacias esse, quae loqui nequeant, nullisque pollicant viribus.

C A P V T . VI.

Exploduntur vana Mundi promissa.

*Opes, munia magna, dignitates,
Regnumq; , Imperiumq; , Principatumq;
Et sue titulos manitatis
Fallaci undique mundus ore spondet.
Vah fallax bonum, & auferenda uentis
Vane pollicitationis aura.*

Psal. 144.

Quam triste, & miserabile uitæ genus est, mundo adeò ingrato, & beneficiorum adeò immemori obsequi, eiusque promissis tantum inniti? Quam brutus, & peruersus agendi modus, eligere mendacium

DE VANIS MVNDI PROMISS. 65

cium veritate repudiata, transitoria, & pereuntia
bona æternis perennaturisque præponere? Fide-
lis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in Mat. 24.
omnibus operibus suis, ait Psalmographus: econtra
verò mundus, perfidus, & infidus in omnibus pro-
missis suis, & nequam, ac scelestus in omnibus a-
ctionibus: homo tamen huic mangoni se credit,
verbis illius auscultat, promissisque oblatis inescat-
tur; Deum deserit, eius cultum repudiat, de ver-
bis eius dubitat, eius, inquam, qui fallere nequit,
qui ipsa veritas, quique ore suo olim pronuncia-
uit, cælum terramque transitura prius, & in nihil-
lum conuertenda, quam verba sua à fidelitate, &
certitudine deflexura.

Omnis ergo iam exsurgant, mihi que coram as. Fallaci-
serant, num vetum sit, mundum omnia nobis pol mudi pro-
liceri bona, nihil donare tamen præter mala: polli-
ceri gaudia, non dare nisi molestias; polliceri
pacem, & quietem, & non dare præter laborem,
& bellum; polliceri voluptates, & non dare præ-
ter sudores, & anxietates; polliceri honores, & so-
la donare vituperia; denique vitam spondere lon-
gam, & voluptate bonoque affluentem, interim
tamen breuem reddere, laboribus plenam, & mi-
serijs saturatam.

Mūdus multa quidem promittit, & pauca præ. Mūdus re-
stat; diuitem se, & opulentum fingit, omnesque gé simulat
se ditaturum spondet affecias, & reuera nihil ha. & Ito pau-
bet, & ad paupertatem etiam redigit eos, qui diui- perior.
tijs abundabant, & Ito pauperiores reddit.
Nonnisi ferox tyrannus est, qui solum rapto de-
peculationeque facultatum subditorum viuit, nec
villas habet opes præter eas, quas clientibus
suis extorquet, & diripit; nonus quidam Achab 3, Reg. 21.
est, qui hortos sibi cum dispendio, & iactu-

ta vinearum populi sui plantat: qui Nabuthas inquis criminacionibus proditos, ad necem pertrahit, quod illorum hereditate potiatur.

Psal. 34.

De inimicis queritur Psaltes: *Reddebat mala pro bonis sterilitatem animæ meæ.* Inimicus noster est mundus, idemque nobis præstar, ob fidelia, que illi præstimus obsequia, nonnisi mala reddit, & afflictiones, ob fidelitatem exhibitam, perfidiam ostendit, & pro intuolabili, quo eum prosecuti semper sumus affectu, nonnisi proditionem, crudelitatem, & fidei violationem machinatur; quin etiam deterius agit. Nam, ut animam penitus euentat, & pro cœlestibus thesauris sterilitatem causetur, cinetes, pulueresque terræ soluit; pro bonis infinitis cruciatus donat sempiternos; mira, magnaque pollicitus miseriis compensat.

Matt. 7.

Nunquid colligunt; inquit Saluator in Evangelio, *de spinis vnuas, aut de tribulis ficsus.* A mundo autem adeò fallaci aliud non expectes, quam fallacias, mendacia, fraudes. Tribulus hic ficus non profert, nec spina hæc vnuas, id est, mundus ferre veritatem nequit, fructum adeò dulcem, nonnisi spinas, mendacia, & impunitas progignere natus est.

Matt. 4.

Princeps tenebrarum Satanæ Dei filium in Palæstinæ deserto tentans, omnia illi regna mundi offerebat, si in terram præolutus se adoraret. Hoc erat subdolè offerre, & decipere illum, quem aggrediebatur: nihil quippe possidens eorum, quæ iactabat, promissa exsoluere non poterat. Eius farinæ omnino mundus est, similisque tentator; ut enim hominibus perniciem creet, sibique obsequi cogat, regna, imperia que illis mundi ostentat, corumque possessionem spondet, modo repudiato Deo illius aduol-

uan.

stantur pedibus, cæloq. neglecto in terra proster-
nantur. Veruntamen nonnisi inaniæ falsaque
promissa sunt; pollicetur quippe, quæ non habet,
seque iactans omnium regnorum, & impe-
riorum dispositionem in manibus habere, nonni-
si vanitatem continet, & pauper, & inops est,
ut qui maximè: omnis illius maiestas vix pun-
ctum unum transgreditur, omnisque illius ma-
gnificentia merus fumus, & umbra. Pudeat
te ergo fallacibus mundi pollicitationibus auscul-
tare.

Achab rex Israel miseri Nabuthæ facultati- 3. Reg. 21.
bus insidiatus, & hæreditate illum deicere cu-
piens, priusquam ad violentiam descenderet, a
promissis largisque sponzionibus exorsus est, au-
rum initio obtulit, meliorem se illi daturum vi-
neam spopondit; nihil tamen omnium promisso-
rum præstitit: verùm econtra morte illum adiu-
dicans, hæreditatem simul, & vitam abstulit: non
minor mundi in nos crudelitas est: ut enim cæle-
stem nobis hæreditatem auferat, promissis nos fal-
laciis inescat, meliora offert; vitam spondet lon-
gæuam, voluptates incomparabiles, delicias ex-
tremas: honores exitios, aliaque quam optatis-
fima. Hæc tamen nonnisi abusus, & fallaciæ,
sepe namque ubi in casses nos pertraxerit, cælo-
rum nos possessione deturbat, vite huius usura spo-
liatos.

Mundus
Achabo,
similis.

Patriarcha Iacob, formosam Rachelem sibi Gen. 29.
in uxorem copulaturus, graue non duxit in do-
mo Labani septennio seruum agere, uarijsque
illum officijs colere. At sacer illum frustatus est;
loco enim Rachelis, quam ambiebat, Liam illi
dedit lippientem, neu prius fucum imposturam-
que Iacob agnouit, quam dies pulsæ noctis cali-

gine illuxisset. Ita penitus, eodemque nobiscum
paetō agit mundus: hoc nobis pollicetur, & il-
lud donat; nos in captiuitatem abripit, sibique
seruire, & obsequi cogit, spem faciens, ac pollici-
tus optima quæque se, ac pulcherrima daturum,
at deinde turpia, grauiaque supponit; neu prius
fraudem hanc mundani agnoscunt, aut dolum,
quam præterita vitæ huius nocte, ueritatis sol in
altera illuxerit; tunc tandem proditionem, & frau-
dem sibi factam agnoscunt.

Gen. 11.

Qui turrim Babel extucturi erant, inter se in
lingua confusi unum petebant, & aliud accipie-
bant. Petimus hoc in mundo unum, & confusio
Babylonica mundi huius dat alterum, itaque
semper decipimur, mundique promissa falsa sunt
& deceptoria.

Gen. 3.

Princeps tenebrarum protoplastos ad peccatum
sollicitans, diuinitatem ijs, bonique, & mali scien-
tiæ, cognitionemque promisit, si uetus man-
ducare fructum aggredenterentur. Sed falsa illius
promissa fuere; neque enim ijs accidit, ut pro-
miserat, tantum enim absuit Diuinitatis, ut con-
stituerentur paticeps, at mortalitati fuerint ad-
iudicati; nec scientiam, sapientiamque adepti sint,
sed stuporem, mentisque tarditatem; nec semi-
dei, sed iumenta, brutaque constituti, iuxta ex-
postulationem illam Prophetæ: *Homo cum in ho-
nore esset, non intellexit, comparatus est iumentis
insipientibus, & similis factus est illis.* Quenam
illa fraus, ac deceptio, promittere diuinitatem,
& uno instanti ad bestialitatem deinceps tam sub-
limia polliceri, & postea promissa reuocare, & tam
uilia dare?

Psal. 48.

*Disblicet, inquit Ecclesiasticus, Deo stulta, &
ifidelis promissio. Promissa mundi huiusmodi sunt,*

nam

Eccl. 1.

DE VANIS MUNDI PROMIS. 69

Nam stulta sunt, & displicent Deo, quam maxime: cum uero Deo tantopere displiceant, cur tibi adeo placent? cum in caelo id adeo inuisum habetur, quam tu hic uoluptatem, certitudinem, quod gaudium reperire potes in terra? Suspectum Deus mundum habet, & tu homo illi fidis? Creator mundum timet, uelut inimicum suum, & creature illi uti amico integerimo confidit?

Nubes, & ventus, & pluiae non sequentes, vir Prou. 23,
gloriosus, & promissa non complens, inquit Patre-
mia fest. Nubes, & venti pluuias non effundentes,
decipiunt, & fallunt homines. ubi enim illas fer-
ri uiderint, hosque reboantes audierint, ingentes
secuturos nimbos credunt: ita agitur etiam cum
superbo promissa non compleente. Mundus pro-
misor est, uanus, iactans, & præsumptione, & ar- Mundus
rogantia tumens, in promittendo largus, effusus,
sed in promissis complendis parcus; uentus est fu-
rens, & spissa quadam, ac plena nubes, quæ nun-
quam destillat imbre. Si quis mundi uentum
audierit, oceanos aquarum secuturos crederet, si
quis nubes illius intucatur, omnia longe, lateque
pluuvia restagnatura putabat: cum tamen non nisi
inanis sint, & friuola.

Dens putridus, inquit idem, & pes laesus, qui Prou. 25.
sperat super infideli in die angustie. Nulla porro
fiducia collocanda in dente putrido, neu multum
auxilij solaminisque in tibia defatigata; ita nec
multum fiduciae ponendum in homine infido.
Mundus porro infidelis est, & nullius fidei; adeo
ut quieidem innititur, non fortiori atundini ni-
tatur, quam qui pedi delassato, & denti putrido
confideret.

Quid verò a mundo speres? quod ille corser- Mundus
re bonum potest? quam ab illo expectanda sumiuven-
dulus est,

merces? ecquæ eius potentia? vbinam eius diuitiae? nonnisi insolens quidam iactator est, & impostor; infinita spondet, & vix vnum præstat, regius est in promittendo, & in remunerando plebeius, & triuialis, sumiuendulus est, si ventus datur potest, & delectare, ipse ditat, & delectat omnes promissorum scilicet vento. Pudeat porro te ita à mundo decipi, & mundum pudeat, quod promissa adimplere nequeat.

Apud Platonem in symposio. Dicere solebat Alcibiades dux inclytus, se, quoties in Socratem incideret, rubore suffundi, quod illi promissis non stetisset; ideoque desiderare se, Socratem intermori ut contingeret. Ut hoc apophthegma materiae adaptem, dico mundum erubescere debere, & verecundia quodammodo mori ad singulos fortunæ casus, cum norit; omnesq; perspectum habeant, illum perfidum esse proditorem, & impostorem, qui hactenus semper decepit, & nunquam promissorum fidei stetit: eos enim quibus diuitias promisit, ad paupertatem redigit; quos ad summum honorum fastigium sustollere debuit, ad imum infamiae barathrum deiecit; quibus vitam promisit, in mortem tradidit. Atque hæc perfidia Deo imprimis displicer.

Plus in Apophib.

Ageſilaus Dux viſo Thissaphemem hostem inductias trimestres violasſe, legatos ad eum destinavit, gratias acturus, quod Deos ſibi infenſos ob promissa non ſeruata reddidifuerat. Ad ducis huius exemplum non per legatos, ſed per te ipsum mundo inimico tuo agere gratias debes, cum illum fidem non præſtare vides, & verba promissa que non implere, quod hoc pacto Deo ſe odibilem conſtituat, cui teste Salomone, displicet ſtulta, & infidelis promiſſio. Cūm verò Deus ipsum exsum habeat, tuum quoque eundem abhortere,

&

Eccl. 5.

DE VANIS MVNDI PROMIS. 71

& detestari. Neque enim sufficit premittere, sed
promissis stare omnino requiritur.

Hinc Phocion, è Græcorum illustrium ducum Stobæus numero, dicere solebat, non esse magna hominib. serm. de promittenda, sed præstanda potius laudabilius es. Prudent, se, pauca polliceri, & plura facere. Contrarium, verò agit mundus, montes spondet aureos, & nonnisi ineptias, quisquiliisque donat: impudens ostentator est, uni beneficia Ecclesiastica, alteri dignitates offerens: huic supremum in Concilio locum, illi Episcopatum, & reuera merum ventum; ergo omnia mera impostura, & fraus.

Leosthenes Reip. Atheniensis Princeps, quodā Ibidem die in Senatu de re nullius momenti plurib. cum ageret, à Phocione viro prudentissimo, & rerum maximè gnaro mox audivit, uerba eius similia cypressis videri, arboribus quidem proceris, & elegantibus, sed infrugiferis, semperque sterilibus, quo insinuare voluit, illius eloquentiæ flosculos, exterius quidem pulchros, & auribus gratos: at Mundi p. nullum Reipublicæ fructum afferre cypressorum missa cy instar, frondosa quidem umbra delectantium, & pressis fi oculos recreantium, verum semper inferacium, milia. & sterilitum. Ipsum de mundi sponsonibus dice re potes; quæ cypressis persimiles, verbis, & sermonibus gratiæ, sed re ipsa steriles, & infæcundæ sunt. Mundus agyrta est, bene quidem loquitur; sed verba vanitatem spirant; largus sponsor est, sed promissa eius mendacia sunt.

Quam ergo mundus fallax? quantus im postor? Quot causari mala solet? ob exiguum opum, & nihilum honorum, quod suis donat, perpetua eos inopia, & infamia remunerat. Atque, & Asuerus Rex Amanum suum ob exiguum dignitatem, quod cum euexerat, omnium fortunarum iactu-

ra compensauit, & in paribulo, lignoque infamia mori coegit. Ita mundus ob paululum honestatis, & promotionis, quod clientibus suis donat, infinitis eos contumelijs saturat, & infames reddit, & postquam in hac vita opprobrijs eos affecit, in altera perpetuæ damnationi involuit.

Eth. 1.

Scelerate monde, breuem, & falsam laetitiam tuis das asseclis, & intolerabilibus eos curis, & aduersitatibus comples. Tu voluptatibus, delicijsque eos inescas quandiu vitæ huius viuit formes; ubi verò lumen illud extinctum, ad æternos eos cruciatus deturbas: ob pugillum voluptatis, quam ijs in mensa apponis; inde digressus, insigni crudelitatis argumento vita eos exuis. Purpuratus ille Persa, epulo Reginę Esteris digressus, miserè ad supplicium adreptus est. Quot eheu homines à conuiuijs fatalis huius mundi exentes, illicò ad inferos descenderunt, & extreum subire supplicium coacti sunt?

Exod. 5.

Pharao Aegypti tyrannus, Israelitas captiuitate pressos nonnisi allio, porro, & cœpa pascebat, laboribus tamen quotidie (quod omnem crudelitatem superat) eos exhauriebat, & affligebat. Eodem nobiscum modo agit mundus, ita vitam nostram dispensat, ingluvie, ebrietate, voluptatibus carnalibus, & impudicis delicijs, quæ alia, & porri Aegypti huius sunt, nos pascit, & ad hæc magna cum inhumanitate, laboribus, curis, penitusque incredibilibus, à vitæ aurora ad usque mortis vesperam nos emacerat, frangit, obruit, & tantum'non occidit.

An non igitur, cum hæc ita sint, satius Deo, qui dominus adeo fidus est, seruire, & deinde bonis eius, quæ in æternum duratura sunt, potiri, quam mundo

mundo tyranno immanissimo obsequi, & deinde
perpetua pati supplicia? Satiūs multò fuerit in Satu^o Deo
in hac vita brevibus mundi carere delicijs, quām seruire, q̄
omnibus hic habitis in æternum in tartarea aby- mundo.
so cruciari: satius fuerit vitam honestam, piāmq;
ducere, Deo obsequendo, quām sceleratam, impro-
bamque mundo seruiendo.

Cordatus, prudensque seruus, quo rem suam in Prius cum
tuto collocet, antequam heri, cui se addixit, in fa- mundo du-
miliam transeat, cùm eo stipulatur, illius humo- cenda rō,
rem explorat, priusque scire vult quodnam habi- quā ei ser-
turus sit stipendum, quām mercedem. Tu ratio- uiendum.
nem prius cum mundo ini, quām illius te clien-
tem profireare, explora qualis sit, quomodo se ge-
rat, quidque datus sit, quo vitam illi tuam addi-
cas. Videbis porrò esse herum plagosum, intole-
rabilem, & conditionis inauditæ, qui que hactenus
omnes clientes suos decepit, & in casas per-
traxit.

Laban, boni heri instar, priusquam Iacobum in Genes. 29,
familiam adoptaret, stipulari cum eo voluit, &
conuenire de stipendio, dicens: Num, quia frater
meus es, gratis seruies mihi? dic quid mercedis acci-
pies? In quo boni heri partes adimpleuit, & pro-
bi domini officio functus est: at huins genij non
est mundus, neque adeo fidus: seruiri vult gratis,
& si quid promiserit nunquam præstat, decipit,
decepitque omnes, qui eius se obsequio mancipa-
runt.

Nunquam mundo seruuit quispiam, quiⁿ
postea cum illo de fraudato stipendio expositu-
latit. Miser ille, miles Aegyptius, sub Amale- 1. Reg. 30.
cita stipendia merens, qui toties sub illo con-
flixerat, de heri sui inhumanitate, ingratitudi-
neque ex postulans coram Davide, ait: Reliquit me
Domi-

Dominus meus, quia agrotare cœpi nudius tertius.
Hoc Amalecita longè deterior mundus est, & ad
midium aduersitatum incursum suos clientes in
agro, periculis expositos, tametsi diutius armis o-
nusti depugnarint, diutiusque in illius obsequio
hæserint, deserit.

Si quotquot apud inferos cruciantur, loqui posd-
sent, & querelas dponere, omnes haud dubie cum
mundo de crudelitate expostularent; quomodo la-
mentarentur conquerentes, & conquererentur la-
mentantes de mundi ingratitudine, quam publicè
palamque testarentur, se sine illa mercede seruissi-
se? quam meritò verba illa Sapientis usurparent:

Sapien. 4. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, &
ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini
ignorauimus, quid nobis profuit superbia, & diuitia-
rum iactantia quid contulit nobis: transferunt omnia
illa tamquam umbra, & tamquam nuntius percur-
rens, &c. denique unico dicent verbo, à mundo
se deceptos, & tempus, & operam illi seruiendo
amisisse.

Iacob Patriarcha cùm Labano idololatræ ma-
gna cum tollitudine, molestiaque viginti anno-
cum spatio seruiisset, post de illius inhumanitate,
deqne fraudata mercede conquestus est, dicens:
Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaæ af-
fuisset mihi forsitan modo nudum me dimisisses, sine
mercede, ac stipendio. Verum non forsitan, sed cer-
tò certius mundus nos, postquam longo illi tempo-
re seruimus, nudos ex hac vita eijerit, sine cyollo
præmio, aut mercede; verum etiam, quod longè
deterius, sàpe cruciatibus, tormentis, angustijs, &
supplicijs grauatos.

Excd. 5. Israelitæ velut mancipia, & capriui in Ægypto
ditis Pharaonis iussis partabant; tamen mercedis
loco

DE VANIS MVNDI PROMISS. 75

loco verberibus, flagellisque excipiebantur. Hoc modo etiam mundani excipiuntur, interim dum in mundi huius Ægypto agunt: nam velut servi, & mancipia vinculis tyranni huius arctati, assidue fustigantur, crucianturque anxietatibus, inquietudinibus, ac miserijs, atque hec esse obsequiorum merces, & premissum solet.

Quam porro miserum est hoc modo seruire, & quidem adeò miserè seruire? tam exiguo cum premissio? satius porro fuerit bono, benignoque seruire Deo, de quo Moyses ait: *Non est Deus quasi homo, ut mentiatur, & decipiatur sectatores, & famulos suos nequaquam: est in uerbis suis iustus, & in promissis sincerus; ipse veritas, mundus non nisi mendacium.*

Nunquam in vanum loquar, & que procedunt Psalm. 88.
de labijs meis, non faciam irrita, ait per Prophetam Deus. Et sanè quidquid dicit Deus verissimum est, & quidquid pollicetur, certissimum. Promissa illius simul, & effectus semper coincidunt, seque mutuo sequuntur, verba eius, & opera infallibilē habent correspondentiam. E contra mundus quidquid dicit mendacium est, quidquid pollicetur effectu caret: adeò verba illius falsa sunt, ac promissa. Quoties os ad loquendum laxat, mentitur, & quotiescumque quid pollicetur, decipit. Quapropter ab hoc te impostore subtrahe, huic agyrtę credere noli, omnemque spem tuam in summi Dei infallibilitatem reiace, qui verus est in omnibus verbis suis, et in sponsionibus equissimus.

CAPVT

C A P V T VII.

Exploditur Mundi inconstans.

*Horis omnibus, omnibus diebus,
Dierumque etiam omnibus minutis .
• Mutatur fugiens imago mundi ,
Non astus tot, & hinc, & inde fluctus
Inuoluunt, mare, & undique inquietant
Quot mundum undique turbines lacebunt.*

Mundus
theatrum
inconstan-
tiae.

QVANTA hominis vesania mundo fidantis, in quo nihil fidum, & stabile? cum quanta eius dementia, illo niti, cum nulla in eo constantia, ac firmamen, oceanus est fluxui, refluxuique obnoxius; gallus est omni vento mobilis, theatrum inconstantiae, fortunae ludibrium, rerum humanarum vicissitudo, ac metamorphosis, qui que in eo solum constans, quod semper instabilis: ordo eius, nescire ordinem; stabilitas, instabilitatis expertem esse: quies, semper in tumultu, belloque uersari; constanter ergo inconstantiam præfert.

Eccles.27. *Stultus ut luna mutatur, ait Ecclesiasticus; mundus summe stultus est, atque ipse lunæ instar mutatur: namque ut planetes ille nunquam eundem præfert vultum, modò namque accrescit, modò decrescit; nunc plenus, nunc delitescens; ita & in mundo fieri constat, ut potè qui nunquam eundem præferat vultum, sed singulis mutetur momentis, modò enim videbis gloria, & honore plenum, modò deliquium patientem, sine ullo splendore, ac merito, nunc secundo, ac læto prosperitatis vento crescen-*

DE MVNDI INCONSTANT. 77

Crescentem nunc aduersitatis cuiusdam æstu de-
crescentem, ac minuentem, quod insignis incon-
stantiae signum est.

Æschines è numero illustrum Græcæ orato-
rum, qui aduersus Demosthenem declamauit, q
descens ad alias transiſſet partes, illum leuita-
tis, inconstantiaque insimulans, Euripo incon-
stantiorem aiebat. Quanto potiori ratione mun-
do illud ipsum obiſci queat, nam cum quotidi-
partes, & factionem mutet, modò magnates fo-
uens, modò paruis, ac tenuibus fauens; hodie nu-
dos exaltans, cras splendidos deprimens (quod
magnæ leuitatis testimonium) verè illum Euripo
inconstantiorem, mutabilioremque dicere possu- Lib. 2.
mus. Est porrò Euripus æstuarium quoddam se-
pties de die affluens, ac refluens. Mundus porrò
oceanus est, qui etiam ſepiùs mutatur, & inter-
dum millies de die; ac singula dant momenta flu-
xum, ac reflukum illius statui.

Caducæ, & fluxæ res humanae sunt, omnes pre-
properè p̄ttereunt, & pertransiunt (ait Pausa-
nias) neque est quidquam stabile perpetuò, ac fir-
num. Insignis ethnici scriptoris sententia, & no-
tabilis mundo infamia, verūm p̄tclara Christia-
no doctrina, mundum ut discat contemnere, cum
omnia eius pertransiant, et caduca sint. quænam
ſoliditas consistere velle, vbi nihil stabile, et fi-
dere loco, constantiam, et firmitatem nesci-
enti?

Huc respiciens Plutarchus, p̄clarum hinc Plutarch.
documentum eliciebat: Cūm nihil in rebus hu- in Numa.
manis stabile, & ideo conueniens est, ut quocumque
modo uitam nostram Dens torqueat, atque reuol-
uat, boni consulamus. Nota hęc Christiane, & le-
ctionem hanc retine, rerumq. omnium inconstan-
tiam,

tiam, & prudentem earundem rectoris prouidentiam; qua easdem torqueat, moueat, & pro essentiæ i latum agitetur cursu contemplatus: tecum ipse statue sapienter vitam instituere, rebus tuis prospice, neu rebus infidis, & inconstantibus nimium fide.

Matt. 7.

Stultum illum Christus appellat, qui stabilem aduersus omnes fortunæ fragores domum exstructurus, in arena eius fundamentum collocauit: cuius stoliditatem mox secuta ruina indicauit: vnde enim irruentibus, ventisque insurgentibus, ad terram mox concidit. Homo, qui hoc in mundo rerum suarum statum figere constituit, priori illo nihilo est sapientior: nam in arena mobili, fluxaque ædificat, cum nihil solidi, stabilisque in mundo periatur, omniaque ruinæ, & casui exposita sint, adeò ut ad primum fortunæ impetum omnia condant, vniuersa eius molimina pessum eant, conceptusque subito evanescant prostrati. Satis haud dubie est petræ, scopuloque, Christo Iesu inquit, inaedificare: hoc quippe stabile, ac firmum futurum est ædificium, operaque huic instructa causa non sunt obnoxia. Ipse rupes soliditatis, mundus vero pila inconstantiae.

L:b.3.hi?.

Dionysius Halycarnassus illustris auctor inter primos, hanc rerum inconstantiam explodens, ait: Res omnes sunt mutabiles, & nihil umquam in eodem statu permanere solet: quidquid enim excellit, ubi ad summum, ac fastigium venerit, & supremum dignitatis gradum attigerit, Dei quæ proximum est, eorumque indignationem, ac flagella eritare nequit: quare necesse, ut iterum in nihilum, vnde prodijt, redigatur. An non egregia sententia? & numquid omnia, quæ hoc in mundo iunt, verè fortunæ mutationi casuique subiecta?

DE MVNDI INCONSTANTIA. 79

Ita? Omnia suam vicissitudinem habent, & postquam adscenderis descendas oportet. Mundus itaque tripludio cuidam persimilis, in quo ubi passum unum progressus fueris, tres retrocedis: vitaque haec scalae Iacob verè conferri meretur, in qua hi ascendunt, illi descendunt, nemo autem quiescit: passim quippe in mundo de progressu, regressuque haberetur sermo, & nunquam de permanione in una, eademq. dignitate: quos enim hodie vides capite nubes attingentes, cras ad imum deturbatos, & fortunæ pedibus substratos videbis.

Hoc re ipsa expertum, ac vidisse se ait Psaltes: *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, transiui, & ecce non erat. Impius hic mundus est, sèpè quippe hunc cum Davide viderimus ad honores, tam sublimes cuectum, ut incredibile videatur, & breui post, ac sèpè eodem die a deo deiicitur, adeò despicitur, confunditur, ut agnoscere nequeat: & sancte magna haec mutabilitas est, & inconstantia.* Psalm. 36.

Hanc mundi varietatem levitatemq. ipsi etiam ethnici riserunt. Hinc Xiphilinus in vita Vitellij inter ceteros ait, nihil est in rebus humanis fixum, aut perpetuum, sed & iij, qui florent maxime, & iij qui humiles, & abiecti sunt, exitus incertos habent, & sine ullo discrimine omnes, prout fortunæ allubuerit, vel honoribus, laudibusque extolluntur, aut infames omnium sannis, ludibrijsque excipiuntur. An non hic graphicè fortuitos mundi casus depinxit? an non egregie de rerum humanarum incertitudine philosophatus est? aliquidne stabile, aut permanens in mundo inuenies? non perpetuam mutationem, ac vicissitudinem? alij ad nubes usque honorum, regnumque volant, alij in

in terra ambulantes plebeiam vitam agunt, incertit quo, vel deiciuntur, vel sustollentur, nun per honorum, an ignominiæ portam egressuri sint, nam hoc a fortunæ voluntate dependet. omnia enim hic inconstantia obnoxia sunt.

Lib. 41.

Nihil est, inquit Dion Cassius, in rebus humanis perpetuum, nihil fixum, nihil stabile, verum omnia proditioni vicissitudinique exposita, & mutabiliora aleis, tesseris, & chartis lusorijs, addit in historia sua Zonaras. Ambo porrò in mundi ludibriuni concludere volunt, mutabilem illum esse, omnesque eius merces fucatas, & adulterinas esse, colore inestimabilemque primuam seruare nescias; ut quæ naſcentes pereant, & naſcantur pereundo. Eadem sèpè dies, quæ vitam ijs adfert, & mortem; sepulchrum, & incunabula in eundem sèpè diem coincidunt: *Hodie rex, & diadema te insignitus, & cras morietur, & la pide tegetur sepulcrali.*

Psalm. 59.

Commouisti terram, ait Psaltes, & conturbasti eam, sana contritiones eius, quia commota est. Omnia commota sunt, immo mutationi obnoxia in mundo. Oceanus quippe est ventis omnibus agibilis, & assiduis tempestatum, ac procellarum scopulus, rara in eo malacia, sed tempestas assidua; sola nāque, quæ in eo videtur mutatio, fluctus, & vnde, quæ audiuntur, sufficiunt haud dubie ad impedire nos, quò minus ipsum descendamus, sufficiunt, inquam, quò nos ab ipso sequestremus.

Li. 4. Hist.

Ausculta ergo, Cosmophile, epiphonetna magni Nicephori: *Nihil humani firmum, ac certum est, sed omnia incerto euentu velut mare extuant, & afflantur.* Deinde sublimius assurgens, & mundi splendorem, ac fastum profundius deprimens: *Nihil in mundi rebus solidi, nihil certi, sed ipse (ut ait Platō) sunt Dei ludibrium sursumque, ac deorsum temere*

merè omnia sub cælo feruntur, incertoque cursu hue,
& illuc vagantur. Quid porrò dici elegantius po-
test? quid quod mundi inconstantiam, mutatio-
nemque exprimat perfectius? qui mundi deli-
cias, fortunamque appetet, illius sermonibus au-
rem accommodans, credo illum iam à cœptis de-
stitutum. Is porrò perfectè imperfectum mundi
imperfecti statum notat, qui dicebat: *Vmbris tu-*
tiūs, quām rebus humanis creditur. Quæ porrò con-
stantia, ac soliditas haberi in phantasmatibus po-
test vmbriticis, quæ item in rebus humanis fidu-
cia, ac firmitas? Non minus easdem perspectas
habebat, qui dixit; *Mobilis admodum est fortuna,*
blandientis aura. Primus insinuare volebat, illum,
qui mundi rebus inhibet, non minus stolidum fo-
re eo, qui vmbras complecti cupit; alter ve-
rò fauores, & honores vitæ huius, quæ non nisi
blandimenta, & adulaciones, assidue mutari,
numquam stabiles esse; sed transitorios, ad tem-
poris mensuram metiri, & ut mox incipiunt fi-
niti.

Quasi temp̄etas transiens, non erit impius, ait
Paiœmiographus. Vide quo apud eum loco sit
mundus; nam ipse est impius ille, ac nequam, de
quo loquitur, qui non firmior, ac permanentior,
quām fulminis iaculum, quām tempestas, ac fra-
gor, qui sœpè, mox, ut erumpit, disperit, & euane-
scit iam conceptus. Tempestas quidem fragorema-
ciet, sed ubi ille præterierit, nihil est, quod me-
tuas, omniaque, quām breuissimè pertransirent.
Ita, & in mundo agitur, strepitum, fragorem, tu-
multum, ac tonitru excitat, & quid maiestatis pre-
fert, sed reuera nihil habet, mox enim, ut se ostenta-
rit, seque exeruerit, nihil reliquum est, omniaque
in fumos evanescunt.

Iachym,
hist. lib. 9.

Guiccia-
din, hist. li.
s.

Prou. 10.

Plin.lib.3 : Mundus ergo admodum inconstans, varius, ac
cap. 6. immutabilis est, & honores quos multis vix annis de-

Plutar. in Phalereo erectas diuerso tempore statuas, uno om-
Politicens. nes die, nescio quo furore acta deturbarit. Mundus etiam magis in hoc culpandus, eiusque le-
uitas etiam indignior, quod honores, & dignita-
tes, quas suis dedit post longam annorum seriem,
uno saepe die simul auferat. Quot annos credi-
mus Amanum Persam impendisse, antequam ad
fastigium honorum, ad quod in Assueri Regno
peruenit, pertingeret? quos tamen omnes uno
die perdidit, eo scilicet die, quo vita amisi-
sit. Idipsum in mundo agitur; uno plus die de-
iicit, & demolitur, quam centum molitus est an-
nis, quod sanè levitatis, & inconstantiae cha-
racter.

Mundus Quemadmodum chamaeleon assumit colorem
**Chamele-
ontis simi-
lis.** rerum, quibus adhaeret, & numquam eundem
retinet: ita mundus mutatur, variaturque pro
occasione oblata, & nunquam in eodem statu per-
manet, ad singula momenta alias agendi rationes
& ritus assumens.

Plin.lib.2. Ostrea, conchylia, aliaque huiusmodi in ma-
cap. 102. ri viventia, luna crescente crescunt, eadem que
decrescente minuantur, ita scilicet à planetæ hu-
ius influxu dependent. Mundus porro totus à
fortuna dependet; modò quippe magnus, mo-
dò parvus est; hodie splendidus, & cras miser; pro-
ut fortunæ visum fuerit.

Plin. lib.8. At esse Plinius animal quoddam prodigioum,
cap. 28. quod Camelopardalin, aut Nabin vocant; collo
æquum, tibijs, & pedibus bouem, genis tigrin,
capite camelum refert; & totum monstrum est,

Mundus

Mundus huic similis, quin etiam portentosior; om̄ Mundus si.
 nigenas enim induit formas, & in cunctas se mu milis Ca.
 rat facies; illius enim si pietatem videris, sanctum melopar..
 putabis; si loquenter audieris, sapientem: si exte- dali,
 rius illius schema contemplaris, diuitem: si verò
 vitam inspicias, non nisi hypocritam esse deprehen
 des: si eius agendi rationem, & mores, metam vani
 tatem, & inconstantiam notabis.

Hypantis primarius Scythiae flauius dulcis esse Plin. lib. 2.
 fertur, & limpidus natura: verū haud procul à cap. 100.
 Callipodibus Exampo fonti amato se se miscens, Solin. li. 3.
 naturam exuit, suique dissimilis in mare se exone Strab. li. 9.
 rat. Vnde Solinus eumdem describens, ait: *Qui Melal. 2.*
in principijs eum norunt, prædicant; qui in fine ex-
perti sunt eum, iniuria execrantur. Ita & mun-
 dus numquam æqualis est, neu sui similis, Hypa-
 nis quidam est, modò salsus, modò dulci latice
 imbutus; alias amicus est, & blanditur, alias ini-
 micum agit, & decipit: numquam ergo eodem in
 statu agit.

Hyena, ut ferunt, exoticum est animal, modò Plin. lib. 8.
 enim mas, modò fœmina, & præter communem c. 3, & 23.
 naturæ consuetudinem, in omnem se mutat se-
 xum. Tibi persuadeas velim, mundum animal
 esse longè monstrosius, in omnes siquidem se mu-
 tat formas, modò virum induit, mox fœminam:
 modò de rebus loquetur seris, & grauibus; alias
 de friuolis, & nugacibus; nunc oculos assumet fu-
 rribundos, & bile tumidos, & post statim ridebit,
 & os humilitate leniet.

Docent, qui de naturalibus scripsere rebus, a- Plin. li. 3 f.
 pud Trogloditas lacum esse, qui ter de die false- c. 2. lib. 2.
 dinem, acredinemque induat, & ter dulcescat, & cap. 100. et
 mel superet: idque tam nocte, quam die hinc a non Herot. li. 4
 nullis fatuus dicitur. Mundus porro non la-

cus, sed pelagus est, qui que fluxus, & refluxus habet admirabiles, neque enim ter, sed millies die amarus, & falsis, ob molestias, & difficultates quas parit, & toties etiam dulcis, & mellitus, ob delicias, voluptates, gaudiaque, quæ suppededitat, deprehenditur.

Mundus
plures hæt
æstus, quā
Euripus.

Nemo non historicorum de Euripo loquitur, qui sinus quidam maris Euboici, qui septies die, actoties nocte fluit, ac refluxum. Cogites velim, mundum verum Euripum esse, qui millies, diu, no-
ctuque æstum turbulentum patitur? modò afflu-
xum habet prosperitatis, modo refluxum aduersi-
tatis; uno momento ridet, & lætitia plenis est, al-
tero plorat ærumnis grauatus, & doloribus: hodie
quis enim honore, & diuitijs superbientem vi-
debit, cras deiectum, & ad ultimas redactum
miserias demirabitur. Plures ergo mundus agi-
tationes, & mutationes habet, quam Euripiæ æ-
stus, & fluxus.

Sol mane oriens splendet, omnesque aspectu suo recreat: at priusquam vespera aduenerit, sur-
gentem videbis nubem, à qua obscurabitur, quæ
que, & tempestates ciebit. Is etiam mundi status
est; oriens, & aurora eius, idest prima ostentatio-
nis exordia initio quidem uenusta apparent, &
delectant homines, quamdiu in iuuentutis aurora
sunt: at vix aduenit senectutis vespera, quin aduer-
sitatum nebulae exsurgent, quæ tempestates cieat,
dolores causentur, & omne vitæ nostræ tempus
confundant, & turbent. Itaque mundus semper,
& vndiquaque inconstantia nos exagitat.

Atque ut clepsydra singulis horis vertitur, &
inuertitur, & pars superior, quæ plena erat, inuersa
deprimitur, & uacuatur, ita de mundo censem-
dum est: Verum is horologium est, tempo-

DE MUNDI INCONSTANTIA. 85

ris index, momentorum, & minutorum, sed arenarium est, cō quod nonnisi vanitas, ad singulas horas vertitur, & invertitur, quod ad singula momenta mutetur, quiue in summo erant, infra deoluuntur, & pleni redduntur vacui, idest magni deprimuntur, & diutes redduntur inanes.

Cœlum, & terra transibunt, ait in Euangelio Do- **Luc. 12.2**
minus. Transit mundus, & concupiscentia eius, **1. Ioan. 2.**
addit Ioannes. Omnia transeunt, nihilque permanet. Si quis architectus diceret, domum quam incolis breui ad terram prosternendam, securere ibidem habitares? gratumne tibi foret hic diversari? Ecce Christus, & amantissimus illius discipulus tibi suggerunt magnum hoc mundi domicilium transire, & ruinam minari, ac casum: omnia esse putrida, & transitoria? qui ergo hic commorari audes? quomodo securè hic dormias, & quiescas: an non casum perhorrescis?

Atrium Philistinorum collapsum est, mox ut **Iudic. 16.**
bases sublate, & columnæ à Sampsonе collise: quod concidens omnem gentis nobilitatem ruinæ, ruderibusque inuoluit. Mundus amplum, & vastum est atrium, bases, columnæque quibus innituti honores sunt, & opes, que cum quotidie transeunt, & tempus uelut alter Sampson, omnes hasce bases, & fornices collidat, credendum est, omnia tandem collapsa: at quod deterius, timendum est, ne mundo collabente, eiusque statu intereunte, simul magnates, primoresque ruinis eius inuoluantur, coque pereunte pereant.

Præterit, inquit Apostolus, figura mundi huius, **1. Cor. 7.**
non ait mundū præterire, at dūtaxat figurā; q̄ mundus ppterius sit, at illius pulchritudo, magnitudo,

pompa, excellentia, & vanitas, quæ omnia ejus figuram repræsentant, prætereat, & ad singula momenta mutetur. Gloria illis inconstans, bona illas transitoria, conditio misera, & honores momentanei.

Iob. 20:

Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocrita ad instar puncti, inquit Sanctissimus Iob. Nihil punto minus, nihilque; hac Iobi sententia veracius, in quorum enim prosperitas non est diuturna, & gaudia magni huius hypocritæ, mundi inquietum, unico momento pertransirent, nec perpetua sunt, aut stabilia. Flos qui mane in agro prodit è calyce, meridie exspatiatur, & ante vesperam marcessit. Ominus mundi pompa non nisi flos agri est, in auctor, ortuque suo nitescit, in medio perfectionum die mita præstat, & ad interitus vespertini penitus

Psal. 102:

euanescit, & perit. Hoc Psalmista suggerit, dicens: Tamquam flos agri sic efflorebit, & post florem marcessit.

Iob. 20:

Hac de te agens Iob, magna elegantia ait: Si ascenderit, inquit, usque ad cœlum superbidet eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui viderant dicent. Vbi est? Sicut somnium anolans non innuenietur, transit sicut visio nocturna. Hæc verba haud dubiè de mundi inconstantia intelligenda sunt, deque ruina eitis vanitatis. Tamen si enim eius amplitudo, maiestas, & excellentia nubes transcendere videatur, orriniantur dissipantur, & euanescunt, ut insterquillium, & sumum transeant. Sæpè autem fit, ut qui mundum admirati sunt, & magnificere, ubi eius ruinam, lapsumque viderint, dicant: Vbi nam est? quoniam eius defluxere deuitiae? vbi honores? quod abidere deliciae? quoniam euantere, tam amœna loca? cuncta velut somnum transiere, phantasmas,

transmatis instar euanuere, neue vila eorum superest
memoria.

Generosus ille senex Mathathias filios suos ad 1. Mat. 2.
rerum terrenarum, contemptibiliumque respectu
animans, ita allocutus est: *A verbis viri peccato-*
ris ne timueritis, quia gloria eius stercus, & vermis
est. Hodie extollitur, & cras non inuenietur, in fu-
mous euanescens. Hisce te verbis Christiane à mundi
affectu abstrahe, eius verba ne metuas, nimis
eius, ac furibundas debacchationes ne perhortre-
scas: nam scias velim, omnem eius splendorem,
& amplitudinem non nisi fordes, & inanias esse; &
si hodie potentem inueneris, cras pauperem reper-
turum. nam nihil præter inconstantiam habet, om-
nia que apud ipsum pertransiunt velut ignis petsti
pulas debacchatus.

Notat hoc Baruch Propheta cùm exclamans Baruch 3:
peteret: *Vbi sunt Principes gentium, & qui domi-*
nantur super bestias, & in auribus celi ludunt, & ar-
gentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt
homines: exterminati sunt, ad inferos descenderunt,
& alij loco eorum surrexerant. Quibus verbis re-
rum mundanarum inconstantiam ad oculum po-
nit: & exemplo ostendit, Reges, & Imperatores
non nisi obiter hic transisse, & è mundi thronis in
infernales carceres delapsos, regnis, imperijsque
successores reliuisse.

Si hisce verbis non moveare, moueat te saltem Veterum
experiencia, historiasque veteres, & annales euol. Monarchi
uens, iam inde à rerum principio, Monarchias arum mu-
omnes Persarum, ac Medarum, Græcorum, ratio,
& Romanorum, siue ulterius ascendere velis,
Assyriorum, & Babyloniorum percurre: dici-
to, qtionam deciderint; quis magna hæc im-
peria mutauit? quis potentias illas transtulit?

qui amplias illas dominationes deiecit? Respicé mutationem, variationem, & vicissitudinem. Magna illa, & potens Assyriorum Moharchia in Persidem transiit, atque inde in Graciam, è Grecia ad Romanos commigravit, hodie vero in Germania repetitur. Ecque mutatio, quænam inconstans? Oriens in occidentem mutauit, Romani in Germanos, Alexandri in Maximilianos; Cæsares in Rudolphos.

Mundus semper in magnis luctat; si quos forte sublimè euexit, studio hoc fecit, quo grauiore caderent ruina, & deiiceret profundius: è summo n. honorum fastigio plurimos ad usque imum opprobrii barathrum fundumque deturbauit. Alios vero postquam sustulisset, è medio prosperitatis cursu abripuit, & sine villa restauracionis spe perdidit. Egregie hoc Psalmographus exposuit, dicens:

Psalm. 72. Deieci isti eos, dum eleuarentur.

Mundus carnifici similis. Carnifex reo vitam ablaturus, sursum illum sustolleret, & ad patibuli fastigium perducit; deinde pede deturbat, infami laqueo irretitum. Ideo omnino mundus agit: suos enim perditurus, ipsos dilaudat, exaltat, & ad summos terræ honores sustollit; ac deinde carnificis instar, indignationis, ac displicentiæ pede ipsos deiicit, ipsorum sortem euerit, diesque in amaritudine, remorsu, & lamentis incredibilibus finire cogit; cumque se securissimos tutissimosque credunt, tum mors incautos opprimit, & abripit.

Apoc. 17. Pellex illa Babyloniam, quem Apocalypsis depingit, eo quo se beatam ac felicem credebat momento, ut pote splendide compta, honore affluens, & à magnatibus mundi culta, aduersum fortunæ flagrum sensit, & ad inferos deturbata, triste illud, ac ferale carnem audiit: Quantum glorificauit se,

& in

*E*n deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Hic est mundi cursus & ritus; cum secundum se, ac tutum, & in quiete quis victum putat, tum mala illi instant quam proxime, fauori busq; in odium conuersis, ubi delicijs, ac voluptatibus se sperat indulterum, morte ingruente in altero mundo sistitur, & a vita huius gaudijs ad tormenta, cruciatissime alterius transire cogitur.

Hoc igitur contemplare, tecumque dispice, Mundi nata
lacia, &
quies no
xiæ. mundi prosperitati, fauoriq; blandulo, sed instabili noli sidere: illius namque quies, & malacia adeo quies non diuina, ac periculosa, quam tempestates, & procellæ. Illius honores ne ambias, ut poterit transitioris; bona eius ne optes, cum momento praeteruent; voluptatibus illius insulta, cum perpetuitate & duratione careant; denique omnia despice, & explode, cum a tanto tempore sint corruptioni obnoxia. Constantem vero te præbe, ac firmum, ne mundo adhærescas, qui non nisi mera mutatio, & inconstantia.

Fuge mundum adeo varium, & inconstarem, Psal. 107
ac sequere eum potius, de quo scriptum: Mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & constans. Mundus mutatur, Deus porrò mutacioni obnoxius minimè est, hinc ipse mundo insultans gloriatur. Ego Dominus, & non mutor, semper idem. Deum illum diligas oportet, mundum que repudies, cœlestia quæ æterna sunt desideranda, terrena verò, quæ cum tempore transeunt, contemnenda. Illa ob soliditatem, perpetuitatemq; quærenda, hæc ob inconstantiam, fragilitatemq; responda. Malac. 3.

C A P V T VIII.

Exploditur Mūdi malitia, & improbitas.

Crudelis nimis, & nimis cruentus,

Imma i tumet execrandus ira,

Feral que potens furore mundus,

Cui risus, rabies; furor, voluptas;

Et potus, crux, & cibus cruentus.

Hunc fugisse, beasse semetipsum est.

Cicer. de
orat. lib. 2.

Dicere solebat, quin, & scriptis mandauit M. Cicero, improbitatem insignem non rideri, sed maiore quadam vi, quam iisu vulnerari velle, ac debere. Mundi vero improbitas insignis: quocirca oratoris huius testigii, uerbisque insistens dico, satis hard esse eamdem exhibilare, & explodere, sed esse satius candem maiore quodam telo peti, quam quod tido insigitur. Securius, ac tutius est ipsum ob improbitatem punire, quam post eiusdem actus, & indicia ridere ipsum, & explodere: magis illi conuenient castigationes, & flagella aspera, quam sermo iocosus, ac verba iudicra.

Plaut. in
Laconic.

Cæterum improbus, ac scelestus est per omnes casus, stratagemata illius infinita, astusque incredibiles, quodque cum honore obtinere nequit, fraude, ac dolo euincit. Lysander Atheniensis dux ueritus, ac fraudulentus, ut qui maxime, cum astus, atque insidiarum insimularetur suis, ridendo respondit: *Vbi quis, quod vult non asequitur leonis exuio, vulpinum assi mendum.* Id est: quod ui, & potentia euinci non ualeret, cauto

altu,

DE MUNDI MALITIA.

91

astu versutis que expugnari debere. Idem, & in mundo reperiatur alter Lysander est, illiusque versutia incredibilis, quod enim roboris, feritatisque armis expugnare nequit, astu, fraude, insidijs, doloque subtruit, quod leonino nequit superare exuio, vulpino aggreditur, oīneque malitiæ, nequitia, & improbitatis genus usurpat.

Attende tibi, inquit Sapiens, à pestifero: fabricat Eccl. 11.
enim mala; ne forte inducat super te subannationem in perpetuum. Mundis hic pestilens est, & contagio infectus; eiusque nequitia tanta, ut noctu, diuque aduersus nos conspiret, & ruinam nobis moliatur; quapropter attendamus nobis, hanc nequitiam caueamus, & omnem in partem circumspiciamus ne eò nos producat, ut perpetuum nanciscamur opprobrium, & æternam subannationem.

Cunctis diebus, inquit Iob, superbit impius, & numerus annorum in ertus est tyrannidis eius. Hem, quam mundus scelestus est? impius est, improbus; superbia illius vna cum vita cœpit; crudelitas, ac tyrannis adeò antiqua, & inolita, eius, ut initium, aut origo difficulter haberi queat. iam inde ab in-
cunabilis agnata illi malitia, & crudelitas illi na-
turalis est: natus est improbus, & sub malitiæ suæ pelle exspirabit.

Thales Philosophus interrogatus olim, quid. Plut. in
hanc rarissimum rerum omnium foret, ait: Tyran- conuiuo
nus senex. Verum scopum responso suo non atti. VII. Sapi-
git: mundus quippe tyrannus inueteratus est, tum.
feritate, & malitia plenus, quæ iam quinque annorum milibus, & amplius durauit; eiusque improbitas, tam magna, quam tyrannis intole-
rabilis.

Iudeæ Sapiens melius rem tecigit, quam ille Eccle. 7.
Graciæ: habebat squidem fidem, hic vero non nisi

nisi scientiam, cùm diceret: *Hac quoq; vidi in diebus vanitatis meae, iustus perit in tristitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua.* Quasi diceret: Vidi rem, quam videnda in vix quisquam credat, Tyrannum longævum, & impium ad malita viuentem sæcula. De mundo haud dubiè locutus est, qui tyrannus canus est, & impius, tot viues ætates, inque malitia sua contemnens; & tametsi, ut impius ab omnibus cognitus sit, passim amat, tamen, ac nemo non illi adhærescit.

I. Ioan. 5. Sapienter proinde, ait Isocrates: Optabile es. set, frontibus improborum notas quasdam impies das videri, quò caueri possent, Mundus mille locis compunctus est, milleque testes malitiae, & improbitatis notas corpore præfert: nemo tamen eum fugit, nemo ab ipso declinat, sed omnes sine discrimine illum sequuntur, infami huic adhærescunt, excommunicatum frequentant, hypocritam diligunt.

3.5. Mundus totus. ait Ioannes Apostolus, *in maligno positus est.* ait, *totus*, eò quod nihil in mundo, quin malignum sit; adeò, ut si quis male affectum hoc corpus dissecare, & anatomicè diuidere veller, nihil intrinsecus latitare comperiret, quam rabiem, malevolentiam, iniquitatem, & malitiam: ingenium eius malorum, natura effera, pectus perfidia plenum, oculi vindictam spirantes, intentio nequam, & voluntas denique diabolica.

Arist. lib. 5. eth. c. 1. Sceleratissimus, inquit Philosophus, habens est is, qui malitiam, & ad suam, & ad amicorum perniciem exitiumque conuerit, tamque suos, quam necessariorum muros eadem concutit. Huiusmodi vere mundus dici potest; atque idcirco sceleratissimus est, nullusque nequior, & improbitate illi par, aut similis; arma malitie,

DE MVNDI MALITIA.

93

litiæ, tam ad propriam, quam ad intimorum perniciem, & interitum usurpat. Quid mundum perdidit, nisi malitia propria? quid tot mundanos perdit, quam ipsa mundi improbitas, qui illum sibi amicum credebant, cum nonnisi proditor, & traditor esset?

Quod olim Ieremias ait, mundo quam maximè Ierem. 9.
quadrat: *Pacem cum amico suo loquitur, & oculum ponit ei insidias:* verba pacem sonant, & animo nonnisi bellum spirat. Non aliter agit mundus, ita eius improbitas elucescit: nonnisi de pace, de deliciis, gaudio, voluptatibus cum mundanis loquitur, quos amicos suos esse iactat, & occulte clanculoque insidias illis tendit, de pace loquens, crudele ijs seruat bellum, amicitiam iurans, ac spondens, in vitam illorum conspirat; ob breue, & exiguum gaudium, plurimas adfert molestias, an non hoc insignis improbitatis indicium?

Scriptura Nabalem Abigailis maritum describens, contumeliosis, infamibusque eum nomini bus donat: *Porrò vir eius durus, & pessimus, & malitiosus.* Mundo hęc potius nomina conueniret, Nabal stultus erat, & stolidus, item mundus, quin, & durus, pessimus, & sceleratissimus; & tametsi initio bonitatem, probitatemque præferat, in nouissimo, tamen quis sit, & malitiam suam manifestat.

An non intolerabilis fuit Sibæ nequitia, Miphilebost principem, ac dominum suum traducentis, & coram rege criminantis, omnesq; eius facultates inuidentis. Maior quoq; mundi, & intolerabilior malignitas: non enim cessat a probis accusandis, innocentibus calumniando, omnium nomen, & honorem traducendo, omniunque virtutum, ac honorum operum confiscatione, ac direptione.

Nullus

94 DEMOCR. CHRIST. Cap. 8.

2. Reg. 16

Nullus toto veteri testamento reperitur detersior, ac scelestior, quam Semei, è progenie Saul, videns quippe Dauidem per deserta desolatum fugientem, suorum motus deplorantem, & inimicorum conspirationes declinatam, lapidibus eum petebat, grauissima in eum crimina confingebat, varijsque iniurijs proscindebat. Mundus quidam Semei est, eiusque improbitas non minor; quod enim homines magis afflictos, & desolatos vident, quod eos magis, magisque exagitat, & deuixat, tum lapidum imbre eos obiuit, & contumeliosis verbis onerat.

Eccles. 15.

Sapiens etsim sceleratae mulieris describens improbitatem, dicebat omnem mundi malitiam muliebri nequitiae cedere: *Brevis, inquit, omnis malitia super malitiam mulieris.* Quam porro dixisset melius, & accuratius si de mundi hoc improbitate dixisset: Brevis omnis malitia super malitiam mundi. Is quippe omnem aliarum rerum nequitiam excedit, nequam est verbis, nequam conceptibus, in iudicijs iniquis, in actionibus peruersus, in conuersatione vitiosus, denique omnibus in rebus sceleratus.

Eccles. 24.

Qui in multis fatuus est, inquit Ecclesiasticus, *multiplicat malitiam.* Hoc cum verissimum sit, & propheticum, nemini videri mirum debet, mundum, qui reuera est stolidus, fatuitatemque ostendit, malitiam suam vbique, & in omni in re multiplicare; fatuus est iam inde ab initio, & ab ortu scelestus; numquam illum stoliditas deseruit, numquam improbitas. Si vero stolidum aliquem, ac lunaticum, eiusque mores fugimus, quomodo mundo qui stolidus simul, & nequam, multosque lexit, accedere non veremur?

Eccles. 14.

Qui sibi, inquit idem, nequam est, cui aliij bonus erit

DE MVNDI MALITIA. 95

erit? & non iucundabitur in bonis suis. Hic mun-
dum intelligi puto, qui cùm ibi nequam sit, quo-
modo erit bonus in alios? adeò sceleratus est, ut se-
ipsum torqueat, vité propriæ sit carnifex, fortubæ
suæ flagellum, honoris proprij tempestas, hono-
rum suorum dñeptio, rerum suarum ruina: ideo
nullum vñquam in thesauris suis gaudium, nec in
delicijs voluptatem habet, aut habere potest, cùm
igitur sibi ipsi infestus sit, quomodo alijs amicus
sit? cùm nonnisi malitiam pro se habeat, quomo-
do alijs bonitatem exoptet?

Formidabat Sapiens Esther, ac uerebatur ma- Esth. 8.
litiam Amani inimici sui; quocirca quodam die
illius astum, & dolos timens, pedibus Assueri ad-
uoluta, enixè eum rogauit, vt sceleratas, & sangu-
narias illius machinationes, quas in populi sui rui-
nam molitus erat, dissolueret, & cuerteret. An
ignoras mundum inimicum nostrum esse? nescias
illum crudelē, & immitem Amanum? cur non
igitur eius molimina, ac machinationis perhorre-
scis? cur non aliquando supplex, & pronus Regū
Regi aduolueris, illius maiestatem deprecans,
inimici huius ut malitiām impediat, & illius im-
pia molimina, conspirationes, & artificia ad ni-
hilum redigat? quanta tua cœctas, negligere res
tanti momenti? quanta tua securitas, non timere,
quæ adeò timenda sunt? Mundus cùm fatuas sit,
& insaniat, tu iliom sapientem credis? cùm im-
probus, & sceleratus, tibine persuades, optimum,
simplicissimum, & mitissimum esse?

Penitus eum perspectum habebat David, cū Psalm. 35.
diceret: Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit
intelligere, ut bene ageret; iniquitatem meditans
est in cubili suo, adstrinxit omni vi: non bona: mali-
tia autem non quiduit. Texine perfectior, & uberior
scelerum

scelerum nequitiae mundi catalogus queat: haberine melior descriptio iniquitatum magni, ad perfidi huius proditoris? Et sanè mundus is est, ut quæcumque eius ab ore profiscuntur verba, non nisi si fraus sit, & impostura; indeoles illi adeò scelerata, ac voluntas adeò esferens, nullum, ut de virtute sermonem admittat, & nonnisi vitio delectetur; in cubili suo molitur iniquitatem, vias ambulat malas, & scelestas, malitiamque in primis, & ante omnia amplectitur.

Eccl. 12.

In labijs suis, inquit Sapiens, *indulcat inimicus,* & in corde suo insidiatur, ut subvertat te in faveam, *in oculis suis lacrymatur inimicus*, & si inuenierit tempus, non satiabitur sanguine. Singula, quam apertissime mundo conueniunt: est enim inimicus noster, & si quam ore dulcedinem præferat, maiore in animo crudelitatem souet: si loquentem audias, nonnisi mellita audire verba videberis; at si intima cordis penetraris, nonnisi perfidiam, & proditionem percipies. Eodem simul tempore, quo blandè nebiscum agitet astentatur, tunc reipsa, & in animo grauissima apparat certamina, machinationesque molitur, quibus nos in infernales abyssos deturbet; adeò perfidus, & fictus est, ut nobis plorantibus plorare, afflictis simul afflictus videatur; interim ubi suum videt tempus, & occasiones aduenisse, sanguine nostro satiari nequit: nostræ ruinae inhiat, nostraque cæde, & exitio delectatur.

Mudi dis-
simulatio.

Crocodi-
lis lacry-
matur ho-
nines de-
orans.

Dicitur Crocodilus, horrendum serpentis genus, homines deuorans lacrymas emittere; lacrymae pietatis, & commiserationis sunt indices, verum, quæ sequitur strages, eius crudelitatem ostendit. Mundus verus Crocodilus est, veneno enim, & toxico plenus, piu[m]que se, ac mitem

mitem exhibens, nos dilaniat, & deuorat, lacrymatur deuorans, & lacrymans deuorat, hæ lacrymæ crudeles sunt, & pietas impia. Collacrymatur malefico carnifex, cum tamen nihilominus vita priuat. Eodem planè modò facit mundus, nobis lacrymatisbus, etiam sudabit amarum ex oculis roreim, dolentibus condolebit, veùm, quæ eius perfidia, & vafrties, nos nihilominus deuorat, ac perdit; lacrymæ in alijs fideles testes sunt amicitiæ, at in ipso nonnisi vera argumenta malitiæ.

Cic. in of.

Psalmita sancta quadam indignatione, & furore aduersus impium commotus, hac eum apostropha compellat: *Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.* Quò verba eius extendantur latius, & diductius, mundo illa adaptanda, illique cum Propheta dicendum, scelestæ, perfide, & detestande nunc, os habes malitia turgens, lingua tam fraude plenam, cor proditionem fouens, voluntatem rancore infectam, cerebrum vanitate turbatum, & vitam ad dolos concinnataim. Cum vero mundus, tam furio sit colore depictus, & ita diffamatus, quis ipsum magnificet? quis ei fidat cum doli, & fraudum sit artifex, & concinuator?

Non credas, inquit Sapiens, inimico tuo in aternum, & si humiliatus vadat curius, adijce animum tuum, & cito vidi te ab illo. Ecce salutare consilium, & documentum peregrium; cumque mundus inratus nobis, & mortalis sit inimicus, quidquid demum agat, nunquam illi fidias oportet; & cum se deiecerit profundiùs, tum metuendus amplius: quemcunque tandem vultum induat vulpes, nunquam illi gallinæ committenda. Mundus porro vulpes est, & quocunque blandiatur siccamente, nunquam nos illi credamus oportet,

Iudic. 16. Blanditiæ, & amplexus Dalilæ in proditionem, & insidias transfiere, quæque Samsonem, tam ardentí prosequi videbatur affectu, hæc virum prodidit, & in exitium pertraxit. Non secus agere mundus hic solet, illius amicitia mera fraus, amplexus, abusus, tisus, hypocrisis; & blanditiæ mera nequitia. Is qui simulat diligere nos, is est, qui nobis imponit, omnisque calamitatis nostræ occasio. O mundum miserabilem, & miserabiliores eos, qui ipsum consestantur?

Psal. 51.

Propheta Dauid aduersus impium insurgens, ait: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in ini-
quitate? dilexisti malitiam super benignitatem, ini-
quitatem magis, quam loqui æquitatem.* Idem tibi occino monde, eiusdemque te alloquor verbis: *Quid gloriaris, superbisque in malitia, qui in ini-
quitate adeò potens es? peccatum tuum virtutem
credis, & studes, ut sordes, & abominationes
scelerum tuorum honori tibi sint, & laudi.* Præ-
fers crudelitatem benignitati, nequitiam probi-
tati, proditionem fidei, turpitudinem honestati,
injustitiam æquitati, libidinem castitati, menda-
cium veritati, superbiam humilitati, denique
quidquid scelerum, & nequam, rebus præponis
meritum includentibus; sermones de impieta-
te te magis afficiunt, quam qui iustitiam so-
nant.

Et sane mundus verè nequam est, eiusque nequi-
tia in eo elucescit, quod suos negligat, eosq. mox
æternæ obliuionis tumulo inuoluat. Ita quippe

Psal. 9.

Mundus *Perijt memoria eo-
rum cum sonitu, eorum obliuiscitur, & hostium re-
amicorum cordatur perpetuè; vix quippe recordatur poten-
tium Cæsarum, inuictorum Alexandrorum, gene-
ri, & ho-
rosum Herculum, formidandorum Hanniba-
lum,*

Ium, opulentorum Cr̄esorum, magnificorum Lu-
cullorum, aliorumque magnatum, & Imperato-
rum, qui tam egregium ei pr̄estitere obsequium;
econtra verò celebrat, & seruat memoriam paupe-
rum Anachoretarum, strictorum religiosorum;
monachorum solitiorum, piorum Cōfessorum,
aliorumque virorum sanctissimorum quibuscum
perpetuum ei fuit bellum.

Psal. 111.

Verum ergo est, quod Regius Vates ait: *In me-
moria eterna erit iustus*, & nomen eius numquam
intermorietur. Sola quippe piorum memoria in
orbe viuit, & inter homines superstes manet: cete-
ra omnia in silentio pertransieunt, & nomen cun-
ctorum intermotitur; tonitrua euanuerunt, omnia
que sub obliuionis cineribus sepulta iacent. Ea sci-
licet mundi improbitas.

Pius ille, ac zelosus Mathathias dicebat filijs 1. Mach. 2
suis, effundite sanguinem vestrum, date animas ue-
stras pro testamento patrum vestrorum, & memen-
tote operum patrum, quae fecerunt in generationibus
suis, & accipietis gloriam magnam, & nomen
eternum. Et sane sola virtus immortalitatem
ad fert, nomen eius nunquam intermotitur, lau-
des eius perpetuae sunt; peccatum verò statim tran-
sit, vix natum est, & moritur: nativitas eius, & se-
pulchrum in eundem incident diem: memoria il-
lius brevis est, cruciatus verò longi, & diuturni: il-
la nonnisi brevissimo viuit tempore, hi sempiter-
ni, & interminabiles.

Ita siquidem Diuina permittit prouidentia,
vultque memoriam mundum oppugnantium
perpetuam esse, eundem affectantium intermori.
Hinc Mattheus suppressit, & erasit memoriam Matt. 1.
impiæ Iesabelis ad usque quartam genera-
tionem, tametsi opportunus eius recensendæ foret

100 DEMOCR. CHRIST. Cap.8.

locus, & penè necessarium ad continuum genealo-
giæ Iesu Christi filium deducendum; eò, quòd sce-
lesta, & effera fuisse in seruos Dei; Raab verò è
contra honorificè meminit, quòd piam, & beni-
gnam se exhibuisset. Eandem ob causam deleuit
Exod. 17. Deus memoriam Amalec sub cælo, quòd impius,
& nequam: & Dauidis nomen æternum reddidit,
& immortale, quòd pius, mundoque fuisse aduer-
sarius. Nomen Epulonis in Euangeliō tacetur Lu-
cæ; econtra Lazari honorifica sit mentio, & no-
men eius cum laude, & gloria refertur.

Job. 13. Hinc Job Propheta mundanis interminatus,
hanc eis calamitatem prædictum, dum memoriam
illorum cineri parem futuram ait. Venti ludibriū
est cinis, & puluis, nihilque illis leuius, & incon-
stantius. idem de impiorum cogitandum memo-
ria; statim illa eruditur, ac deletur, sicut, quod ci-
neri inscriptum est, & ita cum illorum ludit tem-
pus nomine, ut cum cineribus ventus. Neue un-
quam flate in hac vita desinit ventus, qui cine-
rem, id est, noimen, quod Cosmophilus terra, mari-
que ambit, dissipat, & despergit.

Mūdus nō
agnoscit
clientes
suos.

Quanta ergo calamitas, quanta inquam cæci-
tas hominum hanc malitiam non agnoscere, tan-
tique mundum facere, à quo ipsi tam parui fiunt.
Proh miserum, homines totum vitæ tempus mun-
di obsequio impendunt, & mundus post eos non

1. Reg. 25. agnoscit. Dauid Nabali amicus erat, & stolidus,
hic multa à rege beneficia acceperat, hunc tamen
inopia, & penuria rerum laborantem ille agnoscere
noluit, puerisque suis ait: *Quis est Dauid, & quis
est filius Isai? Tollam ergo oves, & facultates meas,
& dabo uiris, quos nescio unde sint?* Nabal, quod no-
men stolidum interpretantur, ad viuum repræsen-
tat mundum, qui verè fatuus: postquam n.munda

DE MVNDI MALITIA.

101

ni sedulò ei, fideliterque seruierint, & ad extrema redacti auxilium ab eodem efflagitent, ipsos ignorat, in quo suam ingratitudinem, & nequitiam indicat.

Ioannes initio Euangelij de filio Dei agens, Ioan. i.
ait: *Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.* Ecquæ ingratitudo? ecquæ malitia? mundus Creatori, Opificiique suo adeò obligatus, non agnouit eum, à quo factus, & conditus? atque, ut mundus Creatorem agnoscere noluit, ita, nec creaturas: atque, ut erga Deum ingratum se exhibuit, ita, & erga homines, & præsertim eos, quibus plus debet, & qui fidū illi obsequiū præstitere.

Mundi malitia in eo etiam plus elucescit, quod non satis illi sit amicorum obliuisci, eosque nolle agnoscere, verùm etiam eò crudelitatis perueniat, Mundus suos exagi

at. *ut affligat, & mille eos ærumnis afficiat;* ipse illorum flagellum, & tortor, tyrannus à quo omnigena ratione exagitantur. In Apocalypsi dicuntur ij, qui bestiam adorabant, non habuisse requie, aut gaudium die, ac nocte. Mundus porrò bestia est, & mundani, qui eum amando, seruiendo, que adorant, noctu, diuque requie carent, interdiu milie laboribus exagitantur, & de nocte varijs curis, anxietatibusque conficiuntur.

Ionas viridis hederæ umbram captabat, & se sub eadem recreaturus, vedit ecce vermiculum, qui arboris radicem arroden^s, eandem exatefecit; hinc ablatis frondibus sinul, & umbram Propheta abstulit, eumque meridiani solis æstib^s patulum exposuit. Mundus paula hedera est, atbor quædam viridis, & exteriori specie amœna; sub umbra illius recreari volumus, & quietem captamus; at tempus edax omnium, vermiculi instar, radices arredit, & omnes illas delicias aresa.

102 DEMOCR. CHRIST. Cap. 8.
ciens, vmbra nos destituit, quietem tollit, & vehe-
mentibus diei æstibus, id est, grauissimis vitæ hu-
ius laboribus, pœnisque exponit.

Osee 2.

Populo olim suo comminatus Deus ait: *Eccē
ego sep̄iam viam tuam spinis: quasi diceret: In pec-
catorum tuorum punitionem faciam, vt omnes
viae tuæ spinis obstruantur, & omnes actiones tuæ
curis, molestijs, & ærumnis diuexentur. Iustum
hoc mundanorum flagellum, vt dum mundo ser-
uire gestiunt, & captare delicias, omnes viae illo-
rum aliud non sint, quam spinæ, tribuli, & cardui;
vita illorum nonnisi martyrium sit, illorum opera
nonnisi desperatio, requies nonnisi defatigatio,
consolatio nonnisi miseria, gaudium afflictio, læti-
tia, ac voluptates nonnisi dolores, deliciae mera-
desolatio, & ærumba.*

Sap. 5.

Peccatores in inferno damnati tandem aliquā-
do, sed seriū hæc omnia agnoscent, & dicent ver-
ba illa Sapientis, sed mille cum lacrymis, suspirijs,
ac lamentis: *Nos insensati, vt mundo seruiremus
mille subijimus labores, Lassati sumus in via ini-
quitatis, & perditionis, & ambulauimus vias dif-
ficiles, per spinas, & tribulos. Nocte, dieque care-
re requie, an non spinæ sunt? habere mentem
ambitione exagitatam, cor affectibus inquietum,
cerebrum negotijs impeditum, corpus inquietudi-
ne laborans, an non viæ difficiles? an non itinera-
salebrosa? an non cardui, & spinæ?*

Ierem. 16.

*Seruietis Dijs alienis, inquit Ieremias Hebræis,
qui non dabunt requiem die, ac nocte. Idem ipse vo-
bis dico, mundani, caro, mundus, diabolus, ambi-
tio, auaritia, honores, & diuitiae, Dijs alieni sunt, &
quicunque ijs obsequuntur, & passiones suas se-
quuntur pace, ac requie carent, dies illis ecclœi
sunt, & noctes martyrium.*

Vulpes

Vulpes Sampsonis ignem secum trahebant, & Iudic. 15.
caudæ illatum ignitæ, & flammiuomæ. Ita quoque cum mundi asseclis se res habet; semper ignem secum, & tormentum tam die quam nocte trahunt, & passionum illorum cauda, & cogitationum finis, semper ambitionis, libidinis, & cupiditatis flamnis inardescit. Atque ita numquam pacem, & requiem habent.

Toto illo tempore quo prodigus paterna abfuit domo, numquam quietem habuit, sed poenas, labores, & amaritudines pertulit. Ita mundani peccatores quamdiu à domo, & obsequio cœlestis patris absunt, & mundo obsequuntur; nulla vnumquam requie perficiuntur, cor illorum semper exagitatur, animus inquietus & anxius, ac vita ærumnis confecta. Vita mundanorum comparata vita si-
lij prodigi.

Ionas Deum fugiens, & mare descendens non nisi ventos, tempestatem, & procellas sensit. Ita quam diu Deum fugiens mundi obsequium selectaberis; numquam gaudium, delicias, quietem, securitatemque ullam exspectes, sed ventorum vehementium turbines animæ nauim exagitantes, sed fluctus, & vndas afflictionum, & aduersitatum tempestates, quæ tandem ferale tibi naufragium adferent. An non ergo satius seruire Deo, & quietis malacia gaudere, quam mundo obsequendo assidas inquietudinis procellas experiri? annon honorabilius Deo, qui totus bonus, adhærere, quam mundo, qui malitia, & improbitate plenus?

Imo vero ægrè fert bonum aliquod fieri, virtutem oppugnat, pietatem explodit, bonisque operibus aduersatur. Huius rei figura fuit quod Esdras refert; Arabes enim Ammonitæ, Azotij, alii que hostes vicini Hebræos templi ædificationi

Lib. 2.c.4.

insistentes impedire satagebant; tamque sanctum opus diuertere: verum populus Hebraicus' operi intentus, & sedulo fabricae incumbens, vna manu faciebat opus, & tenebat trullam, altera gladium ad hostium incursus propulsandos. Eadem est mundi nequitia, omni opum vi connititur ut piorum conceptus impeditat, eorumque conatus frangat, & retundat; sed vna manu, Hebreorum exemplo, virtuti, bonisque operibus incumbendum, & fidei arma altera vibranda, ad mundum retunden dum, nosque tuendos.

2. Reg. 6. Michol filia Saul, & princeps Iudea, malitiam suam ostendit, quod viso virum David praे animi iubilo ante arcam Domini saltare, pietatem expolerit, illique exprobrat, dicens: *Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel, disco operiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi sinnatur unus de scurris.* Quod laudi ducere debuit, in opprobrium, & risum vertit. In hoc Micholem mundus emulatur, sancta exsibilat, pios ridet, cum opera humilitatis, signa pietatis, exercitia deuotionis, aliaque meritoria fieri ridet; quodque exemplo, & ædificationi esse debet, illi in scandulum, & offendiculum est; quodque laudare, & magnificare, explodit, & contemnit.

Luc. 11. Magna sanè, & extrema Iudeorum malitia, fuit, quod visis præclaris Iesu Christi operibus, & prodigiosis, rarisque miraculis, quæ velut Deus patrabat, illum incantationis insimularent; Dei filium dæmonem crederent; Messiam Antichristum; & opera Divinitatis carmini magico ascriberent, ac palam dicere non vererentur: *In Beelzebub principe dæmoniorum cœxit dæmonia.* Mundi peruersitas par imò maior, eius quippe est opera sanctissima criminari, virtus illi vitium; honor,

vituperium: humilitas, mendicitas, deuotio, hypo-
crisis; miracula, incantatio; iusti, improbi; veri filij
Dei, dæmones, quænam hæc malitia? similisne ex-
cogitari potest?

Nequaquam mundus enim patrem malitia non Omnia
habet, omnia filiarum monstra illi ferocia cedunt, mundo ce-
omnes orbis tyranni illi se crudelitate inferiores dunt in-
fatentur; interim tamen homo, tam iniquo hero malitia.
obsequeris, tyrannum hunc tanti facis, tu illum
laudas, iactas, illiusque mirabilia deprædicas: vel
deest tibi iudicium: vel malitiam illius ignoras?

*Quis Rex, ait Dominus, iturus committere bel-
lum aduersus alium Regem, non sedens prius cogitat
si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum vi-
ginti millibus venit ad se? luxra hanc Domini pa-
rabolam antequam in certamen, cum mundo de-
scendas, attentè, maturèque præmeditare, & co-
gita, quid tibi euenite queat. Vide num hostis
huiuscē copiis resistere valeas: cogita quanti con-
stet mundo seruite, & cetera quæ hinc dependent,
non dubito sanè, quin, si haec attentè consideraris,
nunquam te sis mundo addicturus, cùm adeò ne-
quam, peruersus, & malignus sit: Deo vero sis ad-
hæsurus, qui magnus, & bonus, vt qui maximè,
magnus ad inimicos puniendos, & ad remuneran-
dum eos, qui illi obsequentur, bonus.*

Luc.24.

C A P V T IX.

Exploduntur Mundi miseriæ.

*Risu prosequar usque, & usque risu.
Ær umbras hominum, improbosq; casus.
Pro tanta mala tanta seruitute,
Quæ dat omnibus, omnibusq; mundus,
Quæ pro seruitio remuneratur.
Quàm præpostera munera illa mundi.*

Platonis
sententia.

Ioan. 12.

Eccl. 1.

In sermon

Diuinus ille Plato dicere solebat, homines
urbem, & patrium solum tribus de cau-
sis fugere debere. Primò quando dispen-
dia præualerent compendijs, deinde quando ma-
ior improborum quàm proborum numerus, tertio
quando Princeps, & Rector scelestus esset. Mundus
vasta, & infelix vrbs est, quam scriptura Baby-
lon nuncupat; Oriens, Occidens, Septentrito, &
Auster quatuor illius portæ sunt. Satan illius Prin-
ceps, ac Rex est, nos verò illius ciues, & domestici;
at vrbs est quam fugere, & abhorrere quàm maxi-
mè debemus, & quam citissimè inde nos protipe-
re, cùm triplex illa ratio, quā Plato assignat, hic re-
periatur: primò namque constat dispendia hic
præponderare compendiis, & maiorem esse iactu-
ram quàm lucrum; deinde maiorem hic improbo-
rum quā iustorum numerū esse, vt enim Sapiens
ait, *stultorum infinitus est numerus*, & Satanæ, qui
mundo dominatur, & præest, natura improbus, &
enim malitiæ pater. Adhæc mundus casibus in-
fortuniisque repletus est, ac miseriis.

Hinc Bernardus catalogum miseriарum, &
calam.

calamitatum mundanarum breuiter, ac succinctè texens, ait: *Mundus est, ubi malitia plurimum, ubi sapientia modicum, ubi omnia viscera, omnia lubrica, omnia operta tenebris, & obcessa laqueis, &c.* Mundus est ubi corpora affliguntur, & animæ in periculo versantur, ubi omnia vanitas, & afflictio spiritus, & calamitatibus obnoxia. Si recensio illa vera sit, & generalis ille catalogus, sineulla exceptione, qui fieri potest mundum ita diligit si mundus adeò stolidus, & malignus, si laqueis, & pedicis plenus, si corporum sit gehenna, & animalium periculum; si sol ibi nunquam luceat, & lucem omnem ignoret, si obscura sint omnia, & nubila, denique si non nisi mera vanitas, & afflictio, miseriatur farrago, ecquæ hominum stupiditia adeò stolidè illum diligere, & tam sedulo obsequi?

Deus in peccati protoplasti derestationem, ter
ræ maledicens his usus est verbis: *Maledicta terra
in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis die-
bus vita tua, spinas, & tribulos germinabit tibi.* Atque inde hæc maledictio in omnes homines pertransiit, & ad quatuor orbis angulos se extendit, cuius etiam minus videmus effecta. Mundus maledicta quædam terra est, miseriatur fundus, in fortiorum abyssus, in qua nunquam aliquis sine labo ribus pœnisque infinitis vixit; non crescunt hic nisi spinæ afflictionum, sollicitudinum tribuli, & miseriatur sentes.

Pius ille Bernardus cum hoc scripturæ sensu co
incidentis, ait: Plenus est mundus spinis, cuiusque Super
honores, & diuitiae non nisi se pes: quod spinæ in Cantic.
terra, hoc in carne nostra passiones, & affectus:
*Versari in his, & non ledi diuinæ potentie est, non
virtutis naturæ.* Et verè ita te res habet, non esse
scilicet

scilicet tot tribulos & sentes per agros, quot in hac vita curæ, & anxietates, nec spinas adeo pungere, vt prauis naturæ affectus, & in his, & inter has age re, nec lædi; in mundo viuere, nec deprauari; in miraculi loco habendum.

Prou. 19.

Vita hæc
Spineq; sepi
similis.

Iter impiorum, ait Salomon, quasi sepes spinarum. Via impiorum est vita peccatorum in hoc mundo; & similis hæc sepi spineæ; quidquid enim hic vides non nisi dolor, & afflictio, & aculei grauius animum quam spinæ corpus pungentes. Omnia hic sepem laborum, pœnarum, & curarum constituant. Itinera portò spinis obsita non adeò noxia sunt, quam vita hæc sollicitudine repletas spinæ quippe non nisi carnem, & cutem lædunt, at curæ pungunt animum. Interim ea tua est cætitas, vt sepes hæc aculeatae amoenissima deambulatoria, spinæ rosæ, & cardui lilia tibi, & hyacinthi videantur.

Iai. 12.

Seminauerum triticum, & spinas mesuerunt, ait Isaías Propheta, accedere proposito meo videtur ac sua phrasí dicere, quidquid in hac vita agamus, quidquid faciamus, aliud ex eo nos non collecturos quam spinas, tormenta, inquam, afflictiones, ærumnas, & molestias. Quidquid demum in hoc mundo semines, quidquid demum aggrediatis, quomodoenque labores, quidecumque tempus impendas, aliud te pro messe non collectrum, quam tristitiam, anxietates, lamenta, desperationem, & pœnitentiam.

Peccato-
res mûdo

Quoties, & quam lætum triticum in hoc munserientes do seminarunt tot miseri peccatores, qui modo in aliud non infernali abyssu damnati cruciantur? Quot bona acquirunt nas horas, quot annos, quantum temporis impensuā eternū derunt, ut vanitates suas extollerent & pœnitere. iactare? quot concepius finxere, quot opera aggressi,

gressi, quod tentarunt, ut apud mundum gratiam inirent? quod noctes, diesque consumpsere, quot poenias subiere, quot labores exantlarunt, quo illi obsequium deferrent? quid tamen nocti sunt, quid collegere? quam messem facere? nisi spinarum, & anxietatum, à quibus obruti sunt? nisi dolorum, suspriorum, & pœnitere eterni.

Delicati mei, inquit per Baruch Deus, ambulanterunt vias asperas. Idem de clientibus suis, & ascensis dicere potest mundus: opus qui ppe est, si ipsum sequi in vanitatibus suis voluerint, ut per difficiles, salebrosasque vias ambulent: quot vigilias, quot molestias, quot inuidias, quod tormenta, & pœnas subeunt Cosmophili illi, quò mundi benevolentiam conseruent? quot eculeos, cruciatus, suppliciaque interiora patitur miserum illorum cor, quo rem agant, & sortem suam stabiliant.

Baruch 4.

Sanctus ille Iob cùm itinera hæc, & vias asperas ambulasset, miserias suas recensens, & afflictiones exaggerans dicebat: Non concedit requies spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Si mundi sectator adeò perspectam mundi tyrannidem haberet, ac sanctus ille vir, easdem queras depromeret, suspiransque uerè quoque diceret, nullam sibi quietem dari, cor semper exagitari, & amaritudinibus dotari; fateretur haud dubiè, dies sibi certamina esse, noctes conflictus, manè molestias oriri, & toto dein die afflictiones instare, cor denique nunquam cruciati carere, vitamque tempestatibus.

Iob 9.

Rerulit hoc Ieremias velut articulum in lamentationes suas, cum diceret; Oculus meus afflatus est, nec tacuit, tò q̄ non esset requies. Cum igitur videas, & perspectum habeas Cosmophile, nullam in mundi

Thren. 3.

mundi miserijs requiem dati, vitamque hanc perpetuo in prælio versari; an non oculi in lachrymas fundi, cor suspiria trahere, & lingua in lamenta prorumpere deberet? cum verò infinita sint infortunia, finem habere querelas oportret? cùm nulla hoc in mundo requies, tuum esset nullam quoque lacrymis quietem, modumque indulgere.

Psalm. 54.

Ita olim faciebat pius ille Rex: qui cum lacrymas totum se effudisset, mundo occinit: *Iniquitas & labor in medio eius.* Verè ita le res habet; pœna, & peccatum in quatuor mundi angulis, & in medio eius reperitur, & quidquid in ipso, aut iniqüitas, aut labor. Notandum verò Prophetam laborem iniquitati coniungere, in mundo siquidem nonnisi sudor, & pœna, & omnis qui insumitur labor, in iniquitatem, peccatum, ac noxiam cedit. Eheu, labor suscipitur, & suffertur, nec tamen in Dei is obsequium cedit, virtuti parandæ non dedicatur, saluti comparandæ non impenditur, nec bona producit opera, sed soli mundi obsequio, honoribus obtainendis, auctoritati acquirendæ, & progressui in vitijs faciendo.

Gen. 30.

Iacob Patriarcha cum Labano exantlatos labores, & suscepta pericula in eius obsequio, recensendo exprobraret, ait: *Tu nosisti quemadmodum seruierim tibi, diu, noctuq; æstu prebar, & gelu, & fugiebat somnus ab oculis meis.* Nullus est in hac rerum vniuersitate quin easdem mundo querelas, & improperia occinere, & possit, & debeat: modo enim verum dicere voluerit, dicet haud dubiè, toto illo tempore quo mûndo est obsecutus, mille se incommoda, malorum, ætumnarum, & molestiarum tolerasse iliadein: confitebitur profecto, ardoribus se solis interdiu æstuasse, & gelu de nocte

Homo per labores vi
ta trahit.

DE MVNDI MISERIIS. 111

Ete riguisse , & per infinita se mala vitam
traduxisse.

Hoc ante expertus regius Propheta Dauid, publicè dein confitetur , miseriāque suā deplo-
rans & mundi ærumnas: *Pauper, inquit, sum ego,
& in laboribus à iuuentute mea.* Dauid vt pote
Rex potens, pauper esse non poterat, imò verò
voluptatibus indulgere, & labores fugere. Verùm
ostendere voluit, nihil hic esse præter vanitatem ,
quin, & regiam dignitatem meram paupertatem
esse, & potentissimos rerum Dominos, & Monar-
chias, non minùs quām plebeios , & triuiales aliud
exspectare quām pœnas, labores, tormenta, & af-
flictiones in mundi huius aula non debere: & ma-
gnates, & inopes, illustres, & obscuros, iam inde ab
incunabulis, ad vsque tumulum, laborum in sta-
dio currere, & ærumnarum, afflictionumque in
palæstra decertare . Nunquam enim hic requies ,
sed perpetuum habetur bellum.

In Deuteronomio suis comminatus Deus, quod Deut. 28.
cum lœta rerum copia, & abundantia sibi obsequi
noluissent, hunc in modum flagelluni verborum
intentat: *Seruies inimico tuo, quem emittet tibi Do-
minus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria,
& ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec
te conterat.* Minis sepositis veram esse hoc dixero
prædictionem eorum , quæ mundi sectatoribus
eueniunt . Cælum namque iniqnitatum illorum
vindex, permittit vt in neglecti diuini obsequij,
quod obire cum lœtitia , prosperitateq; poterant,
quo mundo seruirent , castigationem , inimico
durissimo seruiant, qui fame, sitiique eos ema-
ceret , nudos, & inopes deserat , adhæc ferreo
illos iugo , id est, calamitatum iliade , premat ,
tamque violenter eos perseguatur vt obruat , &
conterat ,

conterat, & tandem mori miserè cogat. Aequa
profectò castigatio illorum qui Deum deserunt,
quo mundo obsequantur.

Iudic. 20.

Quamdiu Israelitæ Baalim; Ashtaroth, dijsque
Syrię, Sidonis, & Moab seruiebant, nulla vñquam
pace perfruebantur, nulla gaudebant requie, vt
in libro Iudicum legere licet; hinc afflitti nimis
iusta Dei vindicta, idola relinquere coacti
sunt, & ad Dominum conuerti, clamantes: *Tec-
cavimus tibi, quia reliquimus Dominum Deum no-
strum, & seruivimus Baalim.* Ita iusto Dei iudi-
cio omnibus accidit ijs, qui mundi Idola adorant;
animus illorum semper inquietus, cor perpetuo
in bello versatur, vita in miserijs, pectus illorum
nonnisi singultus eructat, os lamenta, & oculi la-
crymas. Imò verò malum adeo crudele, & gra-
ue, vt sàpè eodem pressi ad cœlum oculos conuer-
tentis delictum agnoscant, & ad Deum ab idolis
redeant.

Iusta mun-
danorum
poena.

Sanè grauissima tyrannis est mundo obsequi,
durissima tortura, & perpetuum supplicium in-
mundo viuere. In huius rei figuram Deus populi
sui idola adorantis mala præuidens, ita eundem
alloquebatur: *Timebis nocte, & die, & non credes
vitæ tuae. Mane dices quis mihi det vesperum; &
vespere quis mihi det mane? propter cordis tui formi-
dinem qua terreberis, & propter ea quæ tuis videbis
oculis.* Ita mundani viuunt, hæc vitæ illorum mi-
seria: hæc illis exagitatio ordinaria, hæc inquies
familiaris, hæc anxietas, cura sollicitudo que adeo
illorum mentem excruciat, vt Orientem in Occi-
densem mutatum, & diem in tenebras conuer-
sum vellent; mane vesperam, & vespere auroram
exoptent: adeo vita illis propria displicet.

Deut. 28. Jerem. 16.

1823002

die,

die ac nocte, ait per Ieremiam Deus. Mundani dignitatibus, honoribus, voluptatibus, fastui, diuinijs seruientes, dijs seruiunt alienis, cum mundi sine numina; at hæc adeo illos diuexant, & cruciant, nullam, ut noctu diuue quietem inuenian, nox si quidem quædam mors est, & dies supplicium. Tenebræ ijs graues sunt, & lumen cruciatus, omnisque illorum vita infelix quædam tela, miseria-ruin filo contexta.

Vix in Amalecitæ ducis obsequium se dederat puer ille Ægyptius: quin lætis omnibus exutus, in plurima delaberetur infortunia, nam statim in morbum incidit, à domino deseritur, cui tam fideliter seruierat, in agro relictus fuit, nullus, ut alia quam vitæ eius, sanitatisque rationem haberet, hostium proximè instantium incursus passus est, denique omnibus fuit miserijs expositus. Feralis, Mundus! ac lugubris hæc historia est; At mundani conditio Amalecite etiam longè miserabilior: ubi enim semen Ama- duci similecitæ duci, id est, mundo, sacramentum iurauit, lis, nullam amplius quietem, bonumque sperer, sed aduersitatem perpetuam, & mala. Nullam anima sanitatem, mens requiem, cor gaudium, vita lætitiam amplius experietur. Ingratus ille in aduersis eum deseret, in prosperis destruet, in iactura contristabit, in victoria, lucroque prælumptuosum, & insolentem reddet. Quodque longè deterius, post miseriā inimicorum potestati exponet, nullam animæ illius salutis rationem habens.

Arma, & gladij in via superbi, ait Sapiens. Mun Prou.22,
dus superbus est, & fastuosus, via autem ejus vita est, quæ semper armis, & gladijs plena; eò quod in hac vita, & per omnes mundi angulos, non nisi de bello, de motu, prælio sermo sit, quorum arma symbola sunt; nulla hic pax, requies.

Mūdūs ar
mamenta
rium mise
riarum,
silentium. Omnia armis hic flagrant, omnia bel-
lum spirant, omnia infortunium minantur, gladij
per vias occurunt, cædes per domos, strages per
vibes, & sanguinaria per regna prælia, infortu-
niorum nidus est mundus, calamitatum colubies,
miseriarum scopus, & ærumnatum ḡzophyla-
cium.

Exod. i,

Toto illa tempore, quo Hebræi in Ægypto sue-
re, Pharao loci dominus dominos, & magistros
constituit, qui eos oneribus affligerent, & obrue-
rent. Quamdiu homo in vitæ huius regno agit,
mundus, qui tyrannus est, hic dominans, & longè,
lateque imperitans, & affligens assiduo, nocte, die,
que magistros, & prefectos constituit, qui afflictio-
nes augentes, tot incommodis, & ærumnis illum-
obruant, ut sub oneribus quodammodo defatiga-
tus exspiret, & vix ossa trahat ex ossis.

Gen. 15,

Deus futura captiuitatis mala in terra peregrina,
& incognita Abrahamo Patriarchæ prædicens,
hunc in modum ait: *Scito prænoscens, quod pere-
grinum futurum sit semetuum in terra non sua, &
affligentur quadraginta annis.* Quod semini, poste-
risque Patriarchæ huius prædictum fuit, iam du-
dum ante, & etiam postea Adæ posteris evenit.
Nam eheu, post peccati calamitatem, omnes
præuaricationis huius nepotes, in alienam, &
peregrinam mundi huius regionem relegati sunt,
in quo peregrinorum, & exulum, & seruorum ritu
agunt plurimorum malorum catenis illigati; atq;
hæc persecutio non quadrageantis dumtaxat an-
nis, sed iam plusquam quinque annorum millibus
durat, & ad usque sæculi finem durabit.

Infortunium suum, ac casum deplorans Iob,
& locum habitationis ærumnosum, ac miserum
dolens, etiam bestias ad lamenta prouocabat, &
oculi

oculi flentes saxa, quoque ad lacrymas exciabant:
Inter ora mea, inquit, effuberunt absque villa re- **Iob. 3 o.**
quie, preuenierunt me dies afflictionis, mœrens ince-
debam, &c. Frater fui draconum, & socius struthio-
num. curis mea denigrata est, ossa mea aruerunt, ver-
sa est in luctum cithara mea, & organum meum in
vocem flenium. Quod à mundo recipimus præ-
 mium, anne melius, quām Prophetæ huius? an-
 non continuis ambitionis, gauditiae, libidinis, alia-
 rumque prauarum afflictionum adutimur febri-
 bus? anne vñquam, vel vnius horæ quiete gaude-
 mus? annon sub longæ afflictionum iliadis ponde-
 re premimur? annon, id quod patimur malum a-
 deò nos emacerat, & emedullat, vt non quicun-
 que nos in publico videt, iudicaret maleficos esse
 extremo supplicio destinatos? quos hoc in mundo **Mundi mi-**
 frates, parentes, amicos habemus, quām draco- **seria de-**
 nes, sceleratos, & improbos? quos nanciscimur scribitur.
 socios præter struthiones, bestias, peccatores, homi-
 nesque scelestissimos? Denique mundi huius affli-
 ctio, & calamitas adeò molesta, & violenta, vt ossa
 nostra exarefacere, cutem colorare, & vitam acci-
 dere posse videantur.

Humiliasti nos in loco afflictionis, ait in Psalmis **Psal. 43:**
Dauid. Vt è mundus locus est afflictionis, perse-
 cutionis area, aer contagionis, & miseriarum aby-
 sus. In hoc Deus superbos humiliat, præsum-
 ptuosos prosternit, probat beatos, iustos explo-
 rat; mundus siquidem incus maleficorum est, crux
 improborum, & animarum bonarum bilanx, ac
 statera.

Barbari Ægyptij, Pharaonis subditi, mortali **Exod. 1.**
Iraelitas odio prosequabantur, inuidiaque, & odio
 astuentes assidue, ac grauiter illos affligeant, illo
 rum miserijs adhæc, & afflictionibus insultantes,

ut vitam perosū essent, laboribus quin etiam illos opprimentes, lateribus, & luto, operibusque setulibuis occupantes. Peccatores Agyptij, creaturæ, & vasalli Pharaonis, mundi inquam, veros Dei filios, id est, sanctos, & iustos odio prosequuntur, illorumque sortem inuidentes, malitia, & rancore pleni, varijs eos afflictionibus obruunt, & illorum intolerandis iniurijs, et ærumnis patientiae illudunt. Quinimò mundus adeò illos exagitat, ut tædeat illos quodammodo vite sua, & maledicant horæ, ac diei, quo primùm illo vti cœpere.

Psal. 136.

Miseri Hebræi, ut Psalmista commemorat, cum in exilium sepulso, & velut seruos in terra aliena iuxta Babylonica fluenta haberi cernerent, suspendebant organa, & citharas de salicibus, & cantabant Deo cantica sua, totosque dies flendo, lumentandoque traducebant. Fietine potest Colmophylie, te, cum in barbato Babylonis mundi huius solo te profugum, ac quodammodo relegatum videoas, ridere, trispudijs, deliciisque indulgere? tibine est animus instrumenta pulsare, voluptates sectari, an non potius fleas, assiduū in loco.

Probi; ac adeò æfumnoſo, ac tragicò! Iuxta hosce torrentes, pijs in hoc hac in Babylone populus Dei, & veri virtutum se mundo statores suspendunt instrumenta musica, & fraudem hanc perspectam habentes cantica repudiant, continuoq; lacrymatum imbre perfunduntur, hinc alterius mundi gaudia, illinc huius miseras contemplati. Cœlum gaudio destinatum, & mundus hic fletui.

Iud. 2.

In libro Iudicum Angelus descendisse e Galgalis legitur, qui Israelitas ob initum cum Chananæis fœdus coarguebat; hic ergo cum terribilibus eos verbis castigasset, omnes promiscuè clamare,

&

& flere cœperunt, atq; ideò locus ille mox *locus*
flentium, siue lacrymarum est nuncupatus. Porrò *Gaudia rā*
mundus hic imprimis nomen hocce promeretur: *ra in hoc*
est quippe verus lacrymarum locus, & lamento-
rum, & nullus hactenus in eo commoratus est,
quin lacrymas oculis effuderit; vix vlla hic riden-
di occasio, sed flendi, lacrymandique plurima;
gaudia hic rara sunt, & dolores frequentes: Bea-
tus vir, inquit Psaltes, cuius est auxilium ab te,
acecciones in corde suo dispositio in valle lacryma-
rum, in loco quem posuit. Mundus hic vera lachry-
marum vallis, & beatus ille, qui postquam eam-
dein subiit, atque miseras æquo animo tolerat,
omne ab Deo auxilium mutuatur, & sub poten-
tia eius humeris oinne gaudium suum collocat.
Beatus igitur qui in hoc maledictionis loco læta-
tur, & in mala sorte sua animum concipit.

Psal.83:

David audita strage, quæ in montibus Gelboe *2. Reg.1.*
contigerat, quos omnis nobilitatis Israelitica cæ-
des, & profligatio nobilitarat, maledictionum in
eos fulmen eiaculatus, ait: Montes Gelboe, nec Mūdus lo-
ros, nec pluia ueniant super uos. Mundus verè lo-
cus maledictionis est, locus in quo tot cedes, homi
cidiaque commissa sunt, prævaricatio nempe pa-
rentis Adæ, mors generis humani, totius vniuersi
ruina, & terum omnium exitium; numquam plu-
via consolationis, nec ros gaudiorum exinde in
terram adeò infelicem decidit. Quis non igitur
imposterum montem hunc maledicat? quis lo-
cum adeò fatalem læto intueri oculo velit? quis
non mille diris clima adeò detestabile deno-
noueat? quis mundo adeò misero bonum ap-
precentur?

Mūdus lo-

cus male-

ditionis .

Contritio, & infelicitas, inquit Psaltes, in ujs Psal.13.
eorum, & uiam pacis non cognoverunt. Omnis

infelicitas, & infortunium scilicet, & contritio in
vijs mundi reperitur, omnes casus tragicci hic dete-
guntur, omnes huc aduersitates appellant, nec
præter aduersas sortes hic quidquam appetet. Ip-
se omnium afflictionum alluuies, malorum eni-
porium, omnium contritionum finis. Mundani
verò, qui in eo commorantur viam pacis non a-
gnouerunt, solas illas, quæ certamen, ac bellum
spirant, perspectas habent; nesciunt quid sit pax,
sed aduersitates, inquietudinem, & tumultus accu-
tatem norunt.

Eccl. I.

Quanto melius est pugillus cum requies quam plena vtraque manus cum labore, & afflictione ruina?
ait Sapiens. Satius profecto est esse inopem, & pa-
rum habere extra mundum, & quiete gaudere,
quam in medio mundi infelicitis diuitias possidere,
& semper in inquiete, & perpetuo in cruciatu ver-
sari. Mundus adeò infelix, & funebris est, nulla, ut
speranda sit requies, bonum nullum, nulla in terri-
torio eius gaudia.

Prou. 19:

Huc respiciens Sapiens, dicebat: *Vir sapiens si*
cum stulto contenderit siue irascatur, siueria eat, non
~~meniet~~ *requiem.* Mundus quidam delirio est, &
quotiescumque cum ipso contendetis, quomodo
cumque eum accipias, numquam pacem apud il-
lum habebis, siue rideat, siue irascatur, siue in pro-
speritate, siue in aduersitate sit, siue fortuna illi at-
rideat, siue aduersetur, numquam tibi requiem fin-
gas in anima, aut pacem ullam. Mundus varius
est, mutabilis, quietis inimicus, & solos tumultus
dilegit.

Iob. 10.

Iob Propheta locum detestabilem describens,
& abominabilem, hæc illi indebat nomina: *Terræ*
miseriae, ac tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus
ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Infamis hæc,
&

& turpis descriptio, annon mundo propria est?
quid enim ille est aliud, quam terra miserabilis,
quam chaos obscura caligine, & tenebris cooper-
tum? quam abyssus confusionis, & Babylon horro-
ris, & abominationis?

Exploratores Israelitici, ut in libro Numerorū
scriptum legitur, recensentes quæ per iter emen.
sum vidissent, & regionem Chanaæorum descri-
bentes, ita locuti sunt: *Terra quam lustrauimus de-
vorat habitatores suos, ibi vidimus monstra quadam
filiorum Enach, de genere giganteo.* Quibus auditis,
narrat scripture populum consternatum, vocifera-
tum, & lacrymatum ab ingressu illius deterritum,
decreuisse in Aegyptum denuo reuerti. Quicun-
que exactè aerem, situm, climata, & humorem,
mundi incolatum describere, & modò veritatem
dicere voluerit, fatebitur regionem siluestrem es-
se, quæ incolas, & habitatores suos cruciet, absu-
mat, affligat, ac deuoret. Barbarum clima est, in
quo tam crudelia comparent monstra, caro, dia-
bolus, peccatum, aliaque, in quo tot gigantes, tot
ambitiosi, superibi, furibundi, & iracundi. Quis
igitur hæc audiens non infinitè se affligat, mundi
amorem non abhorreat, & omnem illius territorij
subeundi affectum exuat.

Christus mundi saluator tertæ huius calamita-
tes perfectè perspectans habens, & diuertere, at-
que educere inde fatagens eos, qui eamdem iam
ingressi essent, suauissimis illis verbis inuitat, di-
cens. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati
estis, & ego reficiam vos, & animas vestras recrea-
bo.* In hoc mundo, in barbaro hoc regno Chanaan
laboramus, hic affligimur, & gemimus: in misero Mundi it
hoc solo tergum, humeri que sub sollicitudinibus,
& oneribus fatiscunt deficientes. Quam gra- lerabile.

Num. 13.

via enim ille nobis onera imponit, quam pondero
sis nos onerat sarcinis? Solus Deus nos reficere, ac
recreare, solus ille vincula captiuitatis nostræ dis-
rumpere, & in libertatem nos potest afferre, ille
consolationem, & requiem animabus nostris affer-
re. Iugum Dei leuissimum, & portatu facilissimum;
mundi vero intolerabile.

Thren. 5.

Ieremias in Threnis suis futuras Hebraeorum
in solo peregrino, & hostili in captiuitate aerum-
nas recensens, ita illos conquerentes inducit: *A-*
quam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio
comparauimus, cerui, ibus nostris minabamur, lassis
non dabatur requies, & quod eramus exhaustiores,
eò etiam grauiora nobis opera imponebantur.
Annon hæ mundi huius miseriæ sunt? an non ea-
dem in captiuitate sumus? an non tergum atritu-
& humeros curuatos, & sub oneribus à mudo no-
Omnia in bis impositis fatigéres habemus? vinquamne que-
mundo ca tem nobis indulget? annon eo plus defatigamur,
rissimo uē quod amplius exhausti sumus? Quodque longe mi-
duntur. ferrimum, adeò indignè hic tractamur, tanta cum
ingratitudine, & infamia, ut omnia etiam ligna,
quæ vrimus, & aqua, quam potamus, auti pretio,
ac pondere nobis vaneant, & appendantur, adeo
mundus inops, ac miser.

Deus in Apocalypsi mundano ait: *Quia dicas,*
quod diues sum, & locuples, & nullius egeo, & ne-
scis, quia tu miser es, & miserabilis, & pauper, & cœ
cus, & nudus. Quod Deus de prauo quodam mun-
dano, meritè tu de omni mundo dicere potes; diui-
tem se facit, potentem, & omnibus se putat abun-
dare rebus; nescit tamen, & non videt, se pauperem
esse, ac miserabilem, nudum, lacerum, cæcum, men-
te carete, non attendere, non considerare.

Et sane mundus adeò pauper, eiusque miseriæ
adeò

ad eō magnæ, ut si quid cui donare velit, alij id ipsū
sum auferat necesse sit. Ut honores alicui confe- Mundus
rat, alium suspendat oportet, qui illius exuumi pauper, &
donet. Ita Amanum turgidum illum Peisarum.
purpuratum suspensi prius oportuit, quam eius trabea, & dignitas pauperi Mardochæo Iudæo Esth. 3.
conferrantur. Quò pauperes diter mundus, ditioni
bus facultates auferat, diripiatur, & tollat necessarium
est huius ruina, illius est incrementum; illius pau-
pertas, huius opes; vnius naufragium, alterius emersio.

Apud Ezechielem superba Tyrus Hierosolyma
imitana ruina gaudebat, quod inerces Ierusalem
commeare solitæ, illa deserta, tam recta Tyrum
peterent; adeò, ut illius ruina, huius foret incrementum. Idem omnino in mundo fit: ibi namque alter alterius lætat ut iactura, & naufragio: vnius declinatio alterius hic est emersio. Si quem fortuna sustollere velit, alium prius deprimet. Numquam aulicus, aut palatinus ad gradum aliquem ascendet, nisi aliis loco deiectus in ordinem redigatur: si huius fortuna plena fit, & perfecta, illius deliquum patiatur, quando hac parte mundus affundit, illa effundat oportet; hunc, ut diter, ac locupletet illum ad inopiam redigere, & facultati- bus priuare cogitur.

Holofernes exercitus Assyrij præfctus, & caput, quod Bethulienses ad maiores angustias redigeret, aquæ ductus, & fontium meatus incidi præcepit, adeò ut, & oppidanis aqua ad bibendum deesset, interius siti emoriebantur, extrinsecus mortem ob oculos, & hostem ad portas habebant. Maior ne dici, aut fingi miseria potest? quod uero in mundo uidemus, luge etiam miseriū. Crudelis quippe tyrannus hic Holofernem imitatur, ipsos aquæ

aqua ductus etiam præfecat, minima quæque aufert, nosq; omni consolatione priuat, cumque domi siti nos enecet, foris mottem ostentat, & crudele nobis bellum indicit.

Num. 2.

Interim dum Israelitæ in diserto agerent, solitudinis miserias exaggerentes, ita apud Moysem expostulabant, murmurantes: *Cur eduxisti nos de Aegypto, ut moriamur in solitudine? deest panis, non sunt aquæ anima nostra naufragat super cilo isto leuissimo.* Quantò vero maiores, ac grauiores mundi miseriæ sunt, quam solitudinis Arabicæ: neque enim panis modò, & aqua hic desunt, sed omnia, communis hic naufragia; & vulgo omnes eius escam fastidiunt. Reges hic esurie premuntur, Monarchæ inopes dicuntur, quin, & ipse Dei Filius siti se emori in Caluariæ loco clamat: iusti hic inopia premuntur, & impij epulantur, & plaudunt.

Lucæ: 15.

Filio prodigo ad patriam domum retterso, filius natu maior peregrè rediens, viso festo apparatus, & audita symphonia, vitulum saginatum, & vestes præparatas, & reliquum gaudium coram intuens, iusto actus inuidiæ, & malevolentiae æstro apud patrem ita conquestus est: *Ecce tot annis seruio tibi, & numquam mandatum præteriuitum, & nunquam dedisti mibi hædum, ut cum amicis, &c.* Aliquisne iustus sub cœlo viuit, quin ipsū mundo obijcere, & exprobrare queat? est enim durissimus, & immitissimus pater, qui solus prodigos, peccatores, impios, & sceleratos magni facit, & fouet, iustos vero, & pios negligit. Symphonia, sepulæ, vestes pretiosæ nonnisi improbis cedunt, pena, dolores, labores, necessitates, & cruciatus sunt hereditas iustorum.

Luc. 15.

Dominus, ac rector regionis illius longinquæ, tam durum se, & crudele erga eundem prodigum

gum exhibuit, ut in vrbe, vbi ciuius viuunt, & cum honore, illius opera vii noluerit, sed foras ad villam suam miserit, quo porcos pascere, & subulcum ageret. Talis omnino mundus est, & natura etiam inhumanior, tam immitis quippe in aseclas iuos est, nullo vt loco, in quo honeste, ciuitatemq; viuunt, agere eos velit: verum in agrum eos ableget, procul a fortuna, proctil ab omni hominum pitorum confortio, quin, & porcos eos cogat pascere, id est, in peccatis viuere, in turpitudine degere, & in omni abominationum, & immundicie genere voluntaria tamen hominis est cecitas, stupor, & vesania, vt malit improbo huic domino, quam bono Deo obsequi, tyrannum hunc sequi quam Patrem cœlestem.

Plurimi veterum Israelitarum maluerunt tolere
Num. 12.
rare tyrannidem Pharaonis, & omni calamitate
adobrui in illius regno, quam aliquod patiendo
incommodum, post terram promissionis ingredi.
Quot vero hodie inter Christianos reperiuntur est,
qui malunt afflicti, & miseri in captiuitate,
& tyrannide mundi huius viuere, quam parum
aduersitatis ferendo, post cœlestem gloriam
ingredi?

Qui in Euangelio ad nuptias inuitati fuere,
maluerent ad labores, & negotia temporalia transire,
quam nuptiarum regalium festiuitate perfri. Rex regum omnes sine ulla exceptione ad
beatitudinis cœlestis epulas inuitat; tamen maluerent
omnes labores amplecti, & negotia mundana
sectari, quam gaudijs, & plausu nuptiarum
cœlicarum gaudere. An non hoc miserum, &
deplorandum?

Deplorabat hoc sanctus Augustinus, dicens: Super
Mundus transit, & concupescens eius. Quid vis? Ioa. epist.
Vtrum

Vtrum amare temporalia, & transire in tempore;
an Christum amare, & in æternum uiuere? Huc
 aures, & animum mundane aduerte, atque eadem
 tibi dici sine. An non vides omnia quæ in mun-
 do sunt transire, nihil hic fixum, & stabile esse,
 tempus omnia consumere, & cum tempore ire,
 peccatum omnia? Quid igitur cogitas? quomodo
 vitam instituis? Cœlone præfers terram? satiusne
 esse putas temporalia sectari, & cum tempore fu-
 gere, quam Deum deligere, & in æternum uiue-
 re? adeone cæcus essem, ut morti uitam postpone-
 res, nihil præferres toti, somnia ueritati, infortunia
 felicitati, miserias gloriæ.

Aug. super Psal. Idem Ecclesiæ Doctor hanc caliginem homi-
 num demiratus ait: *Ecce turbat mundus, & ama-*
tur, quid si tranquillus esset? formoso quomodo adha-
reres, qui sic amplecteris fœdum? quomodo colligeres
rosas, cum tanto cum affectu spinas complectaris? Et
 uerè mirum est, & rationi probè dissentaneum,
 mundanos adeò dementes esse, ut mundum tam
 perditè complectantur, rem immundam diligent,
 loco purissimo, cloaca, & forica capiantur, & spi-
 nis uelut iofsis afficiantur.

Aug. in serm. O fatuitatem humanam? o errores intolerabi-
 les? *Ecce ruinosus est mundus, & sic amatur, quid*
si solidiore esset, & stabilis? ecce amarus, & auferus
est, & mundanis placet; quid si dulcis esset? o munde
immunde tenebras partens, & caitatem? quid faceres
si manares, quid faceres dulcis, si amarus alimenta
metris. Atque inde lancetè inferre possumus, mun-
dantium incantatum, aut fascinatum sensibus esse,
re adeò detestabiles amantem, pereuentes sectan-
tem, improbas desiderantem, cruciantes, &
molestas conquirantem, grauibus inhiantem,
& miserabiles exoptantem, demonium ha-
beat

beat oportet, inimicum iuratissimum diligendo,
tyranno sanguinolentissimo adhærendo, infortu-
nium, & calamitatem tam audē ambiendo, inquē
ærumnis tam hilariter uiuendo.

Nouisse oportet antequam diligas, ait Prouer-
bium; uoluntas enim, Philosophis docentibus,
numquam in incognitum fertur. Mundum, ita-
que prænoscas uelim, antequam diligas, uoluntas
illi ante non adhærescat quām noueris quem, ut
benē cognoscas, attende quid quidam magnæ uir
auctoritatis dicat: *Fallax est hic mundus, finis du-
bius, exitus horribilis, index terribilis, pœna infini-
bilis.* Blof,

Vineula huius mundi, inquit Augustinus, asperi-
tatem habent veram, iucunditatem falsam certum do-
lorem, incertam voluptatem durum laborem, timi-
dam quietem, calamitatum seminarium, & spem ua-
nam beatitudinis. Verè aliud non ait, quam quod
uerè de mundo hoc dici potest, nonnisi malè de
eo loqui licet, nec benē de illo dicere quam ma-
ledicendo; illius honor nonnisi in uituperio si-
tus, laus in infamia, & gloria nisi in crimina-
tione.

Mundus, inquit Cassiodorus, iustè mari com- Super Ps.
paratur, quia falsitatibus amarus est, fluctibus dia-
bolicis quatitur, uitiorum tempestatibus commoue-
tur. Verè, inquam, mare est, theatrum inconstan-
tiæ, palæstra tentationum, & assuhiuum, abyssus
monstrorum, id est, peccatorum præcipitium, &
uorago nauigantium, syrtium, & chatybdis lati-
bulum, mortis domus, tempestatiū stadium, flu-
ctuum carcer, disferminum æquor, atx infortu-
niorum, & omnium miseriariarum receptaculum.

Cum igitur mundus adeò miser, eiusque iu-
gum adeò graue, Christi uero adeò leue sit, illud

excuse

126 DEMOCR. CHRIST. Cap. 10.
excute, & hoc in humeros sume: à tyranni illius
captiuitate te libera, teque tam illustris Domini
Sacramento addicito; in fortuniorum pelagus dese-
re, & ad verę beatitudinis portum confuge, nauem
miseriarum oceano subducito, & ad gloriae littus
applica; quod si feceris, quiete, & tranquillitate
hoc in mundo gaudebis, interim hic exspectans ut
in altero beatus aeternum existas.

C A P V T X.

Exploditur Mundi Affectus.

*Humani generis tenebris cantem
Quis non rideat ergo cœtaiem,
In mundum ut flueat colatq; mundum,
Iam fœdas ita deperire fœdes,
Et res tam putridasque, fœtidasque
Non hoc est stolidum esse, & esse stultum?*

Psalm. 4.

Filiij hominum usquequò graui corde ut quid
diligitis vanitatem, & queritis mendaci-
um? Hæc verba sunt regis, & magni
Prophetæ increpatio, quibus cœcitas, & stupo-
rum Cosmophilorum fatuitas irridetur, quod rem
ad eō amore indignam tantopere diligent, ac
subiectum tam inane, incorporeum, fundo esse,
meritoque destitutum, tam stolidè amplectantur,
quod non nisi mera vanitas, fraus, impostura, ac
mendacium.

Verba hæc regia eumdem mihi affectum eli-
ciunt, meque dicere & vociferari cogunt, Filij ho-
minum, non verò brutorum, creaturarum ratione
donatarum propago, non verò bestiarum fœtus,

sem-

semperne adeò ceci, & perniciaces eritis, vt iam male amorem vestrum applicetis, reique tam inani affectum apponatis: affectus enim vestri nimis absurdii, & terreni sunt: cum natura, & ratio amorem vobis indiderit, cur eundem non subiecto alicui digno affigitis, non vero vanitati? si inclinationes, & propensiones ad ambitiosa vos, & alta efferant, cur easdem rebus solidis, veris, & dignis non admouetis, non vero umbraticis, phantasticis, & mendacibus?

Augustus Cæsar, vnum de numero prudentium Imp. Rom. externorum legatos per vibem catellos meliteos brachijs gestantes, cernens, quos complectebantur, & stringebant: percontabatur, num eorum in patria mulieres pueros parerent? illudebat ijs haç interrogatione, fatuitatemque ipsorum exprobrabat, quod amorem tam male collocaarent, & ad bestias transferrent, qui non nisi vt ad homines transferretur, datus esset. Non inconuenienter hoc ipsum stultis hodiernis diei mundi amatoribus adaptabitur. Quis enim non rideat hos, illorumque stultitiam, quod affectum omnem, & amorem non ad bestias dumtaxat, verum ad lapides, saxa, ventum, nihilum, vanitatem, & maledicia traducant; cum præclara illa passio solum bonum diligere deberet, vt pote cum non ob aliun finem à Creatore Deo homini indita, quam vt virtutem, cœlestia quæ diligenter.

Amor da-
tus ad vir-
tutē aman-
dām & cœ-
lestia.

Isaias de Babylonis malis agens, ait: *Nec pa-*
nec ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent tibi.
Quasi diceret, alienigenas discrimen calamitosæ
illius urbis metuentes, quanto cius ab ea declinatu-
ros, & toto eam corde detestaturos, illiusquæ moe-
nibus non accessuros. Ipsum de mundo dico,
mihique persuadeo neminem, si modò loci huius
confusio.

Isa. 13.

128 DEMOCR. CHRIST. Cap. 10.
confusionem aduerterit, tentoria hic vñquam fixum,
id est, affectum suum applicaturum, quin potius omnino ab ea velut re maximè abominanda
fugiturum.

Et sanè abominabilis est, uerequè detestatione
3. Ioan. 2. dignus, nam, ut Euangelista ait: *Si quis dilit mundum, non est charitas Patris in eo*, ergò mundum execremur, & horreamus oportet, cùm ipsum diligendo Dei perdatur amor, ac dilectio: mortali cum potius odio insectemur, cùm eius amor adeò noxius, & abominetur cum illum amando cœli iactutam faciamus, Deum, beatitudinem, animam, omnia denique amittamus.

2. Reg. 13. Ammon filius David, & regni hæres, postquam infamem illum cum sorore Thamar, quam uehementi, & effreni amore prosequebatur, incestum commisisset, delicto cognito, & præuisis inde se cuturis malis, & sui ipsius nece, affectum omnem in odium transtulit, *eamq; exosam habuit odio magno nimis, ita ut maius esset odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat.* Si mundanus voluptarius, qui tam feruenter vanitates consecratur, penitus mundi vanitates perspectas haberet, quæ si bi instent hic discrimina, quantumque situm periculum in rerum quas amat amore, quanta sub voluptatibus quibus inhiat amaritudo; amor ille mox in odium mutaretur, & ipse mihi persuaserit, ipsum ijs cognitis, eò maiore ipsas odio quam ante affectu prosecutrum.

Qui mundum diligere vult, Deum amare nequit, nec vicissim à Deo amari. Duo hi amores semper non ferunt, & inter se penitus discrepant, & qualitas huius dissent ab alterius. Nemo eodem tempore cœlum simul, & terram intueri potest, ita nec pariter Deum, mundum,

quæ

que diligere. *Nemo potest, inquit Euangelista,*, Matth. 6.
duobus dominis seruire; ita quoque difficillimum
 duos souere amores; vnum quo diligatur Deus,
 alterum, qui mundum respiciat.

Philistæi dūm arcā fœderis in eadem cum Dagon ata collocare cogitant, mane damno suo didicete, id fieri penitus non posse; arca quippe stabilis in ara permanxit, idolum confractum, & collisum ad terram concidit. Mundi amor alter Dagon est, & Dei dilectio arca quedam fœderis, cor nostrum ara, quicumque ergo virumque hoc numen ibidem statuere, ac figere vult, fallitur haud dubie, & nescit fieri hoc penitus non posse. Si enim mundi Dagon in corde nostro sedem fixerit, amor cœlestis emigrabit, si verò diuinus hic manserit, idolum deturbetur necesse est, & confingatur.

Quamdiu Hebrai farinas Aegyptias apud se Exod. 16.
 habebant, suauissimus cœlestis mannae cibus cælo non descendebat, quo docemur mysterio, quamdiu in corde nostro amor, & affectus mundanus stabularit, quæ verè farinæ Aegypti, spem non esse mundi a- diuini amoris manna, benedictiones, gratias, de- mor simi- niq; nobis donandas. lis farinæ Aegyptiæ.

Verè itaqne amorem suum mundo applicare mera stultitia, & insania est, amare quippe est rem odio dignam, sequi quod fugiendum, magnifice- re quod negligendum, complecti quod detestan- dum. an non inera insania amare suppliciorum palestram, carcerem tetricum, regnum diaboli- cum, captiuitatem barbatam, dominium tyranni- cum, domum perpetuis ambitionis, cupiditatis, & avaritiae ignibus æstuante? Mundane, si animæ tuæ excellentiam, maiestatem, & perfectio- nem considerates, vt potæ quæ omnibus, qua in

mundo haberi possunt, dignior, & eminentior, te ipsum castigares, ac tui ipsius iudex constitutus, at iustus, & aequus, tuarumque vanitatum ergo reprehensibilem, ac vituperio dignum censeret, quod res adeò viles complectare, & affectum adeò abiecit, animaque tua excellentia, & dignitate adeò indignis applies.

Iud. 14.

Is sibi ipsi iniurius, & reprehensione dignus, qui affectus, & desideria violenter cogens, eatenus illa deprimit, ut res vanas, & abiectiones complectantur, & diligent, quemadmodum Sampson meritò à suis castigatus, & correptus; quod infamis Philistææ amoribus tenetur, & ipse legislator Moyses à fratre Aaron, & sorore Maria obiurgatus, quod amorem ad Æthyopissam transstulisset. Ita, & ipse tibi es iniurius, & verborum grauium imbre, ac flagello dignus, quod ere animi tui sint angustiae, eaque mentis abiectione, ut ea, quæ amore tuo indigna sunt, & amari non merentur, tam perditè diligas, & complectare.

Amor mundi omniū malorum origo.

Atque, ut Dei amor omnium bonorum fons, & scaturigo; ita mundi dilectione omnium malorum principium, eò, quod mundus nimium diligatur, Deus negligitur, animæ salutis nulla habetur ratio, pœnas non perhorreſcimus, mortem ob oculos non ponimus, iudicium nouissimum ad mentem non reuocatur, inferni tormenta fannis excipiuntur, de beatitudine nulla fiducia, aut spes. Atque, ut amor Dalilæ omnium ærumnarum Sampsonis causa extitit, ita mundi amor sola causa est omnium malorum hominis, causa illius afflictionum, causa ruinæ, damnationis animæ illius causa.

Iud. 15.

Quotquot Sodomam, & Gomorrah dilexere, illis pereuntibus periēre, illarum flammis adusti sunt,

Gen. 19.

DE MVNDI AFFECTV.

131

sunt, & sub cineribus, ac ruina infeliciū vrbium sepulti, & obruti sūt, at qui eisdem emigrarunt, locoq; periculoso se subduxere; & in tuto se colloca runt. Mundus hic vera Sodoma est, & Gomorrha, locus noxius, & calamitatum seminarium; hinc quotquot eidem animo, affectuq; adhærescunt in periculo ne ibidem pereant versantur. At qui sancto quodam odio, & contemptu inde se subtrahunt, in tuto se collocant, fulminum, ac iudiciorum diuinorum, & iustitiae æternæ periculo immunes.

Nadab, & Abiu, sacerdotes Leuitici, & Aaro. Num. 3.
nis Pontificis filij, quod Domino vetante ignem alienum, & profanum aræ imposuissent, diuinę iustitiae manum sentientes, morte repentina percussi sunt. Terribile profectò iudicium, at reuera peccatum, ut hinc discamus, quicumque præter voluntatem Dei in cordis sui atra amorem mundi, qui ignis prophanus, & alienus est, accenderit, hoc in mundo temporalement, & in altero sempiternam mortem promereret.

Eheu, quot amor hic mala secum trahit, quot nobis damna adfert? Cor depravat, voluntatem alienat, intellectum corrumpit, & brutat, passiones accendit, inclinationes cogit, naturam vi rapit, & peruertit, concupiscentiam armat, sensualitatem producit, appetitus suscitat, desideria exauxit, cogitationes efferat, salutem impedit, animæ perniciem creat, milleque nobis adfert dannata.

Lucas Euangelista cæcum nobis mendicum describit viciatum stipem depositentem, qui cum Iesum Christum præterire audisset, eius opem postulabat, visumque restitui, sed qui aderant homines increpabant eum, vt sileret, neue clamar

Luc. 23.

do aures omnium obtunderet. An non malevoli illi erant, & inuidi, cæco visus restitutio[n]e inuidentes? Mundus profectiō erga nos etiam multo nequior: nam ut ad ipsum accedimus, & ipse vi-
cissim ad nos; nos qui omnes mendici, & cæci in
hac vita sumus, si merita Iesu Christi implorare,
& ad cælum clamare voluerimus, misericordiam
implorantes, & lumen oculis, sanitatemque ani-
mae efflagitantes bonum hoc opus impedita fata-
git, sancta, salubriaque proposita disturbat, conce-
ptibus nostris obstaculum ponit, ac turpe nobis fi-
lentium imponit.

Luc. 19. Zachæus Publicanorum Princeps, & cui pauci
Iudici opum affluentia, & copia comparandi erāt,
ob turbas adstantes Iesum transeuntem videre nō
poterat; & quamdiu inter turbas erat, & in ter-
ræ solo ambulabat, illum videre non poterat,
at mox, ut arborem conscendit, facile illum compi-
catus, audire meruit, & eius verba, & adhortatio-
nem. Amor, sequela, & mundi frequentatio nos
velut pusillos Zachæos impediunt, ne Filium
Dei videre mereamur; nec spes est, quamdiu in
turbis eius actu tumultibus sumus, & in terra am-
bulamus terrena diligendo, illis benedictionibus,
ac gratijs potiundi. arbores ergo concendentæ
sunt, & Sicomori mortificationis, & rerum omniū
contemptus petendæ, à terra elongemur oportet,
& célo accedamus, quo Christum Redemptorem
videamus, eiusque verba percipiamus.

Mundus
impedit
quod mi-
nus Chri-
stum dili-
gamus.

Luc. 2.

Mundus, eheu non modò impedit, quo minus
Iesum videamus, sed efficit etiam, ut penitus amittamus,
quin & Deipara Maria ipsum in turba
perdidit, mirum: verum tamen sapientissimos, &
optimos, quosque Deum in mundo amittere, &
improborum consortium, & amor vanitatis,
salutis

DE MVNDI AFFECTV.

123

Salutis eos facere iacturam cogit , bonumque
supremum tollit, & oīnia.

Hinc Dauid cordatus ille Rex ab omni se mun
di affectu sequestrans, palam confitetut: *Ecce elonga-*
gau fugiens, & mansi in solitudine: non tam de fu-
ga, quæ pedibus, quā animo, ac voluntate fit, lo-
quitur, nec tam de corporis elongatione haec, quā
cordis, & affectuum intelligenda sunt. Iesu Chri-
sti seruus procul ab amore creaturarū in se separet;
& retrahat oportet, cūm impedian, quō minus ad
Deum accedamus. Sequela mundi periculosa ad-
modum est, & noxia, sed fuga vtilis, & honorabilis.

Iosue, eiusque milites fugam simulabant, & ab
vibe Hai recedere videbantur, atque hoc stratage-
mate eam expugnarunt, & euerterent. Hoc ipse
quoque viere stratagemate, mundum diligenter
fuge, & regum illi obuerte ab illius vanitatibus
sequestrando, si modò victoriam referre velis. Mu-
ndus fugiendo vincitur, superatur recedendo, ab eo-
te elongando profligabis, illius vanitatibus valedi-
cendo triumphum de illis duces. Mundus porro
non superat, cūm illum amoris passibus se clamur,
vinci ut verò, cūm per odium, & detestationem
actionum eius, atque operum illum fugimus.

Si Dauid, generosus ille Iudeę Hercules Golia-
dæ accessisset proprius mortem incurritisset, & vasti
gigantris manibus obtruncatus occubuissebat; at quo-
niam ab eorecedens longius funda illum petuit,
hinc illum debellauit, & lapidis iactu prostra-
tum iugulauit. Quicumque flulto, ac famo
affectu mundo proprius accedit, illiusque nego-
tijs se immergit, in discrimine versatur maximo,
ne à gigante hoc oppressus succumbat, at si Da-
uidis instar ab illo recedat, & minus illum op-
pugnet, speret illum debellandum, victoriamque

Mundi fu
ga honora
bilis.

Ios. 8.

1. Reg. 17.

penes se futuram. Sancti omnes triumphantes, qui doctrina illum, & scriptis profligarunt, primo illum semper fugerunt, & per fugam continuum, & cruentum illi bellum intulere, ipsumque tandem subiecere.

4. Reg. 4.

Cum cordata illa vidua oleo vascula sua repletar, ac Deus ipsum multiplicaret, Elisæi iussu ostium domus suæ occlusit. Ad eum planè modum, si animæ gratiam, & amorem à Deo infundi, denique volueris, eiusdem ostia, & aditus diligenter amoris mundi obserandi sunt. Nam, quamdiu corrūm hac parte patuerit, nunquam animæ lecythus gratiæ diuinæ oleo replebitur: item quamdiu benè tibi cum mundo conuenerit, fore certum est, ut male tibi cum Deo conuenias; si enī huic socius fueris, alteri inimicus eris. amor creaturarum à Creatore te separabit, & per mundi quisquiliast te vagari cogit.

Gen. 4.

Cain vir mundanus, & sceleratus, ut qui maximè à Deo sequestratus, & mundo affixus, gemens, ac lamentans dicebat: Ecce ejus me hodie à facie tua, & ero vagus, & profugus in terra: omnis, qui, ut mundum diligit, Deo se inimicum reddit, eadem discrimina subit, quæ Cain; à Deo enim separatus, & iucundissimo oculorum eius aspectu priuatus, fugere, & vagari ab una vanitate in aliam, per mundi huius desertum, cogitur: & totus tremitus, & sibi vndequaque metuens, nunquam quiete, nunquam mentis tranquillitate fruitur.

Gen. 21.

Vix Agar Abrahæ domo egressa erat, quin in varias incideret calamitates, nihilque præter sim, & defatigationem in deserta, vastaque solitudine reperit. Peccator quoque vix domo, id est, amore magis illius Dei egreditur, quin iliadis calamitatum possessionem adeat, & nihil præter calorem,

rem, sitim, & incommoda, per deserta, & solitudinem mundi huius diuagatus, inueniat.

Proiecisti, inquit Deo Isaias, populum tuum, dominum Iacob, quia repleti sunt idolis. Et sanè magnus ille Deus, ut plurimum deserit eos, qui mundi huius idola colunt: hæc cogites velim, & uide quò uergant affectiones tuæ. Si enim illa uanitatibus, & sæculi huius idolis dedicaueris, dubitandum non est, quin te deserturus sit, & proiecturus Deus. At certò certius scias ipsum hostem tuum esse, atque ocyus, aut serius, fore, ut indignationis suæ flagellare, & ignes tandem experiri cogat.

Atq. hoc est, quod Apostolus Iacobus, ait uerbis *Iecoc. 4.* satis horrendis: *Quicunque ergo amicus esse voluerit seculi huius, inimicus Dei constituitur.* Et quis autem adeò uecors, & demens, ut ad obtinendum mudi favorē, & gratiam apud tyrannū hunc inueniendū, Dei amore in discrimen adducere, eius indignationem incurtere, & nocte, dieq. tam cruentū ante oculos hostem habere uelit? Hoc à nobis malum, ut auertatur, clamat Ioánes Euangelista: *Nolite diligere mundū, neque ea, quæ in mundo sunt:* non satis illi est amorem sæculi huius calamitosi interdicere, sed eadē uult opera, ut omnes mudi merces, & quæ cūq. uenū exponit, detestemur. Et meritò; neq. n. sat is est mudi nō diligere, modò quid in ipso sit, cui animū, affectū, & cogitationes nostras affigamus.

Præcepit olim Deus magno Patriarchæ Abrahæ, suum, quò amorem testatum faceret, patriam deserere, facultates repudiare, & in peregrinū solum transire; ecce textum: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Non uult solum patria illum exire, uerum insuper cognationem deserere, omnes notos, & amicos, quin, & dominum paternam, ut hinc discimus, non satis esse

mundo egredi , nisi simul mundanorum consortia derelinquamus ; affectui parentum valedicamus , carnem , & sanguinem exuamus , & amorem nostrum à domibus , & familiis sequestremus .

Atqne idcirco Princeps Apostolorum , ad testificandum amorem , quo Dominum suum prosequebatur , & contemptum quo mundum vniuersum repudiabat , ait : *Ecce nos reliquimus omnia , & secuti sumus te .* quasi diceret , in signum quo docemur nos te vnicè diligere , & mundum perfectè penitusque detestari , ecce reliquimus omnia bona facultates , imperia , status , diuitias , domos , parentes , amicos , omnia denique , quin , & cymbas nostras , nosque ipsos tibi dedicauimtis . Hoc vero sif gnonm Apostolicum est , & euidens argumentum non diligere nos mundum , sed illi valedicere , & omnia repudiare . Quando diuitias contemnimus , honores proculcamus , officia dignitatesque repudiamus , amicos negligimus , parentes obliuisci- mur , denique ubi eò perfectionis peruererimus , nulla , vt mundi nobis vanitas sapiat ; certissima nota est , illi nos non adhætere , sed solum Deum super omnia quærere .

Matth. 9. Rerū omnium contēptus est verum te . stimoniū amoris diuini .

In Deuteronomio olim præcepit Deus , vt quicumque illius sacrificio , cultuique dedicati erant , nullas haberent possessiones , nullam hæreditatem in populo adirent . Vt hinc disceremus , vt Deo quis piè , deuotèque seruat , bonis terrenis nimis adhædere , nec rebus sæculatibus nimis immersū esse oportere . Cura namque , & sollicitudo , bona , facultatesque conservandi , creaturisque placendi , amorem Creatoris eneruat , nosque ab eiusdem obsequio , cultuque diuertit .

Deut. 18. In Euangeliō obseruatum est Christum cùm discipulos orbē expugnaturos mittebat , vetuisse , pecuniā am-

pecuniam ne gestarent, nec peram, nec baculum; inermes, & omnibus necessarijs destitutos, illam eos expugnationem facere volebat; sciebat enim, illos paupertate, nuditate, & rerum omnium contemptu facilius inimicū hunc expugnaturos, & orbis totius se dominos reddituros. Quò enim quis à mundo recedit longius, quo illius in eum maior potentia, quò propior, & vicinior, eo vires magis acciduntur, & infirmiores sunt.

In Leuitico à sacrificiorum oblatione, & altari summoque Sacerdotio Deus excludit eos, qui curvato essent corpore. Quicunque porrò hac deformitate notatus est, perpetuò terram iniuetur, ideo que à Sacerdotio remouetur: eò quod oculos, intentiones, & cogitationes nostras semper ad amorem suum erectas, non ad mundi declinatas, velit Deus. Caeve ergo ne curvato, & fornicato sis corde, ne oculos, aut animum mundum versus obueritas; sed recta semper incede, sublatoque capite, cælum intuendo, & sublimia contemplando.

Inter cætera Apostolis præcepit Redemptor: Mat. 10.
Excuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluem de pedibus vestris, idque in signum puritatis, & honestatis vitæ ipsorum. Deus porrò mundum adeò detestatur, ut ne minimas quidem cogitationes seruorum suorum vanitatum illius puluere, commaculatas velit; precipiatque, ut quocunque locorum venerint, sedulò, diligenterque non è pedibus, sed animæ cogitationibus omnem puluem, id est, omnis infectionis, & sordidum mundanarum affectum excutiant.

Dixit olim populo Moses, ut in Numeros relata: Num. 16.
 tu es: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, que ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum. Hæc nos verba docent, ita nosa mundo

mundo separandos. & alienandos, vt quæ improbi possident ne tangamus quidem, ne forte contacteret ipsorum peccatis simul inuoluamur, eademque nos ruina adobruat. Tactus picis manus inquinat, & rerum mundanarum amor cor simul, & animam inquinat.

x. Reg. 10. Sauli Regi imperauit Deus, vt Amalec percuteret, & yniuersa illius demoliretur; etiam minima animalia: quod quia non fecit, regno excidit. Vult ergo Amalecitam, omniaque eius armenta, gregesque interfici, vt discamus, velle ipsum, & impetrare, mundum, vt penitus interficiamus, omniesque vanitates eius demoliamur, & euertamus. Mundus enim Amalec est, eiusq. greges, & animalia diuini sunt, & voluptates, quas euerti cupit, omnēq. à nobis erga illas amore, & affectū exui; quod si neglexerimus, gratia illius excidem⁹ simul, & regno.

Ios. 6.

Iosue dux vihem Iericho, in limitibus Chanaan sitam, & idolis infamem intercepturus, & euersus, omnibus, & singulis præcipit, ne quod ex illius manubijs, spolijsque, quam tumuis exiguum, acciperent, sibiique clanculo reseruarent: quod quia Acam præceptum neglexit, & sibi aliquid cupiditate stimulante retinuit, ab omni fuit populo lapidis obrutus. Mundus vera Iericho est, viis impijs, sceleratisq. plena; quam expugnati, & euerti Deus cupit, verū omnibus interdicit, ne quis, nisi vita; salutisque discriminem incurre velit, aliquod illius spolium concupiscat. Ruina, euersio, & plena vanitatum mundi destructio honorifica est, & commendanda; at facultatum eius inuasio, & opum contractus metuendus, quam maximè.

Gen. 3.

Eua tentationum impetus, quibus post succubuit, à se repellens, ait: *Praecepit nobis Deus, ne comedemus, & ne tageremus lignū ritae, ne forte moria-*

MUR,

mur, accedentes, tangentesq. Quod primæ illi mulieri prohibitum fuit, quantum ad vnam arborem, nobis iteratur in dies, quantum ad reliqua, quæ in mundo sunt. Deus quippe semper hactenus inhibuit, & etiamntum hodie inhibet, ne tangamus, aut aliqua ratione ad vanitatem mundanarum, quæ non vite, sed mortis est, arborem accedamus, ne forte, postquam tetigerimus, & accesserimus, frustus gustandi, voluptatum inquam, ac deliciatum, quas usurpari sub vitæ periculo vetuit Deus, nos cipiat desiderium.

Sapienter hauddubiè Iacob Patriarcha egit, Gen. 35.
cùm idola Labani terra obruit, ne forte sui eadem coram oculis habentes, erga illorum cultum afficerentur, atque, vt ipse hoc pacto peccandi ijs occasionem tolleret. Quàm sapienter, ac cordatè illi item agunt, qui vanitates, honores, diuitias, homines, quæ inania sunt mundi numina, ne videre quidé volunt, sed perpetuæ obliuionis terra eadem adobruunt, ne foris videntes, & amantes ad eadem ambienda, consestanta, colendaque excitentur.

Quicunque agnum manducare paschalem apud Hebreos volebat, & inter fidèles numerari, vt in Exodo scriptum legitur, circumcidì in primis debebat. Si inter Dei filios haberis, eiusque sacramentorum, & gratiarum particeps constitui velis, idem facere te oportet, circumcidì, inquam, impudicum sæculi huins amorem à corde tuo proscribendo, & eliminando. Hæc porrò circumcisio insignis, sancta, & pia est, & fidelium signum, ac tessera: qua, qui caruerit, sed affectuum mundanorum præputium adhuc in corde gestat, velut prophanus, & alienigena habendus.

Exod. 12.

Non ita agatis oportet, mundani, sapientiores vestros, & prudentiores ostendite, tot curas, ac sollicitudines

tudines abijcete, vitam ab huius amoris tyrannide liberate, stultas hasce passiones corde vestro excludite, & solum Dei amorem spectate. *Deponite*, ait Apostolus, *vos secundum pristinam conuersationem, veterem hominem, & induite nouum*. Vetus porro homo est malus, & nequam amor mundi, & nouus amor Dei, unus est exuendus quod induatur alter; unus ad corruptionem inuitat, & per errores ambulat, alter ad immortalitatem trahit, & iustitiam edocet. amorem mundi sequuntur mala, & infortunia, & Dei amor omnem felicitatem patrit, & causatur. Tyranni huius amor ad miseras, & mortem nos condemnat, & benignissimi illius patris amor felicitatis, & vita sempiternae nos participes, & heredes constituit.

C A P V T XI.

Exploditur Mundi Hypocrisis.

*Iam decet plenis intonare buccis,
Dum Democritico libet cachinno
Pulmonum undique contuscare robur,
Quod prater simulacra vana rerum
Et larvas tot, imaginesque fictas
Nil toto licet inuenire mundo.*

Psal. 9.

VIR insipiens, inquit Psaltes, non cognoscet, & stultus non intelliget haec. Qui mundo inuoluti sunt, eiusq; vanitatibus seruiunt, falsæ illius gloriæ fulgore oculos præsticti, eiusq; hypocrisi decepti, eius proditionem non agnoscunt, dissimulationem non percipiunt, nec malitiam ei naturalem comprehendunt. Mundani slo*li*di,

solidi, & ignorantes non agnoscunt mundū hypocritam, & mendacem esse, nihil solidi, ac ueri contine, sed uerè perfidum, infidum, & proditorem.

Cosmophili adeò stolidi, & ignari sunt, *Uta.* Mat. 27.
gnoscere, & intelligere nequeant mundum Iudam esse, qui Dei filios amplectens, inde ad mortem rapit: leonem esse Samsonis, qui ore quidem, & lingua mel præferat, interiora uerò crudelitate, & feritate plena haberet: Herodem esse, qui pietatem simulans, & Iesum Christum adoraturus, ferrum sumit, & infantes innocuos necat: Ioab esse, qui una Amasam amplectens manu, altera lateri sicam inficit: esse insolentem Absalonem, qui peregrè se profecturum simulans aduersus patrem conspirat, & regno simul, & uita eum exuere satagit. Denique nesciunt mundum comptulum, & calamistratum ipsis imponere, dum illius pulchritudo arrideret: laruatam faciem præferendo, decipere, dum ipsum non agnoscunt: exteriori denique uenustate, & pulchritudine illos perdere, dum nimium illi confidunt, nec insidias positas aduentunt.

*Homo, inquit Sapiens, qui blandis, fictisque sermo
nibus loquitur amico suo, rete expādit gressibus eius.* Prou. 29.
Mundus satis, superque amicum te suum esse iactat, adulatur, blanditurque, & placidis te uerbis detinet: at caue tibi si sapias, est enim subdolus, & peruersus hypocrita, omniaque eius uerba non nisi proditio, pedicæ, laquei, & retia, quæ per uiam tuam spargit.

*Qui fingit se amicum, inquit Aristoteles, & non
est, peior est eo, qui facit adulteriam monetam.* Li. 9. Eth.
Si uerè, ita se res habet; tibi persuadeas uelim, in undum uerè sceleratum, & improbum esse: nam certum est, illum amicum se tibi fingere, & non esse;

esse; illius amplexus nonnisi prodiciones esse, blanditias nonnisi dissimulationes, & verba mendacia, esse monetæ adulteratorem, peruersoremque, qui omnia opera falsa cudit imagine, & cuius nummi omnes adulterini, & supposititi, quapropter illum abhorreas, & detesteris necesse est.

Eccles. 12. *Non credas inimico tuo in aeternum*, inquit Sapiens, & si humiliatus uadat curuus, adiice animum tuum, & custodi te ab illo. Non ignoras, mundum inimicum tuum esse, quemcumque etiam tibi tumultu ostenter: quapropter nunquam illi fidas operet, quoque cum amplius coram te humiliatum videris, tibique honorem, & reuerentiam deferre, eò illum metuas amplius, illius proditionem vereare ac semper tibi ab illo caueas necesse est.

3: Reg. 14. Vxor Regis Ieroboam Prophetæ Aliiae impone re voluit, fingendo, & habitum mentiendo: quæ vera hypocriseos species. Tu verò mundo ne fidas, illiusque imposturas detege, nam sub vestimentata se offert, fingendoque tibi imponere contendit. Est enim subdolus hypocrita, oculis siquidem, & vultu illud designat, corde aliud tegit, & voluit: nunquam quis sit ostendit, exterior forma nunquam spondeni, & cor bellum machinatur.

Genes. 33. Jacob, ut prudens, & sapiens, Esau fratri fidere noluit, & quamuis ipse enixè peteret, illius ut in comitatu proficisci veller, nunquam tamen cum ipso proficisci voluit, quod illius amicitiam suspectam haberet, sibiique metueret, dicens: *Præcedat Dominus meus ante seruum suum, & ego sequar paulatim restigia eius.* Queadmodum pius ille Patriarcha se cum fratre suo Esau gessit, ita te cum mundo gente, nunquam illi fidas, & quibuscumque te precibus sollicitet, ut cum ipso proficiscaris, teque illi

Illi socium adiungas, ab illo quam potes¹ longis- Fuge mū-
simè recede, noli insistere viam, quam ipse insi- di cōsortia
st̄it, noli diligere vanitates, voluptates repudia, di-
uitijs noli inhiae: sunt haec mundi viae, & itine-
ra: quamcumque tibi ciuitatem ostendat, qui-
buscumque te verborum blanditijs detineat, noli
illi accedere proprius, ipse præcedat: illius societa-
tem, consortiumque, ut noxium crede, & amicitia
velut suspectam, omnesque illius actiones, velut
hypocrisim puta.

Tamen David cum Saule in gratiam rediſſet, 1. Reg. 17.
& amicitiam contraxiſſet, nunquam tamen illum
verum amicum credidit, nec vñquam illi fīsus est,
quod procul à regno Israelitico recedens ad Achis
Regem Geth se contulit, alienum solum natali
præferens. Quamcumque demum pacem, fœdus,
& societatem cum mundo facias, qui tibi iam in-
de à longo tempore hostis est, & quamcumque a-
micitiam simulet, noli esse securus, semper illi dif-
fidas, satius fuerit illius terra, ditioneque egredi,
alioque te conferre, quam apud illum cum vi-
te discrimine versari. Ad tempus se tibi amicum
dicet, & quid mente lateat, hypocriteos velo te-
gens, tandem citius, aut serius te perdet, rūq; rui-
næ erit occasio.

Sichem filius Emor cum domum Iacob grau- Genes. 34:
ter offendisset, & Dinam uolenter raptam con-
ſuprasset, fratum illius, nimium credulus, uer-
bis fidem adiunxit; quod interitum illi, & exitium
attulit, nam ab ipsis iugulatus interiit, & vniuer-
sum cum illo simul regnum concidit. Si vñquam
mundum offenderis, virtutum illum aetibus irri-
tans, aut aliquod bonum illo inuito aggrediens,
noli ipſi, quidcumque tamen tibi offerat, fide-
re: semper illum ut suspectum habe, ne forsitan
aures

144 DEMOCR. CHRIST. Cap. II.

aures illi accommodans, eiusque verbis credens, illius occumbas manibus, tuoque damno tyrannidis illius arma experiaris.

Iud. 3.

Eglon Rex Moab, sed tyrannus dirissimus, manibus Aoth occubuit, quod illi se credidisset, postquam duodecim annis populum Dei exagitas- set. Nulla securitas credere inimico, & nunquam sapiens fidebat illi, quem semper, ut suspectum ha- buit. Incredulitas in mundo certissima securitas; & nimia credulitas, & fiducia, maximum infortu- nium. Quotquot mundo credidere, decepti fuere, & quotquot se securos esse putarunt, tandem agno uere nihil adeo periculosum esse, quam infelix il- lius consortium.

Luc. 12.

Hinc apud Lucam Dominus ait: *Attendite uo- bis à fermento Pharisaeorum, in quo est hypocrisia. ait attendite, vitium quippe, quod disimulatur, & te- gitur pessimum est, & lupus ouinis tectus exuuijs maximè metuendus. attendite, inquit, eò, quod dis- simulatio cianularia sit, quæ, & cautissimos, & prudentissimos in fraudem pertrahat; hypocrisia laruarum malum sit, quæ decipiatur etiam ante- quam appareat, & nocet antequam detegatur, & cognoscatur.*

**Vitia sub
hypocrisi
recta pessi-
ma sunt.** Rupes, scopuliisque sub aqua delitescentes magis sunt metuendi, quam, qui vertice existant, & prominēt, & plurim sunt naufragiorum occasio: declinant quippe nautæ scopulos apparentes, sed alios quos vnda tegit, innoxij pertransire nequeūt. Ita, & hypocritæ occultis peccatis nocent magis, quam qui palam, & apertere improbi sunt, quorum que mores, manifesti, & vita nota: semper quippe vitia hypocriteos pallio inuoluta nocentiora, dete- rioraque sunt.

Sup Mat. 7 Malū, inquit eloquentię flumen Chrysostomus,
sub

Sub specie boni celatum, dum non cognoscitur, non cauetur. In sinuare vult malum, quod sub falso, & ementito insigni militat, quodque sub habitu virtutis sese exerit, magis metuendum esse, quam si nudum foret, & naturaliter, aperenteque malum. Quod enim nouimus malum, evitare, & remis, velisque fugere contendimus; at quod non appetet, & occultum est, nemo cauet.

Omne, quod in mundo est malum, rectum est, & dissimulatione celatur, bonique velamine palliatur: peccata sunt larvata, quæ virtutes quis ob exteriora schemata esse iudicet: pharmaca sunt aloen, rhebarben, & antimonium introrsum celandia, & exteriùs saccarum, & sirupum præserunt, & velut dulciaria incautis offeruntur. Capheari sunt, & acroceraunia medio in Oceano, quæ cum à nauigantibus detegi nequant, plurima naufragia causantur. Hæc sunt hypocriteos mala, quæ sub externi prætextus certina delitescentia, prosperitatum instar, & fœlicitatum, hac in vita sese offerunt.

Prophetæ, & pastores tui, apud Ezechielem, Deus ait, quasi vulpes in deserto. Vulpes versipelles sunt, & verum hypocitarum symbolum, sèpè namque se mortuos fingunt, quò aues intercipiat, anseresque domesticos incautos deuorent. Mundus autem vulpès est, at subdola, & versuta, quam maximè, qui in coenobiorum, & monasteriorum, deserto mortuum se fingit, & crucifixum, & sèpè non aliam ob causam, quam, ut auiculas, id est, contemplatiuos in fauces pertrahat, & perfectissimis, qui sunt domestici Ecclesiæ alites, exitium, & perniciem afferat.

In libro Iostie legimus, Gabaonitas, scelestos, & idololatras, finxisse se de longinqua regione

k, veni.

Omnia
mudi ma-
la, alicuius
boni vela-
mine tegū
tur,

da con-

monst

venire, detrita calceamenta, vestes semilaceras, pa-
nem mucidum, vinum fugiens, & acidum in vascu-
lis derulisse, itaque Iosue, & omnes suos in fraudē
pertraxisse. Ita nec aliter mundus agit; semper se-
ut Gabaonitam gerit, fictoque, & dissimulato san-
ctitatis habitu imponit ijs, qui ipsum nō noscunt,
& hypocrisi sua omnes circumuenit. Quidquid
agit, in exteriori positum, de corde nihil omnino
laborat, solum vultum forinsecus apparentem cu-
rat: exterioris faciei dumtaxat rationem habet;
nullam interioris; perinde illi est leonina m̄.
corde rabiem tegere, modo agnum exterius fin-
gat.

Natura à Alia longè via procedit natura: nam in homi-
corde inci nis creatione à corde dicit initium (hoc enim vi-
pit, & mū- tæ domicilium,) deinde ad exteriora delabitur.
dus ab ex. Ita quoque vera virtus ab interiori incipit, suam-
que à corde directè originem capit, deinde ad exti-
ma deuoluitur. at mundus velut monstū, & hypo-
crita ex opposito sua auspicatur opera, ac proinde
nonnisi falsæ, & fucatæ virtutes sunt; deq; interiori
nihil omnino sollicitus, forinsecus omnia ostentat,
& nonnisi exteriorem speciem, & schema curat.

Pictores
solum res
extrinsec⁹
repreſen-
tant, ita ēt
mundus.

Pictores, statuarij, & sculptores nonnisi exterio-
ra constituunt membra, ut oculos, manus, brachia,
tibias, & pedes: at nunquam cor, hepar, pulmones,
intestina, nec uiscera. Mundus instar impostoris,
& hypocritæ pictores in hoc imitatur, num-
quam quippe ostendit quale sit cor, quænam in-
tentio, qui eius conceptus, & proposita: solum
extrinsecus, & exteriora ostendit, blandos ostendit
oculos, os suauolum, manus opibus plenas,
corpus superbè, & regificè ornatum, pedes ad tri-
pudium dispositos: verùm de corde, uoluntate, a-
lijsque rebus interioribus nulla mentio.

Manus

DE MVNDI HYPOCRISI. 147

Manus legislatoris Moysis forinsecus quidem Exod. 4.
 nitidæ, & sanæ erant: uerum in sinum ingestæ, le-
 pra uelut niue cooperatæ prodibant. Manus potrò
 symbolum sunt actionum, quodque scriptura cit-
 ca prodigiorum operatrices manus Mosis factum
 afferit, quotidie circa opera mundi hypocritæ cō-
 tingere cernimus. Opera illius pulchra, & insi-
 gna videntur exterius, sed interius si inspexeris,
 & animæ sinum excusseris, sordida sunt, & inqui-
 nata. Exterius omnia uirtutes esse uidentur, sed
 internè nonnisi uitia sunt.

Simon Cyreneus crucem Domini in montem Matth. 27.
 Caluariæ deferebat, & post Christum sequeba-
 tur, qui exterius quidem uirtuē iūstus, & magnum si-
 bi hoc pacto meritum peperisse videbatur, sed
 prætio conductus eādem portabat, et filio Dei in
 Crucem acto, in urbem post rediit, nec in monte
 supplicium pertulit. Mundus in quantum hypocri-
 ta Cyrenæo huic similis est, ob mercedem nam-
 que temporalem; id est laudes hominum, crucem Greg. lib.
 pœnitentia defert, Christum ad passionem prope 7. Moral.
 rantem sequitur, uerum in Caluariæ monte non Bernard.
 moritur, omnesque illius actiones nonnisi dissim- serm. de
 mulatio, & hypocrisia sunt. Exterius incidentem Benedic.
 si aspexeris, sanctum censeas, & in cruce mori-
 turum; at si penitus consideraris, nonnisi Cyre-
 næum, & fictum dices, qui quidquid agit coactus
 agit, & subdole.

Penna struthionis, inquit Iob, similis est pennis Iob 3. 9.
 herodij, & accipitris. Herodius, et accipiter aues Greg. li. 7.
 sunt in uolando celeres, at struthio cum aliud ha- cap. 1.
 beat corpus, quamuis pares pennas, a terra subli-
 me euolare nequit. Mundo hoc nō ineptè adapta-
 ris: nam scelus illi hypocrita sanctitatis quidem
 præfert imaginem, & insignes habet plumas,

virtutes, inquam, quales sancti, qui herodij sunt, et Ecclesiæ accipitres; at corpus, & vitam habet longè discrepantem, & ad instar struthionis grauidâ, peccatorum onere fatiscentem: hinc sublime effigi nequit, nec à terræ vallibus sustollî.

Ezech. 22. Deus per Prophetam Ezechielem de quibusdâ hypocritis dissimulatis ait: *Omnes isti, & stannū, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, scoria argenti facti sunt.* Hæc singillatim sumpta, generaliter de mundo dici queunt; est enim scelestus, & abominabilis hypocrita, cuius omnes actiones non nisi ferrum, plumbum, & stannum. Colorē solum, & imaginem virtutis, non verò pretium, nec merita illius continent: auto quidem charitatis similia sunt, at nonnisi stannum iniquitatis, & æs malitia continent.

Exod. 7. Magi Pharaonis incantationibus suis opera, & miracula Moysis imitabantur, cumque scelesti, non quā, idolatræ, & prophani essent, summo huic, sanctissimoque viro similes haberí volebant. Mundus in quantum hypocrita verus magicus est, hinc, & hypocrisis magiæ species est, suaque fictione, & dissimulatione agit, quod olim illi incantationib. opera quippe uirorum sanctorum imitatur, virtutis studiosum se simulans, cùm nonnisi prophanus Egyptius sit; iustitiæ colores, insignia, & symbols præferre satagit, cùm tamen manifestò impium, peruersum, & nequam esse, ut qui maximè, constet.

Laer lib. 6. cap. 2. Diogenes cùm quemdam effeminatum, & lepore timidiorem leoninis exuuijs cooperatum, glorianteque uidisset, illi assumptam uirtutis imaginem, exprobrans, ait: *Non desines uirtutis stragulas pudefacere?* Turpe credebat, & indecens, hominem mollem, & muliebris animi

Herculeas exuuias assumere. Idem scommunum
do obijci queat , qui sub prodigioso habitu vita
sanctitatem profitetur ; interim eius mores , & a-
gendi ratio eidem nulla ratione respondent , glo-
riatur , & iactat se virtutis ornamentis ; & interim
cum nonnisi vitium sit , colores , & illustria orna-
menta iustorum , qui sunt Ecclesiæ Hercules , ne-
quiter assumit.

Alexander non inscitè hinc aliquibus Antipatri Plut. in re
modestiam , frugalitatemque , & uitam ab omni gum apo-
voluptate alienam , nimium quantum iactantibus , phtheg-
air. *Antipater albo utitur pallio: intus verò totus est mat.*
purpureus : austерitatem eius fictam , fucatamque
insinuans , cum vir esset uanus , & ambitione tumes-
quam maximè. Aptius is dixerit , scopumque teti-
gerit proprius , qui mundum dicet pallio vestitum.
albo exterius , veste , inquam , hypocriticos , sed inter-
ne purpureum esse : mille quippe in anima ambi-
tiones , & vanitates occultat : exterius pium simu-
lat , uitamque auferam præfert : at introrsum non
nisi uitium est . Vult haberi , quod non est , & san-
ctitatis opinionem captat , quam tamen operibus ,
actionibusque oppugnat.

Quisquis appetit , inquit Sanctus Augustinus , vi. Aug. trac-
deri quod non est , hypocrita est . *Simulat enim iustum* , de ser. Dñi
nec exhibit in laudibus quippe hominum omne meri in monte.
tum collocat . Mundus ergo ex illius opinione ma-
gnus hypocrita est , videri enim vult , quod non
est , uitutem habere se simulat , uitæ tamen ni-
hil minus indicat : aliud quippe non caprat , aut
uenatur , quam famam , & opinionem , & popula-
rem gloriolam .

Quid est , inquit in Moralibus Gregorius , uita hy Gregor. in
pocrita , nisi quadam uicio phantasmatis , que hic Moral.
ostendit in imagine , quod non habet in ueritate .

Vita huius mundi ē verbis SS. Pontificis huius de pingi potest: aliud quippe non est, quām spectorum, & phantasmatum visio: depictum hic in imagine ostendit, quod verē non habet; illiusque dissimulatio multa nobis exhibet in vmbra, & imagine colorata, quorum tamen, nec corpus realitatem, vel essentiam habet.

Luc. 13.

Mundi Saluator vitium hoc dissimulationis, & hypocrisie imprimis detestabatur, vt colligere licet ex verbis, quibus hoc ipsum fugillabat, & criminabatur: modò quippe hypocritas vulpibus, modò geniminiibus, & progeniei viperarum, modò sepulcris dealbatis, & intus putiscentia cadavera, osla que continentibus comparat, nec immeritò: nam hypocrita proditor est, & præsertim mundus; Deo siquidem amicum se simulans, inimicus eius mortal is est, creatorisque partes se sequi fingens, diabolum sectatur, & adhæret scit.

Mat. 12.

Leuit. I.

In odij huius signum in veteri lege præcepit Deus, vt animal offerendum excoriaretur, pelliq; detracta membra conciderentur, & igne torrentur, inque flamas conigerentur. Figura hoc fuit, & mysterium, quo docemur, Deum velle, vt dissimulationem exteriorem resecemus, & introsum igne caritatis ardeamus, & in corde nihil præter flamas appareat.

Leuit. II.
Mūdus cy
gno simi
lis.

Eamdem ob causam vetuit idem Deus, ne sui Olorem gustarent; inter ceteras aues hæc illi disiplinabat. Cuius illa ratio, quod albas quidē pennas, carnē habens nigricantē hypocritæ figura, & symbolū esset, ideoq. significans, hoc se fictionis, & simulationis genus odiisse: cygnum, qui eiusdē imago, detestabatur, & populo suo prohibebat. Mūdus porro verus cygnus est, at feralis, & infaustus, Deoque odibilis; exteriūs quippe pulcher est, pennisq; albis

albis insignitus, at introrsum carbone nigror, & longè alius, quām fortinsecus videatur. Quām insignes enim plumæ sunt, honores, dæliciæ, pulchritudo, vestes splendidæ, & diuinitatæ. Verūm vicissim quidquid infernè, nigrum est, malitia, inquam, proditio, crudelitas, tyrannis, ambitio, usurpæ, latrocinia, raptus, & incestus.

In Deuteronomio præcepit Deus: Non indueris vestimento, quod ex lino, lanaque contextum est. Lex hęc hypocrisiū tangit, qui enim eandem corde fuerit, huiusmodi ueste induitur, uitæ ipsius tela duplice semper filo contexta est, lana, inquam, quæ quia densa, & spissa, simplicitatis est index, & lino, quod subtilius dissimulationem, fictionemq. denotat. Prohibet autem Deus, ita uitam contexi. Ita porrò mundus induitur, illiusque uestes duplice contextæ filo: sub lana enim densæ, rudisque simplicitatis exterioris, fila linea, subtile dissimulatio-nes, & hypocrites infernè, interiusque tegit.

Deut. 28.

Spes hypocrite peribit, inquit Iob, non ei placebit recordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. Porrò mundus hypocrita hic est, cuius spes tādem peribit, cui omnis recordia non nisi cruciatum, & tormentum adferunt, & cuius omnis fiducia Ara-nearum telæ, quam minimus dilacerat turbo, instar diffingetur, & dissipabitur.

Ingrediens duas vias, non habebit successus, ait Eccl. 5. Scriptura. Quibus uerbis calamitates, & mala, que mundo assidue adhærent designantur. Is quippe semper dupli ci incedit uia, duobus seruire uolens dominis; uult enim Dei partes sequi, & diabolo simul adhærescere, contenditque, ut quidem apparet, uitatem sectari, nitiū tamen deferere detrectat. Duas quoque vias ingreditur, quod hoc dicat, illud uero agat. Duplex insit iter, quod uita

verbis non respondeat; interius, & exterius nimioꝝ
pere inter se discrepent; quapropter illius viꝝ, con-
ceptus, proposita numquam felicem habent exi-
tum. Quorum omnium causa illius est hypocrisis,
illa rem celat, sed tandem aliquando ad oculum
patebit.

Apoc. 20. In Apocalypsi Ioannes de terribili die Iudicii
loquens, ait libtos apertos, tum fore; atq. vt peruer-
sa librorum peruersorum dogmata, & pestilens do-
ctrina detegi nequeunt, nisi ijs apertis: ita horribili
li illo iudicii die conscientiarum libri aperientur,
& mundi hypocrites detegentur; tum illius cor pa-
tebit, & qualis reuera fuerit: tum improba illius
vita manifestabitur, tum secreta reuelabuntur,
consilia excutientur, nihil absconditum manebit,
dissimulationesque discooperientur.

Luc. 8. Non est occultum, quod non manifestetur, nec ab-
sconditum, quod non cognoscatur, et in palam ueniat;
ait in Euangeliō Redemptor, adeo, vt hinc mani-
festò colligendum sit, & credendum, tandem mun-
di hypocrites cognoscendas, & quidquid modò te-
gitur, celaturque, in sole videndum, & ab omnibus
inspiciendum; tandem omnis dissimulationis vela
men tollendum, & falsarum imaginum cortinas
recludendas, arcana reserāda, renes adyta, & aby-
fos aperiendas, fodinas effodiendas, sigilla resignā-
da, tenebras illuminandas, omniaque reuelanda.

2. Reg. 12. Tu fecisti absconditè, ego autem faciam verbum,
istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu solis
huius, ait Dauidem hypocriteos insimulans Na-
tham. O monde miser tantundem tibi obijci
queat, calum iniquitatum tuarum vindicem,
tandem fraudes tuas detecturum; quod modò
adeo clanculò agis, aliquando publicè, ac palam
manifestatum iri: quando omnia mundi regna,
fol,

DE MVNDI HYPOCRISI. 155

Sol, stellæ, Angeli, homines, cœlum quoque, & terra dissimulationes tuas videbunt, & hypocrisis agnoscent.

Deus illuminabit abscondita tenebrarum, ait Apo. 1. Cor. 4.
stolus, & manifestabit consilia cordium. In die scilicet iudicij, magnus ille viuentium, & mortuorum præses, ac quæsitor, ostendet qualis sit mundus, omnemque eius vitam, & quidquid est declarabit. Tum, inquam, dissimulationum eius tenebras illuminabit, & mendaciorum noctem, velut diem veritatis claram reddet: tum quoque omnes adulterinas mangonis huius merces explicabit; tum scelestata cordis illius consilia, & hypocriseos fallaciam reuelabit.

Quam porr̄d malum, & scelestum vitium est, maximeq. detestabile hypocrisis? *Simulata enim equitas, inquit S. August. non est equitas, sed duplex iniquitas, eō, quod simulatio sit aliqua iniustitiae species. Mundus ergo fingens, & mentiens dupliciter iniquus est, omnesque eius iniquitates per hypocrisin corroborantur, quod maximum est vitium. Væ igitur mundo, & miseria, quod à tam infelici vitio destruatur: at longè maior eius cecitas, quod ea, quæ facit, sine ulla mercedis, aur præmij spe faciat.*

*Aug. super
Psal. 23.*

An non insanire eum uenatorem dices, quem per campos, & agros discurrentem, per silvas, & arua nemorum cursitantem, per aspera montium diuagantem, solis ardoribus percoctum, fame, sitiue enectum, & laboribus exhaustum; nonnisi muscas captanteū cerneret? Ad eumdem modum se cruciat, & fatigat mundus, tales eiusdem labores sunt, & sudores pares, & hæc omnia non nisi ut muscas capiter, ut punctum aliquod, & apicem honoris obtineat, ob inanem gloriolam, ob famam

famam tenuem, & euaniendum aliquid laudum humanarum flabrum.

Quid de muliere dixeris totos se dies comente, ornante, & adscititious oculis, & vultui fucos ad-dente, ut vmbrae placet? an non fatuam eam, & iudicio, sensibusq; destitutam censeret? Ea quo-

Mundus si- que mundi stultitia, & cæcitas est. Omnes quos milis stoli subit labores, omnia quæ patitur tormenta, omne de mulieri quod impendit tempus ad se ostentandum, fa-se ornanti sumque exercendum, nonnisi ad honorem obti-vt vmbrae nendum, laudesque comparandas tendit, quæ re-placect.

Cum igitur mundus adeò fatuus sit, cum eius dissimulatio adeò communis, eiusque hypocrisis adeò magna, quis deinceps illum sequatur? quis eius honores magni faciat? quis eius ambiat gloriam? quis illius se mancipet obsequio? quis porro eius vanitates non negliget? quis dignitates illius pedibus non proteret? quis fictionem, & fucum, non perhorrescit? Eheu mundane tecum dispice, prodige calmitatem agnosce, miselle sortem con-sidera, infelix peccator oculos aperi, animum men-tisque sustolle, salutis rationem habe, res tuas in-tuto colloca, Dei te obsequio dedica, illius manda-ta obseruare satage, tibique persuade illum fide-lem esse. Mundum porro fuge, à tyranni huius sequela te subtrahe, cum scias nonnisi impostorem, dissimulatorem, improbum, & hypocritam esse.

C A P V T XII.

Exploditur Mundi Stultitia, & insania.

*Quot stulti, & stolidi facestite luctus
Et facestite lacrymæ, sed ipse
Insurgat petulantior cachinnus.
Nam qui viderit undiq; vndiq; omnem,
Et toto undique in orbe vanitatem
In toto nihil esse dicet orbe.*

Aviditum facite in ædibus Azoti , inquit Cap. 2.
Amos Propheta , & in ædibus terra
Ægypti, & dicite : Congregamini super
montes Samaria, & videte insanias multas in medio
eius. Quod suo olim tēpore Propheta ait Iudæi in
sanias coargues, nostro id sāculo de insanis dice-
re volo; Per palatia aulicorum, & artificum taber-
nas edicere, & enuntiare, ac deinde per vtrumque
mundi id; cardinem diuulgare est animus, & om-
nes mūdi incolas in vnū cōgregare, vt insaniarum
mundanarū copiam, multitudinemq; perspiciant.

*Lustrauis, inquit Sapiens, vniuersa animo meo, ut
scirem, & considerarem, & quererē sapientiam, &
rationem, & vt cognoscerem impietatem stulti . Sa-
piens quislibet, & Deum metuens idem faciat o-
portet, illiusque mentis oculi vniuersum lustrant,
singulaque rimentur, & inspiciant, vt cognoscant,
& contemplentur, rationemque exquirant, & sapi-
entiam, vt impietati sceleraq; stulti, mūdi, inquā,
& insanias, deliria que illum sectantiū cognoscant.* Eccles. 7.

Nihil quippe altius, profundius, sublimius, &
utilius, magisque necessarium homo meditari po-
test; quā meditationē expertus erat, insaniasq; &
impo.

Prou. I.

imposturas magni illius morionis, & agyrtæ, mundi, inquit, uiderat, qui in Prouerbijs ait: *Vsq[ue] quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia cupient?* Ad uos hæc uerba, mundani, diriguntur, uos uerè paruuli estis, & instar patuulorum uiuitis, omnesque actiones uestræ non nisi stoliditates, & inanæ sunt: tametsi in uitæ uestræ bruina, & senio uersemini, in uere, & in cunabulis agere uidemini: adeò stolidi, & insani estis, ut quæ utilia, bona que sunt fugiatis, noxia uero ambabus ample etamini ulnis.

Mundus credit mū
danā fatui
tate sūmā
sapiētiā
esse.

O passiones hominum? ò insanias falsas? ò uos homines ad imaginem Dei uestri creati, & in anima insignia illius essentiæ gestantes, ab illo receditis, & sub insignibus, uexillisque hostis Satan confligitis? Homines iudicio dotati, & ratione, diuites instrumentorum, brutorumque instar uiuitis. Vitium uobis uirtutis loco habetur, uirtus uitij, nec mundi insanias perhorrescentes, illius ineptias oracula: & illius fatuitatem sublimem Philosophiam creditis.

Orat. de
Rhod. li-
bertate:

Dixit olim orator Demosthenes: *Multarum, & grauium calamitatum multis hominibus stultitia causa est.* Verè sanè dixit, nihil quippe uerius, ac certius, quam mundi huius fatuitatem, & insaniam iliadis malorum originem, ac causam fuisse, mille in mundum calamitates, & infinitorum hominum naufragium, & sexcenta mala inuenisse.

Prou. I.

Prosp[er]itas, inquit Sapiēs, *stultorum perdit illos.* Verissimum enim est, uoluptates, delicias, iocos, & ludicra mundi huius principalem esse causam fatuorum, & perpetuæ damnationis animalium. Cosmophilus fatuus, & insanus, cui cuncta ad uotū fluunt, qui prospero fortunæ ueto utitur, qui incūda in rebus suis malacia gaudet,

DE MVNDI STVLTITIA.

157

det, qui extra tempestatem est, & in deliciarum, & uoluptatum undis natat, is de Deo nihilum labo-
rat, de morte non cogitat, iudicium non perhorre-
scit, tartarum non metuit, nullamque animæ salu-
tis rationem habet, atque hoc illum perdit, hoc il-
lius ruinæ, & exitij causa, & occasio.

*Est ignorans nescit, quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius, inquit in Proverbijs Sapiens. Sanè mundanus in omnibus rebus ignorans est, & stultus nescit, interim dum in mun-
do agit, illiusq; ineptijs demulcetur, se tot laqueis, uinculis, funibus, compeditibus ab ipso uinciri, & irretiri. Nec prius hanc imposturam detegit, ma-
lumq; suum, & infortunium agnoscit, quam diui-
norum iudiciorum tela in ipsum uibrentur, & indi-
gnationis Dei sagittæ cor ipsius transadigant, ui-
taque exuant.*

Interrogatus olim Bion Philosophus, quid esset Stob. ser.
stultitia? ait, *proficiendi impedimentum*, & discendi
obstaculum. Nihil sanè uerquam meo iudicio di-
xit verius, constat quippe nihil esse, quod amplius
homines impedit, quo minus in virtutis via pro-
grediantur, & ad misericordiarum suarum cognitionē
pertingant, quam mundi fatuitatem. Scientia si-
quidem, & stoliditas qualitates sunt incompatibi-
les. Cor quippe, quod fatuitas hæc, & insania occu-
pauit, nullius deinceps disciplinæ capax est.

Sapientiam, atque doctrinam stulti despiciunt, in-
quit Sapiens. Mundus stultus, ut qui maxime cœ-
lorum ridet sapientiam, & terræ doctrinam despe-
ctu habet, consilia, & inspirationes diuinæ illi nœ-
niæ aniles sunt, & documenta, consiliaq; hominū fabulæ, & ioci. Ita Iudæi, ac Gentes, discipuli mū-
di huius, crucem Domini Iesu Christi, quam Pau-
lus velut trophyum eos docebat sapientię, illi velut
Prou. 6.
scan.

158 DEMOCR. CHRIST. Cap. 12.
scandalum, hi velut stultitiam despiciebant.

Prou. 15. *Stultus, inquit idem Sapiens, irridet disciplinam patris sui.* Mundus stolidus, & vecors natura sua leges, & disciplinam Dei ridet, & præclara, & salutaria documenta magni illius Patris cœlestis paruifacit. Disciplina cœlestis, & Spiritus S. gymnasium docent omnia esse contemnenda, vanitatibus valedicendum, nos ipſos abnegandos, ad usque humilitatis abyssum descendendum, honores te-pudiandos, passiones edomandas, iniurias obliuio-nis tumulo obtuendas, offensasque ex animo remittendas. Hæc omnia mundus ludibrio habet, & sublimes doctrinas, & aphorismos hos explodit, neque enim intolerabilis illius stultitia tam præclaræ Philosophiae capax est.

Hanc ob causam velut proverbiū ait Salomō:

Prou. 28. *Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeru-quæ versantur in corde eius.* Mundum haud dubie intelligit, est enim ipse stultus in summo gradu, qui intelligere, & percipere nequit prudentes, cor datosque sermones, nisi forte eos, quibus ipse dele-ctetur, & gaudeat. Stolidū illud cerebellū, & insen-satū aures non habet, ad, quæ sublimia sunt, & di-gna audienda, sed ad inania, friuola, ludicra eadē patet; quod sanè insignis stoliditatis argumentum.

Eccli. 2. *Sapientis oculi, in Ecclesiastico legimus, in capi-te eius, velut excubidores in specula ciuitatis con-stituti: Stultus in tenebris ambulat.* Hisce verbis bonorum, improborumque depingitur status, vita, inquam, filiorum Dei, & filiorum sæculi huius. Iu-sti sapientes sunt, & prudentes, qui apertos séper oculos in anime capite gestates eminus vitæ huius pe-ricula, ac discrimina prospiciunt. Mundani vero fa-tui, & in caligine, & tenebris ignoratiæ ambulantes, cætorū istorū talparū, sub vitiorū suorū terra vivunt.

Dauid

David Propheta simul, & Rex suas calamitates deplorans, & hominum fatuitatem exaggerans, hæc verba depromit: *Intelligite h.ee insipientes in populo, & stulti aliquando sapienti.* Cosmophilos, fatuus *Psal. 92.* que mundi asseclas alloquitur, qui ceu ignorantes, & prudentiae expertes, ita hoc in mundo viuunt, ut probrosum, & indignum fatuitatum suarum statum nolint agnoscere, atque ut cerebra corrupta, & stultitia repleta, numquam sapere volunt. Ah mundani sustollite oculos, miseras vestras agnoscite, vestri ipsorum vos tangat miseratio, sanctis magni illius regis consiliis credite, Prophetæ huius testimonia nolite reiicere, mundi ineptiis agnoscite, illius fraudem dispicie, tandemq; aliquando sapientiam induite.

Abigail prudens, & cordata virago, de mariti sui Nabal stoliditate agens, apud Regem Israel, & Iuda ita locuta est: Non respiciat Maiestas vestra imprudentiam, temerariamque mariti mei stoliditatem, est enim stultus, & re, & nomine, & iam inde ab incunabulis stultitia est in eo. *Quod sapiens illa mulieri de suo dixit coniuge, e quidem de mundo tibi dico Cosmophile: scias, inquit, verum huc esse Nabalem, te ac nomine stultum, semper illi stultitiam adhaerere comitem; quapropter quid. Quid egerit, neglige, nec respice; illius delinimenti, incantationesque noli audire, vel sequi; illius delicias exsibila, & procul ab illius de stoliditate abstrah, at stultitiam illius non fore perpetuam, & breui mutandam puta.*

Ego vidi stultum firmaradice, & mox eum dei. Iob. 5. Etum aspexi, & maledixi per lexitudini eius flatim, ait sanctissimus vir Iob. De mundo haud dubie loquitur, qui magnus stultus, & delirio est, qui splendide se, ac turgidè ostentat, suamque sortem immo-

immobilem credit, & certam, velut ridentem patulæ cuiusdam arboris, qua profundas latasq; per terram radices agit viorem; sed post momentum auram fortunæ mutatam videas, felicitatis diem in obscuram infortunii noctem conuersum, solem prosperitatis in tenebras misericordiæ, & omnem casum secundum in lamentabilem aduersitatem; ut quod quot eum vident, tam repentina vicissitudine consternati illi maledicant, vanitates illius rideant, fatuitatem exsibent; atque hoc iustos mirum in modum excruciat, & emacerat.

Filius sapiens letificat patrem, filius vero stultus tristitia est matris sue, ait Parcimia festes. Ut hoc sensu, & subiecto nostro adaptetur, constat, hominem sapientem, dignem, & prout opotet viueat, patrem illum cœlestem incredibili lætitia afficere mundanum uero, filium stolidum, per delicias insane lasciuientem slabrum stultæ cuiusdam libertatis captantem, qui que felicem se, & beatum in caritate credit, & metus expers uiuit, pericula inferni nulla, nec miseras cœlestes perhorrescit, infinitos matris sue id est, Ecclesiæ dolores, afflictionesq; adferre. Et sane voluptati, ac letitiae est Deo, uidere homines prudenter, egregieque uitam instituentes, & dolori Ecclesiæ tot improbos contemplari, & que in mundo apparent, stoliditates despicer.

Via stulti, inquit Sapiens, recta in oculis eius, qui autem sapiens est, audit consilia. Ecce stultitiam intolerabilem, & maximam mundani quippe passionibus excæcati, & fatuitate dementati, uitæ uiam, tam si sordidam, infamem, peccatis, & sceleribus contaminatissimam, pulchram, rectam, honestam & laude dignam esse sibi persuadent: quidquid n. agunt, in oculis propriis placet, quidquid aggreditur, utile censem, & quidquid loquuntur

cur sanctissima credunt oracula. Sapientes econtra proptium iudicium repudiant, opinioni propriæ aduersantur, consilijs aliorū reguntur, oīa mature excutiunt, & proprium sensum seponentes aliorū sapientia maiori pollentium iudicium, opinionē que exquirunt. Cordatus igitur, & prudens consilio, & stultus proprio gubernatur iudicio.

Quām iniqua mundi iudicia, & pondera? quanta in eiusdem mensura, & statera falsitas? Virtus, & vitium apud illum eiusdem sunt ponderis, sapientia, & fatuitas eadem lance ponderatur: cūq. ipse fatuus sit, omnes quoque fatuos credit, nec se à sapientioribus distinguit, omnia ad vlnam suam metitur, omnesque sibi stultitia pares credit.

Hinc in Ecclesiastico legimus: sed & in via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos existimat. Huius naturæ, ingenijque mundus est, cùm enim planè insipiens, & stolidus sit, vñūquēq. sibi stultitia parē credit; aulicos, & tremulos eidē lanci imponit, iustos, & sceleratos similes censet, filios cœli, & alumnos terræ eiusdem putat farinæ.

In huius rei confirmationem Apostolus Paulus ait, a mundo se, & reliquos Apostolorum, & quot. quot viam Crucis, & Euangelij insistunt, stultos haberi: *Nos stulti, inquit, propter Christum.* Ecquæ illa mundi temeritas, quænam peruersitas, quæ iniustitia tam fatuè, & insipienter iudicare, eiusdēq. fidos filij Dei seruos, & stolidos, et miseros mundi sectatores pretij censere.

Barbarus Rex Geth Achis, Dauidem Regē inter prudentissimos, sapientissimosque Reges merito recensendum, ut stultum habuit: hinc ad suos conuersus ait; *Vidistis hominem insanum? quare adduxi: is eum ad me?* defuncte nobis motiones, & sanniones domestici, ut hunc aliū de adducatis, ut

Vir Sapiēs
cōsilijs re-
gitur, fatu
us proprio
iudicio.

Stult⁹ om
nes sibi pa
res credit.

Eccles. 10.

1. Cor. 4.

1. Reg. 21.

coram me ludicra paragat? Similia sunt mundi iudicia, eosque ut idiotas, & insipientes, qui simplitatem sectantur, uirtuti incumbunt, cæloque inhiare terra neglecta contendunt, existimat.

Lictores, comitesque Iehu, ueri filij mundi (ut quarto Regum notatur libro) credebant Eliseum Prophetam uirum sanctissimum, & Dei famulum maximum si quis unquam, stolidum esse, & fatui; huic, de ipso apud Regem agentes, dixerunt: *Recte sunt omnia: quid venit insanus iste ad te?* Ecce mundi iniquitatem, ecco opinionum illius deceptionem, ecce quæ ab eius sententia profisciscatur incommoda, ecce stultitiae illius argumēta, Sāctos esse putat moriones, Prophetas stultos, & iustos iocularios.

Act. 26.

Festus Pr̄ses aperiè Paulo Apostolo ait: *Insanis Paule, multe te litteræ ad insaniam conuerterunt.* Ecquod Deus bone iudiciū, hunc ut insanum, & insipientem iudicare, quē Deus in Euangelij pr̄econē, Doctorē gentium, & oraculū Ecclesiæ selegerat; sunt scilicet mundi iudicia, & stultitiae mundi.

Ioan. 10.

Audi rem terribilem, asserit Euangelista Ioannes, mundum per Iudæorum os, & Iudæos mundi ore loquentes, de Dei filio dixisse: *Dæmonium habet, & insanit.* Heu quam damnata opinio? quam inepta, & insana verba? quanta iniuriarū atrocias; at potius quam diabolica iudicia, sapientiam aternam, ut stultam habere, Iesum Christum ut insanum, & filium Dei ut dæmonem correptum. In mundi scilicet tribunali huiusmodi iudicia feruntur, ab ipso huiusmodi opinione profiscuntur.

Sap. 5.

In sapientia legimus damnatos in tartaro catere aliquando dicturos errata agnoscentes, & de lictorum pœnitentes, sed seriūs, & frustra: *Nos insensati uitam illorum estimabamus insaniam: sed errauimus;* ecce quomodo computati sūt inter filios Des

&

& nos repleti confusione; Hunc, itaque in modum mundum tandem stoliditatis p̄cēnit̄bit; modò autem eam non agnoscit, ridet, iocatur, omnia ludibrio habet, sed veniet dies, quæ oculos aperiet, quæ iudiciorum suorum iniquitatem, deliciarum extū, & ineptiarum suarum p̄cēnit̄iam perspiciet.

Quasi per risum stultus operatur scelus, ait Sapiēs Prou. 10.
in Proverbijs. Mundus omnium insipientium insipientissimus delinquendo voluptatem haurit, & vitijs ipsis delectatur, ridetq; peccatis indulgendo. Deum offendere, illi volupe est; proximo iniuriam itrogare, gloriæ sibi dicit; constuprare mulieres, & thorum violare alienum, illius voluptas est; aliena bona depeculari, familias exhaustire, opprimere innocentes, orphanos opprimere illi ludus, & iocus; ridet malè agendo, & Deum offendēdo gloriatur.

Stultitia, inquit Salomon, gaudium stulto, & vir prudens dirigit gressus suos. Sanè mundus, qui plane desipit, in infamia ridet, & delectatur, tripudia, choreæ, cantilenæ, musica, epulæ, sodalitia, symphonia, aliaq; ludicra eiusdem sunt voluptates, maximamque hæc illi lætitiam adferunt; & gaudium; ut sapientes, & cordati dirigunt gressus suos, exitū, & introitum, & omnes vitæ suæ semitas: ita mundani aliud non intendunt, quām voluptatibus indulgere, in deliciis vitæ tramitem, annosque decurtere, inque fatuitatibus suis ridere.

*Cor sapientum ubi tristitia est, & cor stultorum Eccl. 7.
ubi letitia; ait in sacra Scriptura Spiritus sanctus.
Cælestē hoc documentū nos edocet, quemadmodū iusti, qui sunt in hac vita piudētes, nō nisi ploratu, sui ipsorū afflictione, iniuriarū, ac molestiarum tolerantia, p̄cēnit̄iaq; delectantur, ita fatuos, & imprebos, ecōtra alias nō habere delicias, aut gaudia sectari, quā risu tēpus, & vitæ annos trāsigere;*

nonnisi gaudia querere; affectu solum lusum am-
bire, lasciuias carnis duntaxat sequi, & tota volun-
tate in insanias falsas fatuitatesque ferri.

Eccl. 7.

Hinc non inscīte Ecclesiastes ait: *Sicut sonitus
spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti, sed &
h.ec uanitas.* Delicias, gaudia, & stultorum locos cū
sonitu spinarum sub olla crepitantium comparat.
Hoc ligni genus præterquam quod pungat, arden-
do crepat; at neque sonus, nec ignis hic diuturnus
Gaudia; & est. Gaudium mundi huius, & oēs quas hic Cosmo-
risus mun philus experitur deliciæ, nonnisi igniculus spinarū
di similis crepitantium; præterquam enim quod gaudia illa
igni spina mundana ligna sint, pungere tangentes nata; soni-
rum.

Prou. 15.

Stultitia, legimus in Prouerbijs, *gaudium est stu-*
to. Tibi persuadeas velim, huius farinæ mundum
esse: adeo siquidem satius, & insipiens est, vt insi-
pientia sua delectetur. Morio, & Sannio delecta-
tur morionem agendo, magisque cum recreat ba-
culus ille morionum symbolum, quam si manu
sceptrum, & coronam capite gestaret. Hunc imi-
tatur mundus, propriè illum delectant insipientiæ,
iocularia illi vita sunt, voluptates lasciuæ illi gau-
dio: gloriostorem se credit infamem, & contume-
liosum diisolutæ vitæ habitum gestando, & morio-
nē agendo, vt agit, quam honestè se gerere, & sce-
ptrum, & diadema cœlestè promerere conari.

Deut. 32.

Hanc hominum insaniam deplorans Moses al-
ta voce exclamat: *Heccine reddis Domino popule
stulte, & insipiens?* Iisdem me vos alloqui verbis o-
portet mūdani, insani, & insipientes, hoccine obse-
quium

quium redditis Deo? itane vos viuere oportet? hie
cine finis ob quem creati? hæcne media quib. cœle
stē gloriam acquiratis? Tradit sacra Scriptura non
alia ad cælū tendi via, quam per angustias, & tri-
bulationes, vos verò manibus, oculis, corde insania
pleno eodem vos peruenturos putatis.

Prudentia stultorum errans, dicit Paræmiogra-
phus. Mundani porrò errant, & grauiter decipiun-
tur, dū prudēter se agere credunt. Sibi quippe per-
suadēt, magnā esse in re in hoc mūdo agēda, hono-
rib. quærēndis, dignitatibus cōparandis, diuitijs col-
ligendis, prudentiā, ac sapientiā sitam; putant ciui-
litatē, & elegantiā esse insignē sodalitia, consortia-
que hominum frequentare, & comē esse; dies iucū-
dē, lēteq; traducere, & voluptates sectari, honesta-
tēm esse; denique ridere, iocari, tripudiare, & gau-
dere, veram esse hoīum vitam; sed errant, illorum-
que conceptus inanes sunt, & prudentia falsa.

Gregorius in Moralibus egregiam circa hoc p.
positum sententiam habet: *Tanto quisque intus am-
plius stultior fit, quanto conatur exterius sapientior
uideri.* Idcirco mundus tanto apud se stultior est,
quanto magis conatur persuadere exterius, se pru-
denter, & sapientem esse.

Sapiens timet, & declinat à malo, stultus transilit,
& confidit, ait Scriptura. Ita porrò in hoc mundo
viuitur; qui sapientes, & iusti sunt in originibus ti-
ment, & contremiscunt; noctu, diuque concutun-
tur, & agitantur, iniuriam fugiunt, & ad iusti-
tiæ vexilla configiunt: at fatui, & improbi per vi-
tia, sceleraque transeunt, in peccatis merguntur, in
vitij, & in delictis securi sunt.

Mundus stolidus est quā maximè, & quotquot
illū sectantur, insipientiā redolent: est quippe stul-
tus ille, quē Ecclesiasticus ait instar lunæ mutari: il-

Prou. 14.

In Moral.

Eccles. 27.

Ius enim planetæ inconstantiam imitatur. Luna, namque, ut nunquam in eodem permanet statu, ita, nec mundus. Illa siquidem modò plena, modò deliquum patitur; modò decrescit, modò crescit. Ita etiam cum mundo agi diximus; modò siquidem delicijs, honoribus, voluptatibus plenus, modò defectus patitur, & omnibus caret; hodie accrescentem videbis prosperitatibus, cras fortuna illius decresceret, ac minuetur.

Aristot. de
histor. ani
mal lib. 2.

Vt conchilia, ostrea, aliaque conchis inclusa, cetera
scente luna augescunt, decrescente marcescunt, ita
stolidus mundus totus à fortuna dependens; mo-
dò enim magnus est, potens, turgidus, & vanitatis
bus, inflatus, alias prauus, marcidus, pauper, & pe-
nitus depresso, iam altus appetet, & nubibus mi-
naturus, iam adeò humilis, & depresso, vt vix quis
quā crederet, vel cogitare possit ipsū aliquid fuisse.

Sen. epist.
13.

Seneca Epicurum dixisse refert, inter cetera ma-
la hoc quoque habere stultitiam, quod semper vi-
uere incipiat. Ita mundanam coarguere stultitiam
voluit, in mundo siquidem homines quotidie no-
ua vitæ fundamenta iacent, quin, & sub horam
mortis nouam viuendi spem concipiunt, quæ ma-
xiæ, & intolerabilis stultitiae species.

Matt. 7.

Mundus ergo stultus est, stultitiam, vndeque ex-
rens; similis stolido illi Euangelico, qui cum do-
mum in arena fluxa, mobiliique struxisset, ingruen-
te nimbo, & torrentibus impetentibus, & ventis
saevientibus, ipsam deiectam vidit, idque ruina sa-
tis magna. Omnia quippe mudi proposita, & quid
quid aggreditur, & omne fortunæ artificium non
nisi arenæ inaedificatum est inconstantia, & ad pri-
mum aduersitatis fragorem omnia euertuntur,
magnumque ruinam causantur.

Luc. 12.

Mūdus similis est alteri illi stulto Euāgelico, qui
cum

cum opes coaceruare, diuitias arcē includere, remque suam in tuto collocare conaretur, mox horrenda illa verba audiuit: *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, qua autem parasti cuius erunt?* Dic mihi Christiane, mundus annon huic fatuitate similis? sudat, laborat, mille cruciatus ad opes parandas subit, quem deinde mille vexant inquietudines ad easdem conservandas, & tutò possiden-das; sèpè quoque medias inter anxietates, & curas vocem percipit cælestem, ac diuinorum iudiciorū fragorem, à quibus hinc auellitur, & in alterum vocatur mundum: sèpè quoq. ignorat, quis sibi futurus hæres, aut cui sua parra relicturus sit.

Denique mundus fatius est, at malus, & noxious, qui iram semper sinu gestat, & intra cordis pene tralia furorem, iuxta sententiam illam Ecclesiastis: *Ira in sinu stulti requiescit.* Mundus perpetuo irascitur: illius actiones, verba, imò, & cogitationes semper furorem spirant; nihil facit nisi ira succensus, iurat, detestatur, execrationes euomit, & nonnisi blasphemias eruat.

Eccl. 7.

Prou. 17.

Expedit magis legitimus in Prouerbijs, vrsæ occur-reraptis fætibus, quād fatuo confidenti sibi in stultiitia sua. Projectò longè periculosius est mundo adherescere, qui stolidus, in stultitia ridet, & confidit, quād in vrsos, leones, & tigres, aliaque animalia sanguinem sitientia incidere: neque enim harum ferarum crudelitas nisi in corpora sequire potest, at mundi rabies etiam inde ad animam trahit.

Eccl. 22.

Hinc prudenter Sapiens in Ecclesiastico nobis consulit: *Cùm stulto, ne multum loquaris, & cùm insensato ne abieris.* Serua te ab illo, ut non molestiam habeas, & non coquinaberis peccato illius. *Desleste ab illo, & inuenies requiem, & non accedaberis in stultitia illius.* Ecce, quæ à mundi stolidis

frequentatione, consortioque proficiscuntur mala; ac pericula, ecce, quæ sanctus Spiritus nobis documenta suggerit: scilicet non multum illi esse loquendum, nec illius verba audienda, neque expeditum, cum illo ire, atque agere, ut nec expedit, cum insensato inire consortia; ab illo nobis esse caendum, ne forte decipiatur, deceptaque molestiam, laboremque ab eo recipiamus; illi valedicendum, & illius desetenda societas, ne sordibus illius inquinemur, utque quiete, & tranquillitate iustorum, & piorum malacia fruamur.

Mundus hauddubie fatuus, at iniquus, infamis, & ad opprobrium, & contumeliam natus, iuxta id quod in Proverbis scriptum est: *Natus est stultus in ignominiam suam.* Quemadmodum enim stulti, ac morones mundo inutiles sunt, & non ob aliud nati videntur, quam, ut omnibus voluptate adferant, omnibus ludibrio sint, & ipsis omnes; ita mundus non ob alium creatus videtur finem, quam, ut sibi ignominiam pariat, infamiam accersat, & contumeliae notis compungatur. At sapientes ipsum rident, virtutum sectatores digito illum monstrant, iusti exsibilant, prudentes explodunt, ipsorum opprobriorum scopus, & omnium ludibriorum, & subsannationum finis.

Epist. 36.

Gloriam, inquit Salomon, Sapientes possidebunt, stultorum exultatio ignominia. Dicere meo quidem iudicio vult, eos qui modestè se gerunt, & prudenter, sapienterque vitam instituunt, vitam habere, honoribus cumulatam, & laureis; at mundanos, qui vitam in lasciuia traducunt, & non nisi risum captant, & voluptates ambient, pro gaudijs non nisi infamiam, & contumeliam relatueros.

Si quando, inquit Seneca, fatuo delectari volo, non est mihi longè querendus, me video: adeo quippe stolidus

Iudis sum, ut ridere cogar, vbi meas insanias confideto. Quod sapiens ille Philosophus de se ipso dicebat, hoc, quisq; generatim de mundo dicere queat. Adeo scilicet vecors, & insipiens est, ut quis iocatus risus, & risus occasionem habiturus, illius duntaxat gesta, agendi morem, actiones intueri, insaniasque contemplari debeat.

Pr.ecordia, inquit apud Ecclesiasticum Spiritus sanctus, fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitationes illius. Verba hæc aptè de mundo dici queunt; est quippe fatuus, stolidus, cuius cor, mens, oculi, lingua, & anima tota semper rotarum instar feruntur, & nunquam quiete gaudent, illius cogitationes perpetuo in motu sunt, nunquam cessant; illius in rebus nulla stabilitas, nulla in actionibus modestia, nulla in operibus quies, nulla in gestibus sapientia, nullus in vita honor, nullus insaniendi finis.

Mundus cùm sit huiusmodi, sine quiete labo-
rans, & sudans, sine prudentia sua aggrediens, sine
honore viuens, quis ipsum magnifaciat, æstimet,
amet, sectetur. Hinc dicere solebat Sapiens, se tria
ex animo odiisse: *Pauperem superbum, & diuitem mendacem, & senem fatuum, & insensatum.*
Omnes hæc notæ infames in mundo; est quippe
pauper, tamen se effert, diuitem se ait, & men-
titur, denique senex est stolidus, fatuus, & insen-
satus; qui quot ætatis, & senij habet annos, tot
etiam fatuitatis. Quis igitur sapiens, & cordatus
ipsum non oderit? non abhorreat? non fugiat?
hunc fatuum si fugeris sapiens eris, & amans de-
sipes vii ipse, & insanias illius addisces.

CAP V T XIII.

Exploditur Mundi confusio, & turbatio.

*In mundo similitima mixta summis,
Imis summa, quadrata, cum rotundis,
Inuersæ series, & ordo rerum,
Dum malis bona posthabentur, & dum
Praui per populi euhuntur auras;
Mundus fallitur ipse semet ipso.*

Verbum mendax iustus detestabitur, impius
autem confundit, & confundetur, ait in
Proverbijs suis Salomon. Hisce mistio,
turbatio, chaos, & confusio, quæ in mundo est desi
gnatur: est enim mundus quidam impius, qui in
mera rerū omnium confusione viuit; is turbat, cō
fundit, & quadrata rotūdis, quæcunq. in toto hoc
universo sunt, mutat, & se ipsū cōfūdit, & inuertit.

Ierem. 51. *Visitabo, ait per Ieremiam Deus: sculptilia Baby
lonis, & omnis terra eius confundetur. Mundus hic
Babylon est, dignitates, honores, & diuitiæ illius
idola: in hæc scèpè Deus indignationis suæ phia
lam cōfundit, iusta que castigatione confundit, &
turbat quidquid in hoc mundo infero natum.*

Gen. 11. *Deus temerariam turrim Babel ædificare vo
lentium præsumptionem, & superbiam fatuitatem
deiecturus, tantam inter ipsos confusionem indu
xit, ut suas quisque desereret partes, & munia, quo
alterius assumeret, fabrorum famuli magistrorum
officium inuadebant, lignarij tegulariorum, qui li
gna petebatur, sana deferebat, qui calcem parabat,
& cémenta, lapides adaptabat. Quapropter cùm
alter*

alter non intelligeret alterū, & rem perficere non possent, cęptis desistere coacti sunt. Talis, imò, & maior confusio iusto Dei iudicio in mundo repetitur, omnia turbata sunt, & divisa, alter non intelligit alterum. Seruus agere dominū vult, artifex nobilem, indoctus Philosophum, miles ducem, & sapientem fatuus. Cūctis verò vastam fortunę suę turrim patatis exstruere, Deus ita illos hic cōfundit, ut se inuicem intelligere nescientes, & conuenire inter se, magna cūm infamia orsam stolidorum conceptuum telam tandem abrumpere cogantur.

Vita impiorū mundus inuersus est; nullus inter eos ordo, quā non habere ordinē, nihil in eorū rebus pulchrius, ac magis dispositū, quā perpetua in cōfusione agere; nihil hic clarū, nihil benē colloca tū, nihil, quod debito dispositū ordine, & loco; omnia turbata, confusa, sine distinctione, & differētia.

Tempore diluij omnia in arca Noe confusa, & turbata erant, omnia animantium genera ibi promiscuè stabulabant, quadrupedia cum volatilib. lupi erant iuxta oves, vulpes inter gallinas, capellæ inxta leones, & sine ullo prorsus ordine. At finito diluio, singula egressa arca ad sua se receperunt cubilia, aues ad suam auolarunt regionem, quadrupedia in tetra mansere, tum verò ordo, & distin-
ctio primū rerum omnium patuit. Mundi huius vita diluij quædam species est, omnia in eo confusa, & turbata, omnis ordinis expertia; scelesti bonis permisti sunt, hypocritæ sinceris, & simplicibus, stolidi sapientibus, tyranni pacificis. Omnes hi simul agunt, & in communī confusione, quamdiu mundi huius durat procella; at mox, vt illa posuit, & cessauit, & egredi oportuerit, vnumquodque ordinem sumet suum, omnia seriatiū procedent, iusti hinc, improbi illinc stabunt.

Gen.7.

Vita hæc
species di-
luij.

Mat. 27.

Præsidis Pilati prætorium confusum erat tempore passionis, cùm latrones neci subducebantur; innocentes verò eidem addicebantur; magna sanè illius, tum corruptio erat, cùm Barabbas, vt iustus dimittebatur, & Dei filius ad morrem condemnabatur. Mundi status etiam corruptior, confusior, & turbatior: hic enim quotidie Barabbæ impunè habent, & benevolentiam expertiuntur, & Dei filij ad mortem trahuntur. In funesta mundi aula, latrones, homicidæ, sacrilegi incestu, ac parricidio infames absoluuntur, & ab omnibus criminibus puri iudicantur: innocentes verò, virtutum amatores, pieratisque sectatores, velut improbi, scelesti, impij, ac nefarij habentur. annon hæc magna mundi confusio, & turbatio deplorabilis?

Luc. 19.

In domo diuitis Epulonis, vt in Euangelio Lucæ notatur, canes, & reliquæ bestiæ lautè alebantur: & pauper, atque inops Lazarus, vir innocentissimus, & Dei amicus integerrimus fame ante ianuā illius emoriebatur. Deterius etiam in domo mundi res agitur, quam olim in Epuloni palatio: improbi, impij, scelesti, & alij peccatores, qui canum, & bestiarum ritu viuunt, delicijs abundant, epulantur, iocantur, & lasciuunt; boni verò Dei famuli, pœnitentes, & religiosi, pauperes, & humiles præ fame emoriuntur, extremaq. necessitate premitur. Mundus diues quidam epulo est, cuius domus penitus tuibata est; iustos enim negligit, impios vero extollit, & magni facit.

Job. 20.

Job vir sanctissimus, damnatorum carcerem, & abyssum tartareum describens, ait esse locum horribilem, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiterrus horror inhabitat. Terra hæc descriptio mundo non inscitè congruit; est quippe quædam inferni imago, vera Babylon, in quo nullus seruat

tur

DE MVNDI CONFUSIONE.

173

tur ordo, locus horrore, & terrore plenus, vbi perpe
tua mors, & sempiterna lamenta habentur.

Mundus chaos est, & locus turbationis à quo Locus cō-
exulat ordo, sed in quo omnia confusa sunt. Schola fusionis
est legibus, regulisque carens, & in qua nulla serua mūdus est
tur disciplina. Democratia est, in qua quisque su-
premus esse, & p̄t̄esse vult: regnum est malè ordi-
natū, honoris, & politiæ expers, in quo homines
brutales, qu: appetitus suos brutorum instar se-
quuntur, regnant, imperant, dom: inantur, sapienti-
busque leges pr̄scribunt.

In prodigiose illius arboris, quam vidit Nabu- Dan. 3.
chodonosor, ramis aues nidificabant, quadrupedes
verò subtus habitabant. Arbor hæc benè constitu-
tam principis huius monarchiam denotabat: at
contrarium in mundi politia videtur: asini enim,
& bruti, hominesque imperiti, & ignari ad subli-
mes euehuntur gradus, ad honores, & dignitates
sustolluntur; aues verò, spirituales inquam, & iusti
deiciuntur, & in puluere morati coguntur. An
non hæc mira, meraque confusio?

An non mirum foret, si in turris fastigio, aut pa-
latij alicuius splendidi culmine asinus, equus, bos,
aut aliud quodvis vastum animal conspiceretur?
annon hominibus loquendi hoc ansam daret? nō
verò, si lufscinia, alauda, aut aliqua auicula ibi con-
spiceretur? Loca hæc enim his propria sunt, non
verò bestijs maioribus. An non item mirum, hoc
ipsum in mundo conspicit? asinos, inquam, homi-
nes brutales, & homines penitus indignos ad di-
gnitates, quibus nihil in Ecclesia sublimius, eleua-
ri, & ad honores, qui prouinciarum, & regnorum
tresses, & culmina, sustolli? Hæc munia dignis con-
ferenda, non verò indignis. Videre porrò bestias
summo in apice, ignaros honoribus cumula-

tos,

tos, &c doct̄os, litterato que in terra ambulare, ut
plebeios, insignem confusionem notat.

Psalm. 99. Hanc se in mundo confusionem, missionemque
vidisse, ait Psalmographus: *Vidi impium superexal-
tatum, & elevatum ad honorem, sicut Cedros Libani.*
Cum igitur impij sustollantur, opus est pios deiici
& deturbari, vnius enim ascensio, alterius est de-
pressio. Mundus vero stolidos sustollere, & ad di-
gnitates eleuare, sapientes vero deserere, & a mu-
nibus detinbare solet. Improbos promouet, & iustos
assiduo exagitat, ac deprimit.

Eccles. 10. Deplorabat hoc Sapiens cum diceret: *Est malum,*
*quod i idi sub sole, positum stultum in dignitate sub-
limi, & diuites sedere deorsum.* Hoc malum in mun-
do assiduum est, & haec ibi confusio ordinaria: hic
stulti, & insensati ad honores eleuantur, & ad mu-
nia, dignitatesque sustolluntur, & diuites virtute,
meritisque potentes in imis detinentur sublellijs,
atque omnium consortijs alegantur: servi impe-
rant, & domini obsequuntur, mancipia leges con-
dunt, & domini ipsorum parent.

Thren. 5. Hoc inter cetera Ieremias Propheta in Threnis
suis deplorat, & miseram populi captiuitatem exag-
erans, hanc imprimis calamitatem magni facit,
& celebrat, q; servi imperarent, & gubernacula te-
nerent eorum, qui ad imperandum, legesq; alijs
condendas nati erant; hinc lacrymans, & suspirans
ait: *Servi dominati sunt nostri, & a pedissequis obtri-
ti, & pestundati sumus.* His Ieremiæ lamentis, his
ipsius lacrimis opus est, vt noctu, diuque, & nullo
non tempore iustorum in mundo captiuitas, ac
seruitus deploretur. Hic enim famuli ijs imperat,
ibi peccatores dominium exercent, ibi a stolidis il-
li deuorantur, & a mancipijs, nefarijsque de-
glutuntur.

Verè

DE MVNDI CONFUSIONE. 175

Verè mundus iam inuersus est, atque ita factū se vidisse ait Sapiens: *Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram, quas iheros.* Hęc ergo hodie confusio in mundo videtur: hic serui, & mācipia in equis conspiciuntur, ad honores, & dignitates promoti: Principes verò, domini, et ceteri magnates terræ, iusti inquam, & virtutum sectatores non coluntur, negliguntur, seruorum instar cōtemnuntur, et mancipiorum ritu sub iugo viuunt, et humili contenti loco.

Hanc indignitatem non ferens Salomon in Pro uerbijs dicit: *Non decent stultum diuiti.e, nec seruū dominari principibus.* Hoc verum simul, & rationi consentaneum est. Mundus verò contra penitus agit, stolidos locupletat, sapientes ad extremam redigit penuriam, virtutisque ordinem invertens, vult improbos vera peccati mancipia in bonos, vers terræ Principes, ac dominos dominari.

Prou. 19.

Nullum hac confusione in orbe malū deterius. hinc Deus suos olim castigatus, hoc illis per Prophetam immissum malum interminatus est: *Da bo, inquit, pueros principes eorum & effeminati dominabuntur eis.* Interminationis huius fulmen in mundum euibratum est: hic enim filij huius seculi Reges, et Principes mollicelli, et effeminati, & abiectæ mentis iustos, et generosissimos quosque, et optimates impetio premunt.

Isai. 3.

Per eundem Prophetam Deus populi sui sorte *ibidem.* deplorans, ait: *Populum meum exactores sui spolia- uerunt, & mulieres dominata sunt eis.* Hoc hodierna die proh dolor? in mundo fit, pauperes siquidem hic à dñis exauriuntur, ac diripiunt, et iusti, ac veri viri à fēminis gubernantur, i.deuotantur, et depeculantur ab improbis, et nefarijs, qui verè effeminati, abiecti, imbecillijsq; animi sunt, et non nisi

nisi plebeium, et triuialem spirant. Mundus non nisi
hos estimat, & ab alijs quam longissime recedit.

Matth. 17 Redemptor Iesus in montem Thabor SS. Petrum, Iacobum, & Ioannem, velut Ecclesiae Principes, et Apostolorum maximos sustulit, Iudam autem, & reliquos discipulos in montis radice commorari voluit. Mundus longè secus agit, Iudas, eiusque similes perfidos, proditores, et nefarios ad honores sustollit, Ioannes vero, et Petrus in imo deserit, et procul dignitatibus.

Mundi abusu. Ecquis abusus? ecquæ corruptio? quæ commissio in mundo? plebeij honore gaudent, et nobiles in opprobrio, et infamia degunt: ignati, et imperiti dignitatibus admouentur, et docti de populo sunt: equi ad beneficia adspirant, et asini eadem obtinent; digni contemnuntur, stolidi vero ut habiles censentur: consilia bonorum, proborumque vii nugæ negliguntur, et opiniones insensatorum, ut oracula, et prodigia suspiciuntur.

Mundi confusio. Ecquæ confusio, ecquæ turbatio in mundo? à malitia, ac nequitia regitur, huic hypocrisis dominatur, vitium plenis habenis fertur, et suspectitur, virtus exultat: iustitia terram deseruit, iniquitas sublimi est; peruersitas imperat, pietas vilipenditur; mendacium admittitur, ueritas non auditur; honori nullus est locus, sola lasciuia adoratur: humilitas deiecta est, et superbia ab omnibus colitur.

Quænam turbatio mundi. Ecquæ turbatio, et chaos, quænam mistio in mundo? pecunia maiorum virium est, quam virtus, fauor, quam iustitia, impudentia plus pollet, quam modestia; malitia, peruersitasque maioris auctoritatisque innocentia; iracundia, quam patiētia, gula quam sobrietas, insipiētia quam sapientia. Pluris animalia sunt, quam docti, et litterati, stolidi pluris, quam prudentes, asini pluris quam Aristoteles, b. r. di

di, quam Socrates, Thersitæ quam Cesares, multæ
quam elephantes, bullæ quam columnæ, denique
scurræ, ac sycophatæ pluris quam honesti, & iusti.

Quanto pere porrò Deo hæc omnium rerum di-
splicet confusio: quas ille mox, ut è nihilo creauit,
in ordinem redigere, & à se inuicem diuidere vo-
luit. Creationis opus sequebatur omnium rerum
distinctio, & quas creator condebat creaturas, illas
ordine, & loco disponebat suo: ita scilicet diuisit lu-
cem à tenebris, diem à nocte, solem à luna, aquas
superas queque super firmamentum erant, ab alijs
quas infernæ creauerat.

Hinc Apostolus Paulus, quæ dixi confirmas, ait, Rom. 8.
omnia; quæ in mundo apparent, à Deo ordinata-
esse, & in natura debitum habere locum, idq; di-
rectione magni illius architecti: ac proinde eos, qui
potestati resistunt, dispositioni, & ordini diuino re-
sistere. Ergo ex Apostolica sententia, mundus scele-
stus, & improbus uoltintati creatoris resistit, &
ordinem inter creaturas positum turbando, quan-
do omnia confundit, diuinam hanc dispositionem
violat, omnia permiscet, rerum omnium seriem
interrumpit, omniaque inuertit.

Vt perte Altissimo insignis hic ordo placet, ita
& confusio displicet. Huius rei in Leuitico figura
legitur: ibi siquidem vetuit, ne quis agrum uario,
ac diuerso semine consereret. Hocce præceptum
mundus nō obseruat, quin è illudēs, eodē in agro,
.i. in hac uita, promiscuè, confusèque bonū malum
seminat, virtutem simul, & uitium, ueritatē iuxta,
ac mendacium, bellum non minus, quam pacem,
desperationem, & patientiam, odium cum amore,
q; sanè diuersa, & admodum contraria semētis est.

Eamdem ob causam prohibuit olim Deus, ne Deut. 22.
quis Iudeus in boue simul, & asino terram araret;

designare volebat, quod quemadmodum duo haec animalia diuersae speciei sunt in rerum natura, ita, & diuersas functiones, & partes habeant; quas proinde nemo copulare potest, nisi naturae vim in Mūdus bō ferat, & vniuersi ordinem violet. Mundus porrò nos malis his non obstantibus omnia turbat, boues, asini eo permiscet. dem in iugo neicit, omnes promiscue sine villa distinctione cruciat, & affligit: bonis improbos, ac seculostis, seditiosis, & turbulentis quietos, impudentibus modestos combinat; eodem in iugo, nullo dignitatis, meritorum, qualitatisque habita ratione, castos, & lasciuos, humiles, & superbos, sapientes, & insipientes connectit.

Deut. 22.

Eodem in libro, & aliud præceptum legitur, quod eodem tendit, quo vetuit Deus, nemo, ut vestem gestaret ē lana simul, & lino, materiaue dupli ci contextam. Non vult ordinem, quem in mundo stabiliiuit, perire, immo ne materias quidem vestium confundi, prohibet ne subtilia, quale linū est, eudem habeat locum, & ordinem, quem spissa, qualis est lana. Contrarium verò in mundo videtur; mentes illustres, & subtile, & cordatae eodē sunt loco, & sèpè minori, quam bardæ, stupidæ, omnīs que meriti expertes. Omnia porrò ordine, & serie recta procedere vult Deus; mundus verò cuncta turbat, confundit, & miscet.

Iob. 38.

Magnus ille Deus suam, ut potentiam ostendaret, prouidentiam probaret, & sapientiæ suæ magnitudinem homines obstupecserent in rerum, & creatione, & conseruatione, & dispositione, famulo suo Iob plurimas, & sublimes quæstiones propo suit, & hanc inter alias: *Numquid nosti ordinem cali? quasi diceret: Numquamne considerasti, considerandoque admiratus es mirabilem orbium cœlestium motum, qui tam placide, & velut ad numerum,*

merum, & modum feruntur, vt à quinque annorum millibus numquam volui desierint, aut cursus interruperint? Numquamne obseruasti, etsi omnes viginti quatuor horarum i patio in occidente ab oriente motu quodam rapido, & violento, qui confusè, & promiscuè simul omnes rapiat, voluntur, habere tamē alium motum placidorem, naturalemq. à quo aliorum, ab occidente scilicet in orientem, vbi singuli ordinem, mensuramque seruant, & suo quoque tempore feruntur. Deus bone ordo hic mirabilis est, at confusio, quæ in mundo apparet, miserabilis.

Vt mundus turbatus, & confusus est, ita Deus sapiens quidam gubernator, & director, qui suauiter, placideq; disponit omnia, suoq; cuncta ordine collocat, curq; confusio, & mistio maximè displicet. In cuius rei signum in Deuteronomio legem tulit: *Non induetur mulier ueste virili, nec vir utetur ueste feminea:* ostendere volebat hac uestim in utroq; sexti permixtione leges inuerti, & naturæ ordinem violari. Creator porrò, qui condidit, & disposuit omnia hoc lege lata prohibuit.

Cum Dei filius, ac Redemptor Christus sollempniter illud epulum in deserto pararet, suiq; sequaces iam laute exciperet; notat Euangeliista per ordinem cœuias dispositisse, & per quinquagenos collocasse. Denotat hęc cœtermonia, velle Deum omnia, vt ordine fiat, distinctione amare, & confusionē odisse.

Eamdem ob causam idem Redemptor velut unam ciuitatis regulam in Euangelio dedit, vt si quādō quis ad nuptias inuitatus fuerit, primū non occupet locum, ne quis fortè honorabilior, aut dignior superueniat, & tunc inuitans illi dicat, exprobando: Amice descende, locus hic tibi haud conuenit. His denotare Dominus voluit, loca digniora,

& eminentiora virtuti, & primas sedes honorabilioribus meritò deberi. Cœlum docet, & obseruat, hæc omnia, at mundus negligit; vitiosos ad summum sustollit fastigium, & dignos, ac bonos in imis locat subsellijs.

Gen. 43.

Non ita fecit Patriarcha Ioseph: fratres enim suos in Ægypto epulo excipiens, singulos ordine, & nativitatis serie collocauit iuxta primogenita sua. Maiores natu primi, & in capite mensæ sedebant, & minores pone subsequebantur. In mundi verò epulis, & honoribus aliter fieri videmus: iuniores enim, ac minores primos dignitatum tenēt gradus, & maiores, senioresque ultimos, id est, factui, & improbi magis honorantur, sapientes verò, & probi vix vlo sunt loco.

2. Cor. 4.

Mirabatur hoc Apostolus, & Chorinthios hor tabatur hanc confusione, ut detestarentur: *Omnia inter vos secundum ordinem fiant.* Sciebat quippe ordinem à Deo, & à mundo confusione profici. Sciebat mundum Babylonem esse, chaos, locum turbationis, in quo nullus seruetur ordo.

Noli, itaque mundum magnificere Christiane, cùm ipse vicissim homines negligat, & solarum bestiarum rationem habeat. Despice hunc motorem, turbatorem, confusoremq; cùm ipse sanctissima quæque respectui habeat, solaque profana admiretur. Recede à Babylone, & locum confusione desere, in quo nihil debito situm loco, virtus suo caret gradu, iustitia nulla in auctoritate, innocentia risui, sapientia ludibrio, honor contumeliae sit expositus, & labor mercede destituatur. Cùm ergo mundus adeò confusus, & turbatus sit, fierine potest, si modò ratione utaris, illum te sequi?

C A P V T XIV.

Exploditur Mundi Cæcitas.

*Tot casus dubios, tot inter hostes,
Tot incommoda, tot parata damna,
Tanquam non medijs natet periclis,
Palpat, cœpit at, hæsitatq; mundus,
Ecquis non videt haud videre mundum,
Et cœco nimis abripi furore?*

Nulum Ægyptus vulnus accepit grauius,
nihilque illum adeò affixit, quām illæ
tenebræ triduanae, adeo quidem spissæ, Exod. 19.
& opacæ, omne, ut regnum texerint, & quatuor e-
iusdē angulos inuaserint; quas scripturas ipsa horri-
biles, & terribiles vocat. Ita nullū hodie in mundo
grauius infortunium, nulla clades maior, quām ho-
minum cæcitas: hæc quippe nox adeo obscura est,
tenebræq; adeo spissæ, omnem, ut oībem inuoluāt,
& omne hominum genus caligine velent: & nulla
vñquam plaga crudelior, & sanguinolentior, nul-
lus casus acerbior in mundo apparuit.

Mūdus chaos illud est, & abysmus illa Geneseos,
tenebris, & caligine tecta; ipse cæcus est, & quot-
quot illum sequuntur; carcer est teter, & obscurus, Gen. 1.
quem veritatis lampas numquam illustrat, quēq;
perpetua mendacij nex opacat: locus est, in quo
nōnisi palpado inceditur, & peccatores nihil peni-
tus vident: receptaculum calamitatum, & tenebra-
rum habitatio, & iuxta Iobi sétuam, terra nebulis,
mortis caligine, & vmbra phantasmatum cooperia.

Sapiētis oculi in capite tuus, inquit Ecclesiasticus,
& stultus in tenebris ambulat. Is scilicet mūdi sta-
tus, in quo nōnulli lyncei, alij talpa sunt cæciores: Job. 10.
hic iusti velut sapientes perspicacissimi vident, &

contemplationis oculos non in capite corporis,
sed in suprema animæ parte gestant, & scelerati, i.
fatui solem non videntes velut malefici in carce-
ribus, & tenebris ambulant.

¶ Esdr. 14. *Positum est seculū in tenebris, & qui inhabitant
in eo, sine lumine, inquit Esdras. Hæc proptè de mū
di cæcitate dicuntur, eiusq. casibus, & miserijs. Hic
quippè in nebula, & caligine, ac tenebris positus;
& quotquot ipsum incolunt, penitus caligant, nul-
lumq. solis, lunæ, aut stellarum vident lumen.*

*Horū casuū partē pdixerat Propheta, cū diceret
de cosmophilis: Fiant uiae illorū tenebre. Quib. ille
verbis caliginē, lippitudinēq. eorum, qui in mūdo
viuunt, prædicebat; quorū oculi ita caligant, vitaq.
ad eō obscura, nihil penè, ut inter eundem videant,
nihil laborando prospiciant, nullumque uitæ hu-
ijs periculum perhorrescant.*

Job 12. *Idem quoque pdixit Job dicens; Palpabit quasi
in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi
ebrios. Est hæc misera, & calamitosa peccatorum
vita: nā non nisi palpando in caligine mundi ince-
dunt; vita illorum numquam ante solem compa-
ret, mundus eos à virtutis semita aberrare, & iusti-
tia tramitem deserere cogit, cumque ebriorum in-
star ad singulos passus cœpitent, tandem in imam
vitiorum omnium abyssum præcipitat.*

Inter maledictiones, quas in Deuteronomio ad-
uersus legis præuaricatores intulit Deus, hæc pri-
mū locum obtinet: *Percutiat te Dominus amentia,
& cæcitatem, ac furore mentis. Deus succenset vetere, et
iustè punit eos, qui sancta illius decreta violant, ut
in mundo infolescant, & in signum maledictionū
suorum permittit, ut in fatuitatem, cæcitatem, &
phrenesim incident. Et sanè quicunq. Deū ostēdit,
maledicitur ab eo, in spiritu turbatur, datus est in
repro-*

DE MVNDI CÆCITATE. 183

reprobum sensum, visum amittit, nescit quid faciat, nō perspicit quō vadat, malum suum nō agnoscit, oculos velatos habet, cor incantatum, inque tenebris sepultus est.

Prædixerat hoc Sapiens cūm dixit, de vita impiorum locutus; *Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas, iter virtutis, & præceptorum Dei iter rectum est, quodque recta ad cœlum dicit; at obscurum, & tenebrosum ipsum mundi, hinc improbi, & libertini ab illo recedentes, ut hoc ingrediantur, semper in obscuritate ambulant, & in caligine vivunt.*

Huc quam proximè accedere videbatur vir sanctus Iob cūm diceret, maledictiones scelerati describens: *Non ditabitur, nec perseverabit substantia eius, nec mittet in terram radicem suam, non recedet de tenebris. Ecce calamitates, sed quæ in caput cosmophili impendent; faciat quodcumq; voluerit, nunquam ditescit; quascumque etiam opes coaceruet, non erit diuturna eius substantia; quamcunq; etiam prudentiam adhibeat, non mittet in terram radicem, quantumvis suder, & allaboret, dies illi vox erit, lumen umbra, sol obscuritas, nec vñquā tenebris egredietur.*

Hæc ad oculum repræsentans Psalmographus, *Nescierunt, inquit, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Mundani nesciunt, beatitudinem amittendo, quantam iacturam faciant; qui mundum sestantes magna, in quibus versantur discrimina non intelligunt, semperq. ut talpæ agunt; nesciunt, eò q; ignorantēs, non intelligunt, eò q; improbi; in tenebris, & caligine ambulant, q; cæci. Mundus quippe oculos illis obnubit, vt dein uita priuet.*

Carnifex cū malefico oculos obuelat, signum est caput illum præsecare, & vitam auferre velle. Mun

Mūd* vxo
ti similis.

184 DEMOCR. CHRIST. Cap. 14.
dus tortor est, at barbarus, & inhumanus, cosmophili vero malefici sunt, quos antequam perdat, oculos illis obuelat, omnemque auferit intelligentiam, quos postquam semel excæcauit, certissimum signum est, vita illos, & anima spoliandos.

Fur odit
lucem.

Fur nocturnus nihil adeo exosum habet, a clumen, quamdiu enim accensæ candela, & lumen in domo, numquam rem suam ager; dies illi contraria, & inimica, nox vero amica. Mundus fur est, is

Mundus nos expilat, depeculatur, exspoliat, at nihil illi adeo cum fure exosum, atque sol, & lumen. hinc improbos excæcat, & in animabus eorum lucidam illam cognitio nis Dei, mundi, & sui ipsius facem extinguit; & nonnisi spissam ibi noctem relinquens, & cimmerias ignorantiae tenebras, tum facile eos inuadit, diripit, iugulat, & æternum miserios reddit.

Leuit. 11.

Coruus maledicta in Leuitico avis, & cadauerum assiduus, & putiscentium sectator, oculos mortuorum ante omnia euellit. Idem facit, et mundus, coruus ille maledictus, & feralis, peccatores porrò cadauera sunt, quorum oculos vorax illa uolucris semper primò aggreditur, excæcare illos imprimis conatur, & omnem illis intellectum auferre, quo postea commodius illorum damnationem peragat, & ruinæ plane inuoluit.

Apoc. 16.

Inter Angelos illos castigantes, quos describit Apocalypsis, erat qui phialam suam in solem effun debat, illum obscurare, & lumen illius satagens au ferre. Mundus angelus Satanæ est, adeo quidem improbus, ac scelestus, ut nonnisi veritatis solem extinguere conetur, & ueræ cognitionis diem tollere: hinc assiduo malitia sua phialas in illum effundit, ut mens humana in tenebris agat, intellectus offuscetur, iudicio, & rationi caligo densissima offundatur.

Primus

Primus crudelitatis actus, quē in miserū Sampsonē exercuere Philistei, fuit oculorum euulſio, & excæatio: oculis.n.priuatum vinculis conſtrinxere, capillos reſecuere, in pristinū cōpegere, & omni calamitatis genere oppreſſere. Mundus barbaris hiſce ſimilis, & primus furor illius in peccatores eſt, viſum illis auferendo penitus excæcare, & in profundā noctem coniucere, dehinc illos conſtringt, virtutem, & aiūm, voluntatem, & benefaciēdi facultatem tollit, mille malorum illos ſubire piftiū cogit, & tandem æternis malis inuoluit.

In Apocalypſi ſcriptum, statim, ac Angelorum illorum diuinæ iuſtitiae executorum vnuſ phialā indignationis Dei in ſedem bestiæ effudit, mox regnum illius obscurum, & tenebroſum redditum. In mundo erēcta eſt ſedes, & thronus bestiæ, peccati, inquam, vel diaboli, & aduersus hanc etiam ſpiritus cæleſtes, velut iniquitatum humanarum vindices, ad ſingula momenta, phialas iræ, & furoris magni illius Dei effundunt. hinc etiam omnis ſtatus mundi in magna caligine eſt, & punitionis huius procella omne regnum eius tenebroſum efficit.

Mundus ergo cæcus eſt, ac ſuos omnes ſectatores cæcos eſſe vult, & illorum cæcitate delectatur. Atque ut Rex cæleſtis ſeruos ſapientes, & perspicaces ita princeps tenebrarum, non alios clientes ſuorum, ambit, quam lufcos, & cæcos; in quo Ammonitam Naas imitatur, namque ut ille non aliter cum Gaiaditis ſcedus initurum ſe dixit, quam ſi ſingulis oculum erueret, & viſum debilitaret: ita mundus ſcœleſtus habere pacem detrectat, aut hominibus quietem indulgere, niſi eosdem ante excæceret, & viſum tollat. Postquam verò hanc conditionem acceptarunt, & oculus erutus eſt, amici ſunt, & quietem ijs concedit.

1. Reg. 11.

O pla-

O plagam horrendam? o malum deplorandum?
hoc deplorate Psalmista videbatur, cum diceret: Proh
Psal. 113. Oculos habent, & non uidebunt. quasi diceret: Proh
quam miseriū, & deplorabile? Mundani oculos
habent, & nihil penitus vident: statuis persimiles
sunt; pedes, manus, aures, oculosq; habentibus, ve-
rū non, ut incedant, palpent, audiant, videant.
Mundani, namque oculos ad claritatem cælestem,
cognitioem Dei, & pericula mundi perspicienda
non habent.

Leuit. 11. Immundum, & funestum in veteri lege censuit
Deus vespertilionem, eiusq; carnem gustari vetuit:
non alia reiectionis huius causa erat, quam, quod
Curvesper de nocte cerneret, de die nihil. fuit hoc certissimum
tilio reie- reprobationis mundanorum præsagium: sunt
ctus in le- quippe hi ferales, & maledicti vespertiliones, qui
ge Mosis. in rebus sacerdotalibus huius perspicacissimi sunt, inque-
ijs, quæ Dei sunt ne vident hilum, à mundo quippe
excæcantur.

Tob. 2. Stercus hirundinum in Tobiae dormientis oculos
incidebat, & cæcitatem ei atulit; ita mundi
vanitates, quæ teste Apostolo, non nisi stercora sunt,
& transitoriae, & hirundinum instar præteruolantes,
in oculos, & cor peccatorum sceleribus indormientium incidentes, oculos offuscant, & cæcos
penitus reddunt.

Psalm. 17. Dauid rex sapientissimus, & peccator aliquando
, cætorum instar, hanc in cæcitatem gemens
deplorabat: *Dereliquit me virtus mea, & lumē oculorum meorum. & ipsum non est tecum.* Vno dice-
re vult verbo: An non deplorandum, me scelerum
meo animi virtutem, & robur amisisse, & modò
penitus nihil perspicere. Idem tibi accidit munda-
ne mundo dum obsequeris; & plane cæcutis, si in-
fortunia, quæ subire cogeris, mundum sectando,
non

non perspicis. Annon hæc animi imbecillitas, vi- Effectus ca-
rium debilitatio, charitatis frigus, pietatis tepor, priuitatis
bonorum operum cessatio, meritorum lassitudo, mundi.
sanctorum exercitiorum interpositio, animi, men-
tisque illa cæcitas an non, inquam, captiuitatis
mundi effectus sunt?

Ieremias in Threnis suis hanc mudi cæcitatem
deplorabat, deq. Israelitis conquestus aiebat: Erra-
uerunt cæci in plateis. Quod Propheta in Iudæa
deplorabat, hodie in vniuerso mundo videre est:
in eius enim plateis, & compitis errant peccatores,
& ad singulos passus cæspitant cæcorum instar, &
tandem in abyssum præcipites ruunt.

Iustorum semita, ait in Proverbijs Salomon, qua Prou. 4.
si lux splendens procedit, & crescit usque ad perfe-
ctam diem via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi cor-
ruant: diuersa accidentia hic representantur, quæ
in mundo sunt, & diuersi fines vitæ iustorum, & im-
piorum. Illi oculis apertis incedunt, & numquam
à iustitiæ aberrant tramite, & exercitio uirtutum;
hi verò errant, & in omnibus vijs vagantur; vijq.
eorum obscurum est iter, semita tenebrosa, & aby-
sus lucem ignorans. Ad singulos passus cæspitant,
offendunt, & cadunt, & tamen ignorant vbi potis-
simum cadant, & labantur.

Heu quænam tenebræ, ecquæ cæcitas, non agno-
scere infortunium, occurrentia discrimina nō ad-
uertere, & in medijs malis talpa cæciorem esse? Læ-
tantur, inquit Sapiens, cùm male fecerint, & exil-
tant in rebus pessimis. Vicinum morti ridere, in mi-
serijs plaudere, in tempestate securum esse, in ma-
lis voluptatem capere, & in medio conflictu non
metuere, sensus est expertem, marmoreum, qneum,
& verè, & planè cæcum esse.

Non dormiūt, inquit idem, nisi cùm male fecerint
come-

comedunt panem impietatis, & uinum iniquitatis bibunt. Hæc hominum cæcitas, hæc vita impiorū: numquam eos nox quietos inuenit, nisi de die ali- quod maleficium admiserint, conuiua eorum, & epuke sanguinem spirant, homicidia, sacrilegia, non aliud comedunt panem, quam impietatis, & aliud non bibunt vinum, quam quod iniquitatis exsudauit torcular; deinde malo gloriantur, pec- catisque triumphant, quod stolidæ cæcitatis, & cæ- cæ stoliditatis argumentum.

Numquid enim deploranda quædam cæcitas, mundanos, Deum offendendo, mundoq. obsequen- do, credere, sibi q. persuadere, beatos se fore, & rem suam in tuto collocare: & vana hæc persuasio, & fides malè fundata; omnium calamitatum illorū origo est, & ruinæ occasio; in cogitationibus enim fatui sunt, in iudicijs vani, in conceptibus temera- rij, & artes, versutiæ, & cauilli in caput proprium redeunt. Mundus, namque illos decipit excæcan- do, & excæcat decipiendo.

Rom. 1.

Euanuerunt, inquit Apostolus, in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens coreorum. Egregiè mundanorum cæcitatem tangit; ubi enim semel cor illorum demeratum, & tenebris offuscatum est, omnes imaginationes illorum euanescant, & cogi- tationes umbrarum instat, & somniorum pertur- seant, oportet: quæ medicamenta sibi saluti fore sperant mortem, & interitum causantur. Illorum artes, & technæ nonnisi molimina sunt ad eosdem destruendos, & perdendos: quod bonū ipsis uide- tur, noxiū est, et periculōsum, quodq. uelut utile ambiūt, tandem ipsis damnoſum erit, et uenenum.

Annon insignis mundanorum cæcitas, dum per media illicita, et modos ueritos, et aliorum exitio sublimari uolunt, sibi ipsiexitio sint; honorēq. am- bientes,

bientes, & alios honore exuere satagentes, ipsos primò in ordinem redigi, confusionem obtinere, alijsq; honorem, gloriam, & gaudium afferre. hinc alios dūm satagunt honore, & gradu deijcere, ipsi primò deturbantur loco, proximorumq; domos demoliri, & cuertere dum contendunt, ipsorum ante alios evertuntur, & solo equantur. Cuius rei sexcenta nobis exempla proponuntur.

Filij Iacob, ne Iosephum fratrem præ inuidia, & odio quo ipsum prosequerantur, adorarent, Ismaelitis ipsum vendidere, hoc pacto ipsum perdere satagentes, & suam in tuto nequitiam collocare. At miseri nimium quantum decepti sunt, Deus enim Iosephi fortunam dirigens, & totius illi Ægypti gubernacula tradens, ab omnibus coli, & à fratribus singillatim adorati voluit. Quam illi parauerant, & struxerant ruinam, illius sublimationis, & gloriæ causa fuit, atque inde apparuit, hostes, & aduersarios nimis in passionibus excæcatos, & in cæcitate passionatos fuisse.

Eadem cæcitas, & fatuitas fuit Pharaonis, qui, Exod. 1. vt vitam conseruaret, & regnum, & Iudæos exterminaret, edicto præcepit, omnes Hebræorum masculos, mox, vt nasceretur, aquis mergi: at crudelis hæc, & tragica inquietio illius ruinæ, & exitij simul, & totius populi in mari rubro submersionis fuit occasio. Quod sibi mundanus progreendi occasionem futurum sperat, per hoc sœpè retrogreditur: in conceptibus quippe cæcutit, sed in quo concidat, & pereat perspicacissime videt.

Non minus cæcus erat Aman, cùm regis intimus, & purpuratorum Persarum primus, misterum Mardochæum, simul, & populum vniuersum Iudeorum subuertere, & delere statuit. Hinc enim in signis in Amanū, delapsa est infamia, & eximus, Eliz. 3. Mar.

Mardochæo honos: superbus magno cum dedecore in crucem actus est, & humilis triumphans, & ouans omnium plausu exceptus. Quem superbus mundanus, & in nequitia sua excæcatus deiçere, & fortunæ pedibus subiçere cogitat, summo cum honore sublimatur, & ipse solus infamiam subit, & confusione repletur.

Psal. 9.

Egregie hoc expressit Psalmista, cum dixit: *In laqueo i' to quem abscondērunt, cōprehensus est pes eorū.* Plerumque enim fieri videmus, ut qui cōprehendere, & impedire contendit, cōprehendatur, & in insidias incidat, ut plurimū insidiātes, & cōceptus mundanorum in præiudicium, & damnū propriū cedunt. Cæcitas stolidas adinuentiones illos conciperet cogit, & quod inde sequitur damnum, spe euersa, perpetuum ijs adfert pœnitere.

Eccl. 27.

Qui in altum mitit lapidem, super caput eius cadet, ait Ecclesiasticus. Si forte sanguinem proximi effundedo, & illius ruina proficere, & ditescere volueris, tuo id fiet damno, quicumque proximi domum deieclurus lapides proiecit, spē in ianuam eius resiliunt, & ruinam propriæ domus causātur.

Ibid.

Hanc ob causam Sapiens subnec̄tit: *Et qui fodit, incidet in eam, & qui statuit lapidem proximo suo, offendit in eo.* Qui proximo in via ponit lapidē, ut ad illū pedes offendat, primus in illū impingit, & pedē lædit. Hoc iustū Dei iudicium, qui ita id fieri permittit, & sinit eos, qui dominari, & præesse eū alterius detinēto volūt; decipi, & errare, & q̄ alijs moliūt malū i suā infamiā, & præiudiciū cedere.

Dan. 14.

Babylonij Satrapæ, & proceres putabāt se, Daniele subuerso, Darij regis amicos, & familiates fore: hinc ita rem apud regem gessere, ut in lacū leonum ipse coniectus facit. Sed aliae rerū vices fuisse, & lögē secus præter spē illorum accidit: Deus enim

enim seruum suum è laniena, & lacu eripuit, sed huius moliminis auctores à belluis deuorati sunt. Hæc scilicet iusta merces, & infelix cæcorum mundanorum finis;

Hinc non immeritò Isaias exclamat, & ego cū *Isa. 41.*
illo: *Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum.*
Miselli cosmophili, qui obturata aurem habetis, comminationes cœlestes, diuinorum iudiciorum fulmina, & tumultus, & fragores rerum mundana rum, & horrendos clamores eorū, qui, vt vos viuitis, olim viuētes, hodie apud inferos damnati sunt, vt, & vos faciendo, & quod vos facitis, audite, cæci dementati, qui quæ in mūndo sunt pericula, quæ hoc in mari procellæ, uitæ item huius labores, iniquorum inquietudinem, sæculi tyrannidem, & mundum sectantium captiuitatem non uideris, sustollite iam oculos, recludite palpebras, lumina penitus ad contemplandum singula aperite.

Est, & alia in mundo cæcitas, quæq; pluribus perniciem adferat, & interitū. Scilicet inmundanos cogitare, esse se de hac uita securos; & nihil omnino curantes, deq; nullo sollicitos, in uoluptatis, ac deliciarum lectulo suauiter, utramq; in aurem stertere: qui dum oceani huius procellosi malaciæ, & inconstanti, & uario uento fidūt, qui fortune cymbam cōducit, unico momēto aquilone mutate, à tempestate abducūtur: dumq; se breui ad portum perueniuros, in terra optata sperat, insurgēs desperationis pcella ad prudissimas uoragini ipsos abiit. Sacra scriptura plura huius rei exēpla suggerit.

Danitæ facile urbem Lais expugnarūt, quod ciues, qui custodire seipso debebāt, moenia, ac uallū deferenter securi, ac quiescentes. Nimia securitas, ut plurimum animæ pestis, & exitium est, & sepè hostes, caro, inquam, mundus, & diabolus, mundanos

192 DEMOCR. CHRIST. Cap. 14.

nos expilant, & præclarissimum animæ ctenodium
illis diripiunt, q̄ securi nimium sint, custodiā non
agant, nec sibi satis prospiciant.

Gen. 7.

Ita viuebant, ac decepti fuere homines tempo-
re Noe, libertatem, & nequitiam sectantes, quos
in Euangelio Redemptor ait, comedisse, bibisse,
& connubia inijsse, delicijs indulsisse, deque fu-
ro nihil sollicitos a diluvio derepentè, & incautos,
& nihil minus cogitantes oppressos fuisse. Ita mū-
dani cum nihil minus opinantur, & nonnisi de tē-
pore per delicias consumendo cogitant, tum à di-
luvio calamitatum inuoluuntur, & sub malorum
vndis emerguntur.

Luc. 19.

Christus Dominus Hierosolymitanis hocce ma-
lum videns impendere, ciuitatem conspicatus emi-
nus, & instantia mala prænoscens, in lacrimas ef-
fusus, ait: *Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac*
die, quæ ad pacem ibi, & delicias, & quæ secura vi-
uis, nec sollicita, si nosse, quæ ubi impendent ma-
la, quæque muros tuos superstet clades, & ruina,
ad eo ut ne lapis super lapidem in illis māsurus sit:
longè, credo, aliter rebus tuis prospiceret. Idem ti-
bi insinuo, mundane, sed lacrymans, & suspirans,
& moneo, quod si pericula mundi, quæq; tibi pro-
ximè instant, & quidem hac ipsa die, qua delicijs
uacas, lasciuis, & securus uiuis, prospicere, melius
haud dubiè uitam institueres, mores in sanctius
mutares, neve adeò cæcutires.

2. Reg. 19.

Sed quid? Homines stupidi sunt, iudicio carent,
sine prudentia viuant, interque maxima pericula,
& discrimina nihil penitus metuunt. Elias Prophe-
ta sine pena, & sollicitudine sub umbra Iuniperi
dormiebat, tametsi Achab, Iezabel, & omne regnū
aduersarium illi instaret, & premeret. Hæc mundi
cæcitas, & stupor, tametsi habeant Deum aduersa-
rium,

di, quam Socrates, Thersitæ quam Cesares, multæ
quam elephantes, bullæ quam columnæ, denique
scurræ, ac sycophatæ pluris quam honesti, & iusti.

Quantopere porrò Deo hæc omnium rerum di-
splicet confusio? quas ille mox, ut è nihilo creauit,
in ordinem redigere, & a se inuicem diuidere vo-
luit. Creationis opus sequebatur omnium rerum
distinctio, & quas creator condebat creaturas, illas
ordine, & loco disponebat suo; ita scilicet diuisit lu-
cem à tenebris, diem à nocte, solem à luna, aquas
superas quæque super firmamentum erant, ab alijs
quas infernè creauerat.

Hinc Apostolus Paulus, quæ dixi confirmas, ait,
omnia, quæ in mundo apparent, à Deo ordinata
esse, & in natura debitum habere locum, idq; di-
rectione magni illius architecti: ac proinde eos, qui
potestati resistunt, dispositioni, & ordini diuino re-
sistere. Ergo ex Apostolica sententia, mundus scele-
stus, & improbus uoluntati creatoris resistit, &
ordinem inter creaturas positum turbando, quan-
do omnia confundit, diuinam hanc dispositionem
violat, omnia perniscet, tertum omnium seriem
interrumpit, omniaque inuerit.

Vti porrò Altissimo insignis hic ordo placet, ita
& confusio displicet. Huius rei in Leuitico figura
legitur: ibi siquidem vetuit, ne quis agrum uario,
ac diuerso semine consereret. Hocce præceptum,
mundus nō obseruat, quin è illudēs, eodē in agro,
.i. in hac uita, promiscuè, confusèque bonū malum
seminat, virtutem simul, & uitium, ueritatē iuxta,
ac mendacium, bellum non minus, quam pacem,
desperationem, & patientiam, odium cum amore,
q̄ sanè diuersa, & admodum contraria semētis est.

Eamdem ob causam prohibuit olim Deus, ne Deut. 22.
quis Iudeus in boue simul, & asino terram araret:

Rom. 8.

Leuit. 19.

designare volebat, quod quemadmodum quo haec animalia diuersae speciei sunt in rerum natura, ita,
 & diuersas functiones, & partes habeant; quas proinde nemo copulare potest, nisi naturae vim in-
 Mūdus bō ferat, & vniuersi ordinem violet. Mundus porrō
 nos malis his non obstantibus omnia turbat, boues, a finis eo-
 permiscer. dem in iugo neētit, omnes promiscuē sine villa di-
 stinctione cruciat, & affligit: bonis improbos, ac
 scelestos, seditiosis, & turbulentis quietos, impu-
 dentibus modestos combinat; eodem in iugo, nul-
 lo dignitatis, meritorum, qualitatisque habita
 ratione, castos, & lasciuos, humiles, & superbos, sa-
 pientes, & insipientes conneētit.

Deut. 22. Eodem in libro, & aliud præceptum legitur, quod eodem tendit, quo vetuit Deus, nemo, ut vestem gestaret ē lana simul, & lino, materiaue dupli ci contextam. Non vult ordinem, quem in mundo stabiliuit, perire, imò ne materias quidem vestium confundi, prohibet ne subtilia, quale linū est, eudem habeat locum, & ordinem, quem spissa, quālis est lana. Contrarium verò in mundo videtur; mentes illustres, & subtile, & cordatae eodē sunt loco, & sēpè minori, quām bardæ, stupidæ, omnīs que meriti expertes. Omnia porrō ordine, & serie recta procedere vult Deus; mundus verò cuncta turbat, confundit, & miscet.

Job. 38. Magnus ille Deus suam, ut potentiam ostende-
 ret, prouidentiam probaret, & sapientiæ suæ ma-
 gnitudinem homines obstupeferent in rerum, &
 creatione, & conseruatione, & dispositione, famu-
 los suo Job plurimas, & sublimes quæstiones propo-
 suit, & hanc inter alias: *Numquid nosti ordinem cœ- li?* quasi diceret: *Numquamne considerasti, consi- derandoque admiratus es mirabilem orbium cœ- lestium motum, qui tam placide, & velut ad nu- merum,*

merum, & modum feruntur, vt à quinque annorum millibus numquam volui desierint, aut cursum interruperint? Numquamne obseruasti, etsi omnes viginti quatuor horarum (patio in occidetem ab oriente motu quodam rapido, & violento, qui confusè, & promiscuè simul omnes rapiat, voluntur, habere tamē alium motum placidiorem, naturalemq. à quo aliorum, ab occidente scilicet in orientem, ubi singuli ordinem, mensuramque seruant, & suo quoque tempore feruntur. Deus bone ordo hic mirabilis est, at confusio, quæ in mundo apparer, miserabilis.

Vt mundus turbatus, & confusus est, ita Deus sapiens quidam gubernator, & director, qui suauiter, placideq; disponit omnia, suoq; cuncta ordine collocat, cuiq; confusio, & mistio maximè displicet. In eius rei signum in Deuteronomio legem tulit; *Non induetur mulier ueste virili, nec vir utetur ueste fæminea:* ostendere volebat hac vestium in vitroq; sexu permutatione leges inuerti, & naturæ ordinem violari. Creator porro, qui condidit, & disposuit omnia hoc lege lata prohibuit. Deut. 22.

Cum Dei filius, ac Redemptor Christus sollempne illud epulum in deserto pararet, suiq. sequaces iam laute exciperet; notat Euangelista per ordinem cœuias disposituisse, & per quinquagenos collocaisse. Denotat hęc cœremonia, velle Deū omnia, vt ordine siat, distinctionē amare, & confusionē odire. Luc. 19.

Eamdem ob causam idem Redemptor velut unam ciuitatis regulam in Euangeliō dedit, vt si quādō quis ad nuptias inuitatus fuerit, primū nō occupet locum, ne quis fortè honorabilior, aut dignior superueniat, & tūc inuitans illi dicat, exprobando: Amice descende, locus hic tibi haud cōuenit. His denotare Dominus voluit, loca digniora,

& eminentiora virtuti, & primas sedes honorabilioribus meritò deberi. Cœlum docet, & obseruat, hæc omnia, at mundus negligit; viatos ad summum sustollit fastigium, & dignos, ac bonos in imis locat subsellijs.

Gen. 43.

Non ita fecit Patriarcha Ioseph: fratres enim suos in Ægypto epulo excipiens, singulos ordine, & nativitatis serie collocauit iuxta primogenita sua. Maiores natu primi, & in capite mensæ sedebant, & minores pone subsequebantur. In mundi verò epulis, & honoribus aliter fieri videmus: iuniores enim, ac minores primos dignitatum tenent gradus, & maiores, senioresque ultimos, id est, fatus, & improbi magis honorantur, sapientes vero, & probi vix vlo sunt loco.

2. Cor. 4.

Mirabatur hoc Apostolus, & Chorinthios hor tabatur hanc confusionem, ut detestarentur: *Omnia inter vos secundum ordinem fiant.* Sciebat quippe ordinem à Deo, & à mundo confusionem profici. Sciebat mundum Babylonem esse, chaos, locum turbationis, in quo nullus seruetur ordo.

Noli, itaque mundum magnificere Christiane, cùm ipse vicissim homines negligat, & solarum bestiarum rationem habeat. Despice hunc motorem, turbatorem, confusoremq; cùm ipse sanctissima quæque despectui habeat, sola que profana admiretur. Recede à Babylone, & locum confusionis deserere, in quo nihil debito situm loco, virtus suo caret gradu, iustitia nulla in auctoritate, innocentia risui, sapientia ludibrio, honor contumeliam sit exppositus, & labor mercede destituatur. Cùm ergo mundus adeò confusus, & turbatus sit, fierine potest, si modo ratione utaris, illum te sequi?

CAP V T XIV.

Exploditur Mundi Cæcitas.

*Tot casus dubios, tot inter hostes,
Tot incommoda, tot parata damna,
Tanquam non medij natet periclis,
Palpat, cœpit at, hæsitatq; mundus,
Ecquis non videt hand videre mundum,
Et cæco nimis abripi furore?*

NVillum Ægyptus vulnus accepit grauius,
nihilque illum adeò affixit, quām illæ
tenebræ triduanæ, adeo quidem spissæ, Exod. 19.
& opacæ, omne, ut regnum texerint, & quatuor e-
iusdē angulos inuaserint, quas scripturas ipsa horri-
biles, & terribiles vocat. Ita nullū hodie in mundo
grauius infortunium, nulla clades maior, quām ho-
minum cæcitas: hæc quippe nox adeo obscura est,
tenebræq; adeo spissæ, omnem, ut oibem inuoluāt,
& omne hominum genus caligine velent: & nulla
vñquam plaga crudelior, & sanguinolentior, nul-
lus casus acerbior in mundo apparuit.

Mūdus chaos illud est, & abysmus illa Geneseos,
tenebris, & caligine recta; ipse cæcus est, & quot-
quot illum sequuntur; carcer est teter, & obscurus, Gen. 1.
quem veritatis lampas numquam illustrat, quēq;
perpetua mendacij nox opacat: locus est, in quo
nōnisi palpado inceditur, & peccatores nihil peni-
tus vident: receptaculum calamitatum, & tenebra-
rū habitatio, & iuxta Iebi sētēuam, terra nebulis,
mortis caligine, & umbra phantasmatum cooperia.

*Sapiētis oculi in capite eius, inquit Ecclesiasticus,
& stultus in tenebris ambulat. Is scilicet mūdi sta-
tus, in quo nōnulli lyncei, alij talpa sunt cæciores: Job. 10.
hic iusti velut sapientes perspicaciſt mēvident, &*

contemplationis oculos non in capite corporis,
sed in supraem a animæ partē gestant, & scelerati, i.
fatui solem non videntes velut malefici in carce-
ribus, & tenebris ambulant.

4. Esdr. 14. *Positum est seculū in tenebris, & qui inhabitant
in eo, sine lumine, inquit Eloras. Hæc proptè de mū
di cæcitate dicuntur, eiusq. casibus, & miserijs. Hic
quippè in nebula, & caligine, ac tenebris positus;
& quotquot ipsum incolunt, penitus caligant, nul-
lumq. solis, lunæ, aut stellarum vident lumen.*

Horū casuū partē pdixerat Propheta, cū diceret
de cosmophilis: *Fiant uiae illorū tenebre. Quib. ille
verbis caliginē, lippitudinēq. eorum, qui in mūdo
viuunt, prædicebar; quorū oculi ita caligant, vitaq.
adeo obscura, nihil penè, vt inter eundem uideant,
nihil laborando prōspiciant, nullumque uitæ hu-
ius peticulum perhorrescant.*

Iob 12. *Idem quoque pdixit Iob dicens; Palpabit quasi
in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi
ebrios. Est hæc misera, & calamitosa peccatorum
vita: nā non nisi palpando in caligine mundi ince-
dunt; vita illorum numquam ante solem compa-
ret, mundus eos à virtutis semita aberrare, & iusti-
tiæ traitemur deserere cogit, cumque ebriorum in-
star ad singulos passus cœpit, tandem in imam
vitiorum omnium abyssum præcipitat.*

Inter maledictiones, quas in Deuteronomio ad-
uersus legis præuaricatores intulit Deus, hæc pri-
mū locum obtinet: *Percutiat te Dominus amentia,
& cæcitatem, ac furore mentis. Deus succenset verè, et
iustè punit eos, qui sancta i lius decreta violant, vt
in mundo insolecant, & in signum maledictionū
suorum permittit, ut in fatuitatem, cæcitatem, &
phrenesim incident. Et sane quicunq. Deū ostēdit,
maledicitur ab eo, in spiritu turbatur, datus est in
repro-*

DE MVNDI CÆCITATE. 133

reprobum sensum, visum amittit, nescit quid faciat, nō perspicit quò vadat, malum suum nō agnoscit, oculos velatos habet, cor incantatum, inque tenebris sepultus est.

Prædixerat hoc Sapiens cùm dixit, de vita impiorum locutus; *Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas, iter virtutis, & præceptorum Dei iter rectum est, quodque recta ad cœlum dicit; at obscurum, & tenebrosum ipsum mundi, hinc improbi, & libertini ab illo recedentes, ut hoc ingrediantur, semper in obscuritate ambulant, & in caligine viuunt.*

Huc quam proximè accedere videbatur vir sanctus Iob cùm diceret, maledictiones scelerati describens: *Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mutet in terram radicem suam, non recedet de tenebris.* Ecce calamitates, sed quæ in caput cosmophili impendent; faciat quodeumq; voluerit, nunquam ditescet; quascumque etiam opes coaceruet, non erit diurna eius substantia; quamcunq; etiam prudentiam adhibeat, non mittet in terram radicem, quantumuis suder, & allaboret, dies illi nox erit, lumen umbra, sol obscuritas, nec umquam tenebris egreditetur.

Hæc ad oculum repræsentans Psalmographus; *Nescierunt, inquit, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Mundani nesciunt beatitudinem amittendo, quantam iacturam faciant; qui mundum séstantes magna, in quibus versantur discrimina non intelligunt, semperq; vt talpæ agunt; nesciūt, eò q; ignorantes, non intelligunt, eò q; improbi; in tenebris, & caligine ambulant, q; cæci. Mundus quippe oculos illis obnubit, vt dein uita priuet.

Carnifex cù malefico oculos obuelat, signum est Mūd⁹ vxo caput illum præsecare, & vitam auferre velle. Mun
ri simihs.

Prou. 21.

Iob 10.

Psal. 81.

dus tortor est, at barbarus, & inhumanus, cosmophilus vero malefici sunt, quos antequam perdat, oculos illis obuelat, omnemque auferit intelligentiam, quos postquam semel excæcauit, certissimum signum est, vita illos, & anima spoliandos.

Fur odit lucem.

Mundus cum fure collatus.

Leuit. 11.

Apoc. 16.

Fur nocturnus nihil adeo exosum habet, ac lumen; quamdiu enim accensæ candela, & lumen in domo, numquam rem suam ager; dies illi contraria, & inimica, nox vero amica. Mundus fur est, is nos expilat, depeculatur, exspoliat, at nihil illi adeo exosum, atque sol, & lumen. hinc improbos excæcat, & in animabus eorum lucidam illam cognitionis Dei mundi, & sui ipsius facem extinguit; & nonnisi spissam ibi noctem relinquens, & cimmerias ignorantiae tenebras, tum facile eos inuadit, diripit, iugulat, & æternam miseros reddit.

Corvus maledicta in Leuitico avis, & cadauerum assiduus, & putiscentium sectator, oculos mortuorum ante omnia euellit. Idem facit, et mundus, corvus ille maledictus, & feralis, peccatores porrò cadauera sunt, quorum oculos vorax illa uolucris semper primò aggreditur, excæcare illos imprimis conatur, & omnem illis intellectum auferre, quo postea commodius illorum damnationem peragat, & ruinæ plane inuolnat.

Inter Angelos illos castigantes, quos describit Apocalypsis, erat qui phialam suam in solem effun-debat, illum obscurare, & lumen illius satagens auferre. Mundus angelus Satanæ est, adeo quidem improbus, ac scelestus, ut nonnisi veritatis solem extinguere conetur, & ueræ cognitionis diem tollere; hinc assiduo malitiaæ suæ phialas in illum effundit, ut mens humana in tenebris agat, intellectus offuscetur, iudicio, & rationi caligo densissima offundatur.

Primus

Primus crudelitatis actus, quē in miserū Sampsonē exercuere Philistēi, fuit oculorum euulsio, & excæcatio: oculis.n.priuatum vinculis constringere, capillos resecuere, in pristinū cōpegere, & omni calamitatis genere oppressere. Mundus barbaris hisce similis, & primus furor illius in peccatores est, visum illis auferendo penitus excæcare, & in profundā noctem coniucere, dehinc illos constringit, virtutem, & aīum, voluntatem, & benefaciēdi facultatem tollit, mille malorum illos subire pistri num cogit, & tandem æternī malis inuoluit.

In Apocalypsi scriptum, statim, ac Angelorum illorum diuinæ iustitiae executorum unus phiala indignationis Dei in sedem bestiæ effudit, mox regnum illius obscurum, & tenebrosum redditum. In mundo erecta est sedes, & thronus bestiæ, peccati, inquam, vel diaboli, & aduersus hanc etiam spiritus cœlestes, velut iniquitatum humanarum vindices, d singula momenta, phalias iræ, & furoris magni illius Dei effundunt. hinc etiam omnis status mundi in magna caligine est, & punitionis huius procella omne regnum eius tenebrosum efficit.

Mundus ergo cæcus est, ac suos omnes sectatores cæcos esse vult, & illorum cæcitate delectatur. Atque ut Rex cœlestis seruos sapientes, & perspicaces, ita princeps tenebrarum, non alios clientes ambit, quam luscios, & cæcos; in quo Ammonitam Naas imitatur, namque ut ille non aliter cum Galiaditis fecundus initurum se dixit, quam si singulis oculum érueret, & visum debilitaret: ita mundus cœlestus habere pacem detrectat, aut hominibus quietem indulgere, nisi eosdem ante excæceret, & visum tollat. Postquam vero hanc conditionem acceptarunt, & oculus erutus est, amici sunt, & quietem ijs concedit.

O pla-

1. Reg. 11.

Apoc. 16.

Psal. 113. O plagam horrendam? o malum deplorandum? hoc deplorare Psalmista videbatur, cum diceret: *Oculos habent, & non uidebunt. quasi diceret: Proh quām miserum, & deplorabile: Mundani oculos habent, & nihil penitus vident: statuis persimiles sunt; pedes, manus, aures, oculosq; habentibus, verūm non, ut incedant, palpent, audiant, videant. Mundani, namque oculos ad claritatem cælestem, cognitiouem Dei, & pericula mundi perspicienda non habent.*

Leuit. 11. Immundum, & funestum in veteri lege censuit Deus vespertilionem, eiusq. carnem gustari vetuit: non alia reiectionis huius causa erat, quām, quod Curvesper de nocte cerneret, de die nihil. fuit hoc certissimum reprobationis mundanorum præsagium: sunt tilio reie-ctus in le-ge Mosis. quippe hi ferales, & maledicti vespertilioes, qui in rebus sœculi huius perspicacissimi sunt, inque-ijjs, quæ Dei sunt ne vident hilum, à mundo quippe excæcantur.

Tob. 2. Stercus hirundinum in Tobiæ dormientis oculos incidebat, & cæcitatem ei attulit; ita mundi vanitates, quæ, teste Apostolo, nō nisi stercora sunt, & transitoria, & hirundinum instar præteruolantes, in oculos, & cor peccatorum sceleribus indormientium incidentes, oculos offuscant, & cæcos penitus reddunt.

Psalm. 17. David rex sapientissimus, & peccator aliquando, cætorum instar, hanc in cæcitatem gemens deplorabat: *Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum. & ipsum non est tecum.* Vno dicere vult verbo: An non deplorandum, me scelere meo animi virtutem, & robur amississe, & modò penitus nihil perspicere. Idem tibi accidit mundane mundo dum obsequeris; & plane cæcutis, si in fortunia, quæ subire cogeris, mundum sc̄tando, non

non perspicis. Annon hæc animi imbecillitas, vi- Effect⁹ ca-
rium debilitatio, charitatis frigus, pieratis teor, priuitatis
bonorum operum cessatio, meritorum lassitudo, mundi.
sanctorum exercitorum interpositio, animi, men-
tisque illa cæcitas an non, inquam, captiuitatis
mundi effectus sunt?

Ieremias in Threnis suis hanc mudi cæcitatem
deplorabat, deq. Israelitis conquestus aiebat: Erra-
uerunt oxi in plateis. Quod Propheta in Iudæa,
deplorabat, hodie in vniuerso mundo videre est:
in ciuis enim plateis, & compitis errant peccatores,
& ad singulos passus cæspitant cæcorum instar, &
tandem in abyssum præcipites ruunt.

Iustorum semita, ait in Prouerbijſ Salomon, qua Prou. 4.
si lux splendens procedit, & crescit usque ad perfe-
ctam diem via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi cor-
ruant: diuersa accidentia hic representantur, quæ
in mundo sunt, & diversi fines vitæ iustorum, & im-
piorum. Illi oculis apertis incedunt, & numquam
à iustitiae aberrant tramite, & exercitio uirtutum;
hi verò errant, & in omnibus vijs vagantur; viq.
eorum obscurum est iter, semita tenebrosa, & aby-
sus lucem ignorans. Ad singulos passus cæspitant,
offendunt, & cadunt, & tamen ignorant ubi potis-
simum cadant, & labantur.

Heu quenam tenebrae, ecquæ cæcitas, non agno-
scere infortunium, occurrentia discrimina nō ad-
uertere, & in medijs malis talpa cæciorem esse? La-
tantur, inquit Sapiens, cùm malè fecerint, & exul-
tant in rebus pessimis. Vicinum morti ridere, in mi-
serijs plaudere, in tempestate securum esse, in ma-
lis voluptatem capere, & in medio conflixi non
metuere, sensus est expertem, marmoreum, qneum,
& verè, & planè cæcum esse.

Non dormiūt, inquit idem, nisi cùm malefecerint
come-

comedunt panem impietatis, & uinum iniquitatis bibunt. Hæc hominum cæcitas, hæc vita impiorū: numquam eos nox quietos inuenit, nisi de die aliquod maleficium admiserint, conuicia eorum, & epuke sanguinem spirant, homicidia, sacrilegia, non aliud comedunt panem, quam impietatis, & aliud non bibunt vinum, quam quod iniquitatis exsudauit torcular; denique malo gloriantur, peccatisque triumphant, quod stolidæ cœcitatis, & cæcæ stoliditatis argumentum.

Numquid enim deploranda quædam cæcitas, mundanos, Deum offendendo, mundoq. obsequendo, credere, sibi q. persuadere, beatos se fore, & rem suam in tuto collocare: & vana hæc persuasio, & fides malè fundata; omnium calamitatum illorū origo est, & ruinæ occasio; in cogitationibus enim fatui sunt, in iudicijs vani, in conceptibus temerarij, & artes, versutiæ, & cauilli in caput proprium redeunt. Mundus, namque illos decipit excæcando, & excæcat decipiendo.

Rom. I.

Euanuerunt, inquit Apostolus, in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens coreorum. Egregie mundanorum cœciatatem tangit; ubi enim semel cor illorum demeratum, & tenebris offuscatum est, omnes imaginationes illorum euanscant, & cogitationes umbrarum instat, & somniorum pertransseant, oportet: quæ medicamenta sibi saluti fore sperant mortem, & interitum causantur. Illorum artes, & technæ nonnisi molimina sunt ad eosdem destruendos, & perdendos: quod bonū ipsis uideatur, noxiū est, et periculōsum, quodq. uelut utile ambiūt, iādēm ipsis damnosum erit, et uenenum.

Annon insignis mundanorum cæcitas, dum per media illicita, et modos ueritos, et aliorum exitio sublimari uolunt, sibi ipsiexitio sint; honorēq. ambientes,

bientes, & alios honore exuere satagentes, ipsos primò in ordinem redigi, confusionem obtinere, alijsq; honorem, gloriam, & gaudium afferre. hinc alios dūm satagunt honore, & gradu deijcere, ipsi primò deturbantur loco, proximorumq; domos demoliti, & euertere dum contendunt, ipsorum ante alios evertuntur, & solo equantur. Cuius rei sexcenta nobis exempla proponuntur.

Filiij Iacob, ne Iosephum fratrem præ inuidia, & odio quo ipsum prolequebantur, adorarent, Ismae litis ipsum vendidere, hoc pacto ipsum perdere satagentes, & suam in tuto nequitiam collocare. At miseri nimium quantum decepti sunt, Deus enim Iosephi fortunam dirigens, & totius illi Ægypti gubernacula tradens, ab omnibus coli, & à fratribus singillatim adorari voluit. Quam illi parauerant, & struxerant ruinam, illius sublimationis, & gloriæ causa fuit, atque inde apparuit, hostes, & aduersarios nimis in passionibus excæcatos, & in cæcitate passionatos fuisse.

Eadem cæcitas, & fatuitas fuit Pharaonis, qui, Exod. 1. vt vitam conseruaret, & regnum, & Iudæos exterminet, edicto pœcepit, omnes Hebræorum masculos, mox, vt nasceretur, aquis mergi: at crudelis hæc, & tragica iniuria illius ruinæ, & exitij simul, & totius populi in mari rubro submersionis fuit occasio. Quod sibi mundanus progrediendi occasionem futurum sperat, per hoc lœpè retrogreditur: in conceptibus quippe cæcutit, sed in quo concidat, & pereat perspicacissime videt.

Non minus cæcus erat Aman, cùm regis intimus, & purpuratorum Persarum primus, miserum Mardochæum, simul, & populum vniuersum Iudæorum subuertere, & delere statuit. Hinc enim insignis in Amanū, delapsa est, infamia, & eximus, Mar.

Gen. 34.

Elt. 3.

190 DEMOCR. CHRIST. Cap. 14.

Mardochæo honos: superbus magno cum dedecore in crucem actus est, & humilis triumphans, & ouans omnium plausu exceptus. Quem superbus mundanus, & in nequitia sua excæcatus deiçere, & fortunæ pedibus subiçere cogitat, summo cum honore sublimatur, & ipse solus infamiam subit, & confusione repletur.

Psal. 9.

Egregie hoc expressit Psalmista, cum dixit: *In laqueo isto quem abscondierunt, tóprehensus est pes eorū.* Plerumque enim fieri videmus, ut qui cōprehendere, & impedire contendit, cōprehendatur, & in insidias incidat, ut plurimū insidiates, & cōceptus mundanorum in præiudicium, & damnū propriū cedunt. Cæcitas stolidas adinuentiones illos concipere cogit, & quod inde sequitur damnum, spe euersa, perpetuum ijs adfert pœnitentie.

Eccl. 27.

Qui in altum mitit lapidem, super capite eius cadet, ait Ecclesiasticus. Si forte sanguinem proximi effundēdo, & illius ruina proficere, & ditescere volueris, tuo id fiet damno, quicumque proximi dominum deiecit, rursus lapides projicit, sēpē in ianuam eius resiliunt, & ruinam propriæ dominus causatur.

Ibid.

Hanc ob causam Sapiens subnecit: *Et qui fecit eā fodit, incidet in eam, & qui statuit lapidem proximo suo, offendit in eo.* Qui proximo in via ponit lapidē, ut ad illū pedes offēdat, primus in illū impingit, & pedē lædit. Hoc iustū Dei iudicium, qui ita id fieri permittit, & finit eos, qui dominari, & præesse cū alterius detrimēto volat; decipi, & errare, & q̄ alij moliuntur malū i suā infamia, & præiudiciū cedere.

Dan. 14.

Babylonij Satrapæ, & proceres putabant se, Danielē subuerso, Darij regis amicos, & familiates fore; hinc ita rem apud regem gessere, ut in lacū leonum ipse coniectus fuerit. Sed aliæ rerū vices fuisse, & lögē secus præter spē illorum accidit: Deus enim

enim seruum suum è laniena, & lacu eripuit; sed huius moliminis auctores à belluis deuorati sunt. Hæc scilicet iusta merces, & infelix cæcorum mun-
danorum finis;

Hinc non immeritò Isaías exclamat, & ego cū Isa. 41.¹
illo: *Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum.*
Miselli cosmophili, qui obturata aurem habetis,
comminationes coelestes, diuinorum iudiciorum
fulmina, & tumultus, & fragores rerum mundana-
rum, & horrendos clamores eorū, qui, vt vos viu-
tis, olim viuētes, hodie apud inferos damnati sunt,
vt, & vos faciendo, & quod vos facitis, audite, cæci
dementari, qui quæ in mūdo sunt pericula, quæ hoc
in mari procellæ, uitæ item huius labores, iniquo-
rum inquietudinem, sæculi tyrannidem, & mun-
dum sectantium captiuitatem non uidetis, sustol-
lite iam oculos, recludite palpebras, lumina peni-
tus ad contemplandum singula aperite.

Est, & alia in mundo cæcitas, quæq; pluribus
perniciem adferat, & interitū. Scilicet mundanos
cogitare, esse se de hac uita securos; & nihil omni-
no curantes, deq; nullo sollicitos, in uoluptratis, ac
deliciarum lectulo suauiter, utramq; in aurem ster-
tere: qui dum oceani huius procellosi malaciae, &
inconstanti, & uario uento fidūt, qui fortunæ cym-
bam cōducit, unico momēto aquilonē mutatæ, à
tempestate abducuntur; dumq; se breui ad portum
peruētuos, in terra optata sperat, insurgēs despera-
tionis pcella ad pñudissimas uoragini ipsos abri-
pit. Sacra scriptura plura huius tēi exēpla suggerit.

Danitæ facile urbem Lais expugnarūt, quod ci-
ues, qui custodire seipso debebāt, mœnia, ac uallū
deserent securi, ac quiescentes. Nimia securitas,
ut plurimum animæ pestis, & exitium est, & sepē
hostes, caro, inquam, mundus, & diabolus, munda-

nos expilauit, & præclarissimum animæ elenodium illis diripiunt, q̄ securi nimium sint, custodiā non agant, nec sibi satis prospiciant.

Gen. 7.

Ita viuebant, ac decepti fuere homines tempore Noe, libertatem, & nequitiam sectantes, quos in Euangelio Redemptor ait, comedisse, bibisse, & connubia inijisse, delicijs indulsisse, deque futuro nihil sollicitos a diluvio derepenē, & incertos, & nihil minus cogitantes oppressos fuisse. Ita mundani cum nihil minus opinantur, & non nisi de tempore per delicias consumendo cogitant, tum à diluvio calamitatum inuoluuntur, & sub malotum vndis emerguntur.

Luc. 19.

Christus Dominus Hierosolymitanis hocce malum videns impendere, ciuitatem conspicatus eminus, & instantia mala prænoscens, in lacrymas effusus, ait: *Quia si cognouissis et tu, et quidem in hac die, quæ ad pacem ibi, & delicias, & quæ secura uiuis, nec sollicita, si nosses, quæ tibi impendent mala, quæque muros tuos superstet clades, & ruina, adeò ut ne lapis super lapidem in illis mäsurus sit: longè, credo, aliter rebus tuis prospiceres.* Idem tibi insinuo, mundane, sed lacrymans, & suspirans, & moneo, quod si pericula mundi, quæq; tibi proximè instant, & quidem hac ipsa die, qua delicijs uacas, lasciuis, & securus uiuis, prospicere, melius haud dubiè uitam institueres, mores in sanctius mutares, neue adeò cæcutires.

2. Reg. 19.

Sed quid? Homines stupidi sunt, iudicio carent, sine prudentia viuunt, interque maxima pericula, & discrimina nihil penitus metuunt. Elias Prophetæ sine pœna, & sollicitudine sub umbra Iuniperi dormiebat, tametsi Achab, Iezabel, & omne regnum aduersarium illi instaret, & premeret. Hæc mundi cæcitas, & stupor, tametsi habeant Deum aduersarium,

rium, creaturas omnes inimicas, cœlum, terraque
comminentur, tametsi omnia noctu, diuque rui-
nam illi machinentur, non ideo in lectulo desinunt
quiescere, dies suos hilariter, iucundèque transige-
re, securè procul ab omni molestia, ær umna, dolo-
re, metu, periculoque viuere.

Ita scilicet viuebat Ionas Propheta, & etiam Ion. 1.
num hodie fronte cæcitatis huius mundanæ signa,
& characteres præfert. Ait enim scriptura illum-
naue consensa, & tempestate sœuiente nautis præ
metu exalbescientibus, & trepidantibus, securum
in nauis carina, vitramque in aurem solum dormi-
uisse. Ita scilicet viuunt cæci mundani, nani gantes
in procelloso sæculi huius oceano, & noctu, diuq;
sœuissimis tempestatibus agitati, iustis omnibus
metu pallentibus, & naufragium metuentibus, ipsi
soli non metuunt, sœcuri viuunt, inque vitiorum
suum carina sine formidine stertunt.

Millies ipse mecum demiratus sum, & obstu- Act. 12.
pui, dum Principem Apostolorum in carcere He-
rodis morti adiudicatum, & catenis vincutum in-
ter cohortes, & duos quaterniones militum dor-
mitasse lego. Vita peccatoris magis nos cogat ob-
stupescere, maioremq; stuporis occasionem conti-
net, quod cum sit captiuus Saranæ, ut reuera est, &
illius carceribus, vinculis, & compedibus constri-
ctus, ad hæc morti, & damnationi adiudicatus, no
ideò grauius affligatur, æquè iucundè viuat, &
dormire, ludere, lasciuire, delicijs indulgere, & ri-
dere non desinat.

Miphibosei de domo Saul, & Holofernes præ- 2. Reg. 4.
fectus castrorum Assyriorum, dormiebant nihil
solliciti, cum vita exuebantur. Quot fuere, quotq;
sunt hodie mundani, qui hoc modo abrepti, a-
blati, & vita priuatisunt? Mors in somno, & le-

stolis deliciarum eos opprēssit, et à strato voluptatum ad alterius mundi tormenta eos abstulit.

Iud. 16.

Prodigium virorum Sampson in Dalilę dormiebat sinu, cum à Philistheis comprehensus, ligatus, & vincitus fuit, hæcque negligentia illi ruinæ fuit occasio. Ita plerique magnatum, uirtutum operib. admirabiles, quod nimium negligentes seipsoſ nō custodiant, & interdum in uoluptatum carnis, que Philisthæa, & proditoria Dalila est, ſinu dormiant, ſæpè ab inimicis opprimuntur, in extremam captiuitatem decidunt, quæ tandem exitij, interitus, & ruinæ illorum occasio eſt. Hę ſunt cæcitates nimiū deplorabiles.

Isa. 1.

Est & aliud cæcitat̄is genus in mundo: ſcilicet mundanos ingratos eſſe, nec bona a Deo collata agnoscere, beneficiorum obliuisci, nullasque ei gratias agere. Et ſane insignis cæcitas eſt, quam & Deus ipſe demiratur, et apud Prophetam exagitā dicentem; *filios enutriui, ipſi uero ſpreuerunt me.* tantum abeſt, ut me colerent, et obſequerentur.

Luc. 17.

Dei filius mundi assertor, nullum peccantium genus adeò horret, ac detestatur, atque ingratos, et cœcos. Hinc in Euangelio Lucæ cùm decem leptos mundaffer, et unus dumtaxat inter illos gratias aucturus uenisset, magno stupore ingratitudinē ſugillans petiit: *Nonne decem mundati ſunt, & alii nouem ubi ſunt?* Hem quanta cæcitas, non agnosce re benefactorē, nec recordare beneficiorū acceptiorum, neu linguaſ ad gratias illi perſoluendas hēre?

Gen. 19.

Inſigniter Deus in ſtupidam hanc ingratitudinem animaduertere ſolet, et ingratam hanc cæcitatē dignis ſupplicijs corripere; in cuius rei ſignum vxor Loti, quæ a Deo gratia Sodoma egrediendi, & feigneſuſ ſulphureo ſubducendę accepta, quod oculos corporis, et animę affectus ad maleſtam.

dictam hanc urbem conuertisset, mox à Deo ipso
in loco pœnas luit, & in statuam conuersa est,
adeo, ut quæ ante honorabilis erat matrona, per
ingratitudinem facta sit statua. Et sane ingratitu-
dō maximopere displicet Deo, et plurimi, quos
Ipse mundi Sodoma eduxit, corde, et affectu eo-
dem respiciendo, et ipsū adhuc cognoscere cu-
piendo, grauiter à Deo puniti sunt, et ex hominib.
bestiæ, rationabilibus statuæ sensus, et rationis
exp̄teres redduntur.

Hem quanta hominum ingratitudo est quām Exod. 32.
deploranda mundi cæcitas? In Exodo scriptum,
interim dum Deus in monte legem ferens cum
Mose loquerebatur populum infernè idolis immo-
lasse, et maiestatem diuinam prophanis hisce sa-
cerificijs ostendisse. Hæc scilicet ingratitudo, et
cæcitas mundanorum: eodem enim tempore, quo
sanctam legem Deus ijs præscribit, diuinaque præ
cepta præponit, ipsum offendunt, idolis obsequun-
tūr, et creaturas adorant.

In Ioanne scriptum est, nocte illa, qua filius Dei
Christus cœnam instituebat, et sacrosanctum cor-
pus suum inter Apostolos diuidebat, in se mپiter-
nūm mortales omnes singulati hoc beneficio de-
uinciens, Iudam illi præditionem molitum, &
Iudæos aduersus eum conspirasse, et necem illi
machinatos; quam malitiam exaggerans Apo- 1. Cor. 13.
stolus; In qua nocte tradebatur, accpit Iesus pa-
ñem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipi-
te, & comedite, hoc est corpus meum, quod pro uo-
bis tradetur. Quæ nequitia, quæ cæcitas, ecquæ
ingratitudo? tūm aduersus Deum conspirare, cū
apertis, exertsique manibus beneficia in nos pro-
fundit? tunc mortem benefactori machinari,
cum vitam dare, et afferre vult. Ita scilicet in

mundo vivitur.

Genes. 41. In Genesi singulariter sibi deuinxit Ioseph vniuersam Aegyptum, quod à fame ipsam liberasset, quod magna in ipsam beneficia contulisset, & fidelia illius Regibus obsequia præstisset, ipsis terras omnes vestigales, ac tributarias reddendo: non obstantibus tamen obsequijs hisce, et beneficijs, ait Scriptura: *Surrexit interim Rex nouus super Aegyptum, qui ignorabat Ioseph.* Quanta sunt beneficia, quibus vniuersum mundum sibi deuinxit Deus? quantum gratiarum eius numerus? quam infiniti, et singulares illius fauores? tamen tanta huius est ingratitudo, et cæcitas, ut s̄epe Deum non agnoscat, & sua ilii deneget obsequia.

Esther. 9. Non ita potens, ac prudens faciebat Asuerus Rex, at in annales, et chronicas descriptiones obsequia clientum referri, eaque relegi iubebat, quo dignam illis, gratificando, mercedem referret: exemplo sit Mardochæus Iudæus. Illi porrò sapientes, et cordati sunt, qui perpetuam beneficiorum cœlestium memoriam conferuant, et in æternum gratiarum cœlitus acceptarum recordantur: illi vero contra stolidi, ingrati, et cæci, qui easdem obliti, beneficiorum diuinorum memoriam seponunt, nec maiore erga eadem sensu, quam si bestiæ, & bruta forent, feruntur.

Prover. 4. *ge: Oculi tui recta videant, & palpebra tuae præcedant gressus tuos.* Verum rectumque hoc consilium, neue ipsum negligendum: oculos quippe apertos habeas oportet, vt quæ recta sunt videoas, et semper itinera, et passus tuos præcedant. Pedibus tuis iter tuum adapta, et dispice vbinam incedas: itaq; omnes semitæ beatæ erunt, et viæ securæ.

Abijcia.

DE MUNDI ADVLATIONE. 197

Abijciamus, ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis, inquit Apostolus. Porro tenebrarum opera peccata sunt, obstinatio, et cecitas mundi; arma vero lucis virtutes, et bona opera; illa abijcenda, haec vero induenda. Hoc agite mundani, to nebris egredimini, obscuritatem relinquite, nocte hanc deserite, soli oculos aperite, diem, et claritatem admittite, nolite ut abortiuui peccati, sed ut veri, genuinique filij lucis ambulare.

Rom. 13,

cap. I

C A P V T X V.

Exploditur Mundi adulatio.

Quis non rideat improbos fauores,

Laudes, blandiciasque, gloriasque,

Quis suos trahit in profunda?

Qui tantum studet esse graciosus,

Vt de te queat esse gloriosus,

Quis non rideat improbos fauores?

Lib. 3.

Quintus Curtius Romanus scriptor scripsit pro prodidit, perpetuum regum malum et flagellum assiduum adulacionem esse. Illius consilio accedens, et eandem opinionem sequens, liberè idem vitium sugillans dico, adulacionem inter cetera, quæ hominem optimunt mala, primarium, et præcipuum obtinere locum, et assiduam animarum pestem esse.

Cornelius Tacitus non minoris nominis historicus, in annalibus suis resert, adulaciones uetus in republica contagium, et malum esse. Nec immensam reuera ueterissimum mundi contagium, ac

Lib. 20.

viuis adulatio est; & assentatio, quæ semper ipsum
secutæ sunt, rexerunt, & etiam nūn hodie possidēt.
Ammanus Marcellinus magni ingenij, & famæ
aīt, adulatio nem omnium vitiorum altricem esse.
Evidēt vīto assentior, & vīcē confiteor, nihil es-
se, quod magis peccata foueat, vītia lālat, & vītes
subministret, quām suave adulatio nūm, quæ in mū-
do sunt, lac. Mundus non nisi adulator est, nobisq;
adulando ruinam, & exitium molitur.

Sicut finis oratoris, inquit Chrysost. est, dictione
persuasissimæ, & medici medicina curasse, sic adulatoris
finis est, nauiloquio decepisse. Et sancti huius Patris
opinione, cum mundus insignis adulator sit, quis
non sibi persuadeat, omnem illius scopum, finem,
& intentionem esse, nos ridendo in fraudem per-
trahere, laudando infamiam, adulando perniciem
adferre, eiusque blanditias suspectas esse?

In quad.
pist.

Cassiodorus vir, & auctoritate, & scientia ma-
gnus, hanc nobis pestem describens hoc modo lo-
quitur: Adulatio blanda omnibus applaudit, omnib.
salutē dicit, prodigos uocat liberales, auaros, parcos, et
sapientes, lasciuos curiales, garrulos eloquentes, perui-
cates, iconfates, pigros, graues, & maturos. Sagitta
hęc celerrimè fertur, & quam primum ferit. Illa-
scilicet mundi est vita, illi eius humores, & mores.
Ita scilicet ridet, applaudit, laudat, salutat, ample-
ctitur omne hominū genus, omnia mutat, & trans-
format, vītia virtutum, & virtutes vitiorum appelle-
lat nomine. Stolidos putat sapientes, impudentes
magnanimos, improbos iustos, asinos prudentissi-
mos, ac terum peritos, fures vafros, & gnaus, for-
didos, & scelestos honestos, & magnificos.

Polypus genus piscis est, qui omnium reiū, qui-
bus adhærescit colores assumit, à viridi viridis ap-
parebit, nigra nigricantē facient, rubea rubricatē.

Eius.

Eiusdem omnino genij mundus est, uarius inquam polypus, ab omnibus hominibus, quibus accedit colorem mutuatur, cum ridentibus ridet, cum lacrymantibus lacrymatur, in aduersitatibus contristatur, in prosperis ridet, magnatibus applaudit, artificibus assentatur, omnem amplexitur fortunam, tempore se, omniumque hominum moribus, attemperat.

Quemadmodum, inquit Plutarchus, iuxta mathematicos, superficies, & lineæ, nec inflectuntur, nec producuntur, neq. mouentur per se, cū res sint intelligibiles; sed inflectuntur, producuntur, & migrant pariter cū ipsis corporibus; ita adulator per proprios non mouetur affectus, sed alienos; cū gaudentibus ridet, cū iratis successent. An non ita in mundo uiuitur? Nunquam is secundum affectus suos, & passiones mouetur, sed alienas sequitur uoluntates. Cū flentibus flebit, cū ridentibus iocabitur, cū simulantibus finget, cū iratis stomachabitur, & omnigenas mutuatur formas.

Qui belluam, inquit Plutarchus, alunt, primum accommodant se illius ingenio, & animaduertunt, quibus illa rebus offendatur, aut placetur, donec assefacta fiat tractabilis. Mundus, ut adulator idem omnino agit circa peccatores; alturus enim feras illas indomitas, & ingentes, ante omnia dat operam, illarum se, ut moribus, ingenio, nature, passibus, & affectibus, attemperet; in afflictionibus si quidem eos solatur, in ambitione, & honoribus congratulatur, dat animum in conceptibus, in nequitia dilaudat, ob iniustitiam blanditur, & omnibus in rebus applaudit. Ecōtra uero quidquid illas irritare, & offendere scit, cautè subtrahit, & suggerit quidquid gratum esse, & placere nouit, affectuum illarum uentulum captans, donec assit fa-

Plutarch.

Plut. in o. puscui.

Etæ tractabiles fiant, & mansuetæ.

Vt aqua præterfluens nullo certo colore, & sapore est, sed semper subiecti soli colorem refert, & saporem; ita mundus, qui assiduò transit, & præterfluit, in quantum adulator, semper sibi ipsi dissimilis, mores nullos, aut complexiones habet sibi naturales, aut proprias, sed assentatione omnium humoribus se adaptat.

Idem.

Speculum politum, & limpidum, quidquid obijicitur imitatur: idem assentator ille mundus imitatur; nam speculi in stat, omnigenas capiens formas, & plurimorum naturas imitans, in se easdem exprimit, illorum passiones, quam proxime emulatur, actiones representat, & reliquæ illorum uitæ se adaptat, ridet ubi ridendum, & lacrymæ cum effundendæ, suas ipse effundit. Sed hec adulacionum species, & meræ hypocriteos argumenta.

lib. 8. c. 33.

De mirabili Chamæleontis natura agens Plinius, ait: Chamæleon omnem imitatur colorem præter album, sic adulator mundus in turpibus nihil non imitatur, solum, quod honestū est imitari non potest: uitia naturaliter, & ad uitium exprimit, affectus uarios aliorū ad unguē imitatur, affectus arte mirabili effingit, at honestum, uitutemq. nullo potest artificio fingendo assequi. Ars illius est adulati, & adulando uitæ nostræ insidiari.

Adulator, ait Hugo de S. Victore, amicus in obsequio, hostis in animo, compritus in uerbo, turpis in facto, letus ad prospera, fragilis ad aduersa, turgidus ad humilia, ad infamiam dubius, insolens in lati, facilis ad humanitatem, ad honestatem difficultis, ac morosus, Verba hæc mundo, quam maximè quadrant; cum n. reuera perfectus sit adulator, amicus est lingua, corde, & animo inimicus, in uerbis compritus, in opere turpis, in rebus lati, ac no-

uis

DE MUNDI ADVLATIONE. 201

tis alacer, in tristibus tristis, in obsequio superibus, in humanitate effusus, in afflictione varius, in consolationibus immoderatus, & effusus, in rebus honestis intractabilis. Haec proprietates, complexio, mores, & essentia mundi, omnis illius actio non nisi dissimulatio, & adulatio.

Philistaei iurati Samsonis hostes, cum vi ipsam debellare, & euertere non possent, adulatione, & blanditijs Dalilę impudicæ subuertunt; hanc n. instigarunt, viro, ut domi blandiretur, quo bianditijs virtus generositatem, & vires illi detegeret. Hinc factum, ut qui nulla hostium arma, potentiamq; metueret, illorum adulatione, arteq; assentandi perierit. Demones hostes nobis sunt mortales, & implacabiles, qui cum vi, & manu armata, aduersitate, tentatione nos subuertere nequeunt, adulando insidias tendunt, & ad nostri ruinam, & exitum, magnam illam pellicem, tundum inquā, adhibentes, consultunt, nobis, ut blandiatur, & arte, versutia, dolcq; vires, virtutem, & animū nostrū exploreat, atq; ita, qui in persecutionib. insuperabiles esse solebamus, blāditijs cedimus, & frāgimur.

In Proverbijs inter tereras meretricis, & adulteræ impudicitias, & lascivias dicitur: Apprehensuq; deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur. Nō aliter veteranus ille adulteri misericordia cū cliētibus, & asseclis agit, quippe impudicus ille, & lascivus iuuenes stolidos amplexatus, eosde blāditijs deosculatur, & procaci, lasciuoq. vultu assētatur, & decipit.

Princeps Sichimorom postquam Dinam duodecim Patriarcharum sororem nequiter constituit, prasset, cum illam subtristi videret vultu, blāditijs illam deliniuit, ut scilicet delinita, & pacata approbatet, nec rejiceret, quod ante velut abominabile reiecerat. Mundus, & diabolus

Iud. 14.

Mūdus a-
dulando
nos euer-
tit.

Prou. 17.

Gen. 43.

prin.

Mūdus, & principes tenebrarum libidinis, & lasciviæ incen-
tiabolus tores sunt, qui assiduo insignium honorem anima-
lā diendo rum surcipiunt, & in peccatum pertrahunt; quas
nos deci- vbi dolor, & pœnitētia, ut semper in luctu, & tristi-
piunt. tia versentur, subierit, tum blanditijs, & adulatio-
ne deliniunt, ac demulcent; vt sāpē, quod antē ex
animō detestabantur, ac fugiebant, blāda illorum
arte, insidijsque victæ laudent, & approbent, itaq;
iplatum interitus sint occasio.

Iudit. 5.

Iahel uxor Haber Cinæi, virago generosissima, & veteribus illis Amazonibus comparada, lac de-
dit Sisara duci Chanaan aquam peteti, & in phia-
la Principum obtulit butyrum. Hac techna iuuan-
te, interim dum dulce lac hauriret, mortem illi cu-
dit, & ingentem per tempora clavum adigens dor-
mientis, vita illum priuauit. His quotidie arribus
mundus vitetur, suosq; clientes regificè, & lautè tra-
ctans, omniq; voluptatum genere demulcens, si-
mul suave deliciarum lac gustant, & voluptates,
gaudiaq; imbibunt, proditor cerebrum perfrin-
gens, & terebrans, judicium turbat, rationem offu-
scat, sensus affligit, & cruciat, mortis ictum influi-
git, vitamque simul, & animam aufert.

Gen. 39.

Filiæ Loth, Sodomorum propago, patrem ince-
stuoso concubitu polluturæ, vinum illi propina-
runt, inebriaturumq; vsu rationis, & agnitione dili-
cti priuatuni, & ad infamem incestum pellevere.
Mundus Sodomita est, & hasce puellas imitatur,
vt enim animabus potiatur, & peccato obnoxias
reddat, voluptatibus inebriat, adulatur, blanditur,
cumq; semel ed ipas perduxit, vt omnem metu-
amittant, & iniquitatem agnoscere ne queat, & in-
sensibiles reddiderit; mox in libidinem, adulteria,
incestus, & alia horréda peccata præcipitare cogit.

Vagæ libidinum Holofernis patarius, castita-
tem,

tem Iudith expagnare, honorem eius prodigere, & **Iudit. 18.**
 ad concubitum Holofernis pellicere satagens, bla-
 diendo, honores, voluptates, gaudia iocos, & omni-
 genas delicias illi promitterebat. Mundus porro ve-
 rius Vagao est. & pellicijs, illicijsque æquè infamis:
 illi quippe assiduum animas ad scelus pellicere, &
 ad libidinem pertrahere; quod, ut cōmūde faciat,
 semper illis voluptates carnales hominum polici-
 tationes, vitę huius delicias, diuitias terrae, & quid
 quid hic magnum, & amplum desiderari potest
 proponit. Verum si sapias, illius temptationibus resi-
 ste, Holoferni huic, id est, diabolo, cuius proxeneta
 mundus est, certices præscinde.

Iudas. Etiangēlīsta testante, bipedum scelestissi-
 mus Dominum suum exosculans, & dulcibus ver-
 bis blandiens, & demulcens, ne quiter illum prodi-
 dit, in hostium manus tradidit, in cricem compu-
 pulit, illiusq; mortis, & amarissimae passionis fuit
 occasio. Scias porro mundum alterum, Iudam esse,
 at milles magis persidum, & infidum, qui volunta-
 tum osculis, & verborum lenocinijs sceleratè, ac
 nequiter nos decipit, hostibus nostris, dæmonibus,
 inquam, tradit, & ad supplicia, mortem, & semi-
 ternam damnationem pertrahit.

Simulator ore, inquit Parcimastes, *decipit ami-
 cum suum, blandiendoq; in insidias pertrahit.* Cre-
 das velim de mundo hoc dici, est quippe impostor,
 & sceleratus, proditor, & perfidus, qui verborum
 lenocinijs, & adulatoria lingua decipit, & in casles
 amicos, & quotquot illi fidum obsequium praæ-
 stant, pertrahit.

Samson amori indulturus incidit in via in leo. **Iudit. 14.**
 nem, qui fauibus mel continebat, interiora verò
 eus crudelitatem spirabant; internè leonem, & fo-
 ris apem referebat. Fera illa symbolum, & verū hic
 togly-

roglyphicū erat mūdi, qui leoni Samsonio persimilius: os habet melle plenum, cor verò feritāē spirat: verba illius placidissima sunt, lingua mellitissima, at pectus, & intestina proditione, ne quia, feritāē plenissimum.

Eccl. 19.

Huc respiciens Sapiens, ait: *Est, qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. De nullo hoc melius, quā de mundo intelligi potest: is quippe canem dormitantem simulat, perfidē se humiliat, nequiter adulatur, nihilominus cor eius proditionem, perfidiam, & fraudem spirat.*

Prou. 29.

Homo, qui blandis, fictisq; sermonib. loquitur amico suo, rete expādit gressib. suis, scriptū in Prou. Soles mūdus hoc nobiscum agere modo, nos, vi amicos suos habet, dulcibus, lenibusq; verbis affatur, adulatio[n]e nutrit; ideo credēdū[us] est, & credēdo metuēdū ne hoc faciēdo decipiāt, pedibus nostris pedicas ponat, illiusq; blanditiae tot casse sint, & retia;

Ierem. 9.

Propheta Ieremias hoc nos commonet, nobisq; ut caueamus suggestit, dicens: *In ore suo pacē cū amico suo loquitur, et occulte ponit ei insidias. quasi digeret: Cauete yobis à proditione mūdi; illius nequitiā reformidate, est, n. adulator, & subdolus, qui nō nisi de pace cum amicis loquitur, & clanculo eis insidiatur. Verba illius, & sermones aurei sunt horribus, amicitiam turgidē spondent, humanitatē crepant, cū tamen opera longē aliud ostendant, & nonnisi bellum spirent, & prælia.*

Psal. 13.

David Rex magnus, & Propheta magnus hoc agnoscet, cū diceret: *Venenum aspidum sub labijs eorum. Et sanè verba simulata, sermones ficti, lingua recta, & reliquæ blanditiæ venena sunt, & toxica aspidum; & quotquot illum sequuntur, & huiusmodi linguam habent, os aperiunt veneno refertum, credendumque illos adulando venenum aspi-*

aspidum, & sub lingua Crocodilos gestare.

Inter Salomonis Proverbia est quoddam recta Prou. 23:
huc respiciens: *In greditur blandè, sed in nouissimo
mordebit, ut coluber; & sicut regulus venena diffun-
det.* Verum, ut dicam, ad mundum hoc referri de-
bet. Est. n. hypocrita, & dissimulator, qui semper
blandè, placideque ingreditur, at iHuis epologi, &
vale, ut plurimum venenum continent. Impostor
ille suauibus, mellitisq; nos verbis aggreditur, se a-
amicum nostrum simulat, sancta fidelitatis, & obse-
quiij iuramenta spondet; at in fine nos decipit, &
instar aspidis virus euomentis venenat, & perdit.

*Popule meus, ait per Isaiam Deus, qui te beatum Ela. 5:
dicunt, ipsi te d. cipiunt, & viam gressuum tuorum dis-
sipant.* Huic consilio ausculta Christiane, & credas
velim, mūdum, qui beatum te existimat, cùm ope-
bus abundas, & omnia ad votum affluunt, tibi im-
ponere, & in vanitatibus adulādo, viam gressuum
tuorum dissipare, & exitium sortem deprædican-
do, & beatitudinem celebrando tibi moliri.

Fraudem hanc reuelans Psalmographus exclam-
mat, clamādoq; omnibus in genete hominibus ve-
lū salutare monitum suggerit: *Ecce loquentur in o-
res suo, & gladius in labijs eorum.* Cosmophilos hic
sugillat, aitq; illorum sermones, dum assentantur,
& adulantur, insignia, & arma ferre mortis, illorū
verba nonnisi proditionem esse, lenocinia fictio-
nes, orationem mendacia, os illorum locum insi-
dijarum, linguam esse gladium, & labia nonnisi
fraudes, & dolos. Mundus nos alloquens, iugulat,
illius blanditiæ armæ sunt, & enses.

Sapiens hoc in Proverbijs consilium suggerit Prou. 5:
demetrice loquens: *Ne intenderis fallacie mulie-
ris: fauus .n. distillat labia meritricis, & nitidus o-
leo guttur eius, nouissima aut illius amara quasi absin-
thium,*

thium, & lingua eius aucta quasi gladius biceps. Quod Salomon de meretrice, equidem tibi de magno illo pellice mundo libentius dixerim. Ne credideris, attenderisque fallaciae, blanditijsque eius; eius enim os, & labia non nisi saccarum, & verba mellitaria non iranitidum est oleum, ut verba, quae ab officina eius prodeunt. At finis eius, & nouissima noxia, exitus admodum amarus: verba polita sunt, & lingua adeo acuta, nullus ut sit gladius, acutus acutior. Mendus s. homicida est, qui e lingua gladium, & sicam cudit, & loquendo nos iugulat.

In Ps. 50. Hinc præclarè Augustinus: *Duo sunt genera persecutorum s. v. superantium, & adulantium, sed plus persequitur lingua adulatoris, quam manus persequentis.* Equidem illi assentior, & verè dixerim, mundum plus nos adulando, quam persequendo, affligendoq. exagitare. Illius enim lingua flagellum est iustorium, sermones bonorum crux, & blanditiæ maxime persecutio[n]es, quas hac in vita sustinere, & habere solemus.

Super Ps. Eisdem opinionis est magnus Ecclesiæ Doctor Hieronymus, & liberè scribit, nihil esse, quod facilius hominum mentes, & animos corrumperat, quam adulationem: eo q. lingua adulatoris damnosior, quam gladius persequentis. Quam benè, verèque loquitur, & sanè re ipsa, & experientia id manifestum est. Scelestus n. ille nihil habet ad animas perdendas, & destruendas aptitis, et accommodatis, quam delinimenta, et blanditijs. Lingua illius adulatoria, et sermones ficti amplius nocent homini, quam persecutio[n]es, afflictio[n]es, enses, & arma.

Pro. 27. Magnus ille vir insignem hanc gnomen ex Aphorismis Iudaorum sapientissimi eduxit, qui in Proverbijs suis Meliora esse ait vulnera diligētis, quam fraudulenta oscula blandiētis, & hypocritæ.

DE MUNDI ADVLATIONE. 207

Proculdubio credendum est, plagas afflictionum, quæ à Deo, qui amicus integerimus est, nobis infliguntur, dulciores esse, et meliores, quam perfida oscula, & fictas blanditias mundi, dum nobis blanditur, et demulceret: flagella celi meliora, et magis salutaria, quam pellaces, et illices amplexus mundi.

Idem est consilium Ecclesiastici dicentis, & consilientis: *Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulacionibus decipi.* Nulla est de hoc ratione dubitandum, at persuadendum, uelut uerum, & sanum, satius esse a Deo corripi, qui auctor sapientiae, et tribulationum uirgas, et flagella sustinere, quam peccantium, et mundanorum, qui stolidi sunt quam maximè, et numero plurimi, adulacionibus decipi.

Pythagoras Philosophus hinc dicere solebat, referente Stobeo: *Potius gaudendum redarguentibus, quam assentantibus: quos etiam hostibus deteriores aiebat.* Sanè melius est iucundari, et gaudere in afflictionibus, quam in blanditijs mundi: nam tribulationes, et aduersa mentem acuunt, notitiam donant, et nos quodammodo sublimant, at blanditiæ, et lenimenta iudicium turbant, rationem dissipant, puluerem oculis effundunt, et animas in abyssos præcipites dant.

Diogenes Cynicus hinc dixit olim præstare ad coruos redigi, quam adulatoribus exponi, quod illi nonnisi in mortuos saeuiant, hi uiuos deuorcunt, et in hosce tabiem, et feritatem exerceant. Insignis sanè ab ethnico profecta sententia, qua sanè ad mundi crudelitatem referri queat: nam millies est satius à cornuis, et alijs auibus carnivoris pungi, quam a mundo deliniti; uolatilia nonnisi cadauerant, et adulatores etiam in uiuos saeuiant, et iustos magna crudelitate, et tyrannide exagitant.

Eccl. 7.

Cre-

Crediderim Plutarchum, & Ciceronem, illum historicum, & hunc Oratorem, idem omnino dicere voluisse, dum dixeré, ut corui inuolantes cadae rum oculos effodiunt, sic adulatores laudationibus rationem, & mentem humanam corruptunt. Ita pculdubio mūdus agit; est. n. maledictus, & sceletus adulator, qui laude sua, & delinimētis intellectū obscurat, rationis oculos eruit, animā penitus in tenebris relinquit, q̄ igitur illius blanditię noxię

Plin. lib. I.
cap. 6.

Bion Philosophus interrogatus, ecquod animal periculosisimum, & maxime noxiū foret: si de fēris, inquit, interrogas, tyranus; si de mitib⁹ adulatore. Et sancē nullum animal deterius adulatore, q̄ adulatioñē dū mūdus assumit, nobis damnosior, & truculētior, q̄ leones; tygres, aliaq; in Erimatho luco ferē genitę; eius laudes persecutions sūt, blanditiae vulnera, & planus meta, impostura, & fraus.

Psal. 119.

Hanc ob causam Dominum Psalmes rogat: Libera Domine animam meam a labi⁹ iniquis, & à lingua dolosa. Mūdus porro linguam habet dolosam. Quapropter, nūm est quotidie easdem Deo preces offerre, eumq; orare, à mundi imposturis, vt te ruela tur: nam quidquid agit mūdus non nisi iniustitia est, & quidquid loquitur, non nisi fraus, & impostura. Os quippe eius plenum iniquitate, & lingua dolo, adulando nos deglubit, laudando denigrat; verbis eius noli fidere; si decipi nolis, illius sermonibus noli credere, blanditias eius declina, animae salutem si operari velis.

Enst. ad
Dem. rr.

Quād beata mens, inquit Hieronymus, que nec adulatur aliquando, nec adulanti credit, que nec decepit alterum, nec ipsa decipitur, denique, quæ nec malū cuiquam irrogat, & fieri sibi non patitur. Et sancē is beatus habendus, seque ita existimet, qui nemini adulatur, magnatibus non assentitur, mundique blan-

DE MUNDI ADULATIONE. 209

Blanditijs nō auscultat, qui nemini imponit, & cui
nemo imponit; deniq; malum nulli interrogat, & nul-
lum patitur. Hoc modo, qui viuit, ad veram beati-
tudinē peruenit, verè beatus est. Tu porro Deum,
hoc modo, ut viuere possis, roga.

Fili mi, ait Sapiens, si te laetauerint peccatores, ne Prou. 1.
acquiescas eis. Mundus peccatorū pater, & dux est,
quiq; quotidie nos ad se pellicere conatur, & ver-
borū lenocinij, & sermonū pellico in malum sen-
sim inducere cogitat; at si sapimus numquam ei aſ
ſentiamur, eiusque blanditijs repudiabimus.

Hanc resolutionem concipiens David rex corā Psal. 14.

Deo protestatur, & orat: Oleū autē peccatoris nō im-
pinguet caput mēum. Oleū porro liquor lenis, & pla-
cidus, symbolum est adulatioñis; mundus autē pec-
cator ille est p antonomasiā: dicere ergo: Oleū pec-
catoris ne impinguet caput mītu, est blāditię mūdi
huiº oleo leniores ne feriat vīnqā animā meā. Bea-
tus aut ille, qui hoc animo corā Deo ipsū pfitetur,
inq. eiusdē protestatione perseverat. Eò, namq; bea-
titudo maior, quō periculū apertius, & euidētius.

Ait Plinius: Vt nihil insidiosius melle venenato, lib. 21. cap.
ita nihil cauendum magis quam blandus hostis. Insi-
gnis ethnici, Deumq; ignoratis lenitētia, quæq; nos
docet, cū mundus dulcis hostis sit, qui nobis adu-
latur, & sermonibus suis demulcer, nostrum esse,
ab illo cauere, & nihil adeò inimicum nobis esse,
quam ipsum, cogitare: nam sub mellitis verbis ve-
nenum nobis offert, & verborum eius dulcedo,
mortem sensim, & clanculō auribus intillat.

Ionathas filius regis Israel, & regni hæres, cùm
se melle è virgæ extrema patris iniussu gustato ad
necē cōdemnatū cerneret, lacrymans, & suspirans
dicebat: Gustans gustauit in summitate virgæ, que
erat in manu mea paululum mellis, et ecce morior.

3. Reg. 14. Cosmophile, annon deliciæ, & voluptates sœculi
li mel quoddâ suauissimū in terra sunt? an nō etiā
certū, Deū patrē nostrū cœlestē eas nobis inhibuiſ-
ſe? si igitur eas, vel extremo tetigeris digito, & sum-
mis gustaueris labijs, mortis reus es, cœlesti volūta-
ti, Deiq; præceptis aduersariſ: mel igitur toxicatū
desere, dulcedinem, quæ mortem adſert ne gustes.
Si mundus easdem tibi offerat, si laudum suarum
dulcedine te pellicit, totis illi viribus resiste.

Leuit. 2. Mellis cū mentio inciderit; vertuit in Mosaica
lege Deus, ne quis illi fermetū, ac mel in sacrificio
offerat, fermētū symbolū nequitiæ; & mel adulata-
tionis: ambo vero in sacrificio adhiberi prohibet
Deus. Mūdus, vītoq. delectat, celū vero abhorret,
et detestatur. Omnes quippe victimas, & sacrificia
qmūdus adolet, melle adulatiōnū plena sūt, quæ
Deus abominat, & fugit. Mūdus sub melle pditic-
nes tegit, nos laudādo pdit, adulandoq. vitā auferit.

Ventus subinde est pestilentior, quod spirat sere-
nior, austri saniores scilicet sūt Zephyris. Ita quoq.
in mundo agitur: quoniam aura prosperitatum eius
dulcior, & lenior, eò, & damnosior; quo verba eius
dulciora, & magis mellita, quod, & periculosiora.
Noli igitur eius fidere blanditijs, eiusq; plausus
tibi sint suspecti. Satiū scilicet fuerit mundum
persequi, qui m abbländiri, & adulari.

Prou. 10. Abscondunt, inquit Sapiens, odium labia menda-
cia. Mundi eneomia, & laudes nonnisi mendacia
sunt, & imposturæ, & hic adulator te lactans sub
verbis odium tegit, & rancoretn, quo te prosequi-
tur, omnia eius carmina, & acroamata nonnisi hy-
pocrises, illius orationes nonnisi fraudes, & sermo-
nes mera mendacia; lingua vero eius eadem pro-
ferente cor feram rabiem, & crudeles inimici-
rias fouet, ruint tuæ virus, & sub pelle laudum
dam.

damnationem æternam tegit.

Vir iniquus lactat amicum suum, et dicit eum per uiuam non bonam, dicitur apud Salomonem. De iusto hoc intelligo: est enim ipse iniquus, & detestabilis, qui suos lacte, & dulcedine lactat, voluptate que amicos inescat, interim eos per semitas periculosa, & itinera non tuta deducit. Hoc obserua, noli eum in ducem feligere, neque deliciarum, & illiciorum eius lactari.

Væ duplice corde, & labijs scelestis, manibus maleficiens, ait Spiritus S. in sacris litteris. Tria maledicit, manus maleficiæ, labia mala profere-tia, & cor, q; non est simplex. Hæc in mūdū maledicta coniuge, his eū coloribus denigra: ipse n. cor ha-bet duplex, hoc dicens, & aliud cogitā: illius os in quum est, numquā n. veritatem loquitur, illius pa-negyres subdolæ sunt, & fraudulentæ, & laudes fi-ctæ; illius manus malignæ sunt, & maleficæ, omnia namque eius opera iniustitiam sapient, & virtutia re-dolent. Scias mundum tibi adulando prodere, & iugulum tibi præscindere moliri.

Hanc intentiā me Seneca ethnicus, licet Philosophus præstatiissimus petraxit: Is. n. in Epistolis scripsit, improbus, & scelestū dū blādē nobis loqui-tur laqueū nobis, & mortē esse; blādiloquētia, nāq; semper venenū cōtinet, & lenocinia uerborū séper proditoria sūt. Ethnici huius cōsiliū sequere, tibi q. p̄suade, mūdū, qui peruersus, & im̄probus, ut qui maximē, cum tibi benignè, placideq; loquitur, la-queum tibi nectere, ex quo pendeas, eiusq; narra-tiones adulatorias semper esse uenenatas.

Non procul hinc abscedebat Cicero cū in Rhe-toricis diceret: *Habet adulatio principia iucunda, ea-dem exitus amarissimos habet. Si mundum respicia-mus, uerissimum hoc est; nam, ut adulator princi-*

Prou. 16.

Eccl. 2.

212 DEMOCR. CHRIST. Cap. 15.
pia, & introitus habet praeclaros, neq; enim aliud,
quam encomia, applausus, honores, humanitates
sunt, at exitus, & recessus amarissimos, scilicet abu-
sus, fraudes, traditiones, & dolos.

Hinc Democritus Philosophus dicere solebat,
Recte facta collaudare honestum est; mala vero
laudibus euehere, adulterini animi, ac impostoris.
Cum mundi hoc sit munus, & aliud non spectet,
quam malo facta laudibus extollere, & iustitiam,
virtus que reliqua celebrare, credendum sanè, illum
esse sc̄ celestissimum, à virtute degenerare, degener,
& falso gestare cor, impostorem mendacem esse
si quis umquam.

Adulterina, teste Plutarcho, splendorē, ac nitore
tm̄ auti imitatur; sic adulator gratiā, obsequiū, &
hilaritatē amici, certe quin falsus est. Quā sc̄itē sen-
tētia illa in mūdo quadrat? qui oculos habet méti-
tos, & cor fraude plenū; adulator est, qui tm̄ splēdo-
rē, & nitorem rerū exteriorū præfert, intus adulte-
rinam monetam, & materiam continet: affectus,
humorem, indolem, complexionemq; amici imita-
tur, at non nisi mera fraus intus, & imposta.

Stob. fer. 12. Dixit Antisthenes, referente Stobæo: *Sicut mere-
trices bona omnia præter mentem, & prudentiā suis
amatoribus imprecantur: sic adulator, præter mentem,*
*& sapiētia vellet amicū habere omnes terrae faculta-
tes. Hoc si mūdo a daptēmus, scitū, & elegans erit:
hic n. proditor suis eliētulis omnē prosperitatē, &
quidquid bonū, lētūq; in mūdo excogitari potest,
exoptat, excepto iudicio, & prudētia; parum curat
rex sis, vel Imperator, modō bestia sis; oēs tibi ho-
nores, & diuitias orbis precatur; mēs modō tibi, ra-
tio, intellectus prudētia desit; in prosperis, lētisque
re sequitur, & aduersa vbi aduenerit, deserit, quod
nefando adultori proprium est.*

Referit

Refert ibidē Stobēus, dixisse Sotionē Philosop̄hū, sicut, qui amicos ad peregrinationē cūtes dū via plana est deducūt, dū asperior esse icipit, recēdūt; sic adulatores reb., p̄ peris, & fortunatis adf. se, aridas, & steriles nō attingere. Annō tuo iudicio idē agit mūdus? Interim dū homo beatus est, hono rib. & diuitijs abūdat, & p̄spēra fortunę aura adspirat, assiduo illi mundus adhēret, at mox, vt oīa mutātur, & aduersa ingruunt, desertit, & relinquit.

Pulices, aīj̄q; vermēs cadavera mortua, quam- primū deserūt, referēte Plutarcho, q̄ sanguine, quo pasci solebāt, careāt, & exsuccida sint. Mūdani adu latores veri pulicessūt, qui quādiu viuere fortunā tuā videriat, id est, quādiu delicijs, & voluptatibus afflues, te comitabūtur; at vbi te mortuū, honore, auctoritate, opib. destitutū, aīq. exsanguem vide hūnt, id est diuitijs, quibus eos foueas, carere, ter gum tibi obuertent, reque deserent. Mundus fidus tibi semper est socius dum prosperē ages, vbi verò aduersis premeris, societatem abrumpit.

Delphini, quousq. vnda subest comitantur natā tes, in littus verò, deficiente aqua, numquam egre diūt. Mūdus delphini instar, mari, & vndis deliciarū assuetus, & innatās, semper eos, qui in eisdē natāt, quādiu vnda prosperitatis durat, comitatur; at vbi eadē defecerit, recedit, nec ad littus, & vitæ huius aduersitatum continentem progreditur.

Mundus perfidus est, rider, viuitq; nobiscum in fortunā malacia, at morosus in aduersitatum pro cella nos deserit; amicos sequitur in æstu, & afflu xu, sed in refluxu recedit; adulatur, demulcet, & effert clientes, quamdiu fulgent, splendent, & cele bres sunt, maledicit, & persecuitur mox, vt in tem ram peruerenterint.

Aēt̄on, vt Poetarum referunt fabulæ, venator

¶ suis

Stob. ser.
1. Maxi.
ser. 11.

Adulato-
res Acteo-
nes sunt.

à suis deuoratus fuit canibus. Hæc non nisi fabula est, at docere vult moraliter magnates, plerūq. adulatores alere, à quib. post velut à canibus comedantur, deuorētur, & destruātur. Scias igitur, cæce mūdane, qui delicias venarīs, & aucuparis, mūdū ingētē venatorē esse, & qnotquot illū sequuntur, mōlosos, canes, & vertagos, qui tua viuūt imp̄sa, & assiduō laudādo, adulandoq. te allatrant: sed ab ilis ipsis te tandem, nisi aduertas, deuorandum. Quapropter illorum latratibus aures occlude, si uitam seruatam velis, has à te bestias e'mina, si securè, rutoque viuere volueris, & paucis, ut dicam, absentatoribus tibi caue.

lib. 1. offic.

Hoc nobis consilium suggerit Marcus Tullius libro officiorū dicens: Cauendū esse, ne aures adulatoribus aperiamus, nec illis ad nos aditū demus: nā facilē hic fraudi locus eit; nā tā p̄æclarē de nobis ipsis sentimis, vt tales quales dicimur, nos reuera esse putemus. Hoc multorū vitiorū origo, & semi-nariū. P̄æclara uerba. Hæc tecū pōdera, si modō intellectu donatus sis, ò homo, hanc ab ethnico nomine lectionē disce, noli aures mūdi huius incantationibus, & blandimētis aperire, nec patere quem tibi adulari, nā hic sapientissimi, quiq. decipiuntur, & sanē decipi facile eit. Ita, namq. insolentes nos narūta condidit, & cor nostrum tot vanis de nobis ipsis cogitationibus circumsepsit, & vestiuit, vt tales verē nos esse opinemur quales vulgo existimamur, & laudes oblatas promereri: at sinistra hæc, optataq. de nobis ipsis opinio omnib. calamitatib. ianuam aperit, & exitium, & interitum ad fert.

Epist. 77.

Idem docet, & Seneca: Intus te ipsum considera, non qualis sis, alijs credas: plerūq. boni, inepti, et inertes vocantur, mihi nō contingat iste dcrifus. Quid de his dices Christiane? an non diuina scientia? an nō
præ.

præclarum, &c salutare monitum? quocirca ipsum stude executioni mandare, noli mudi de te sermonibus, assentationibusq; multū inniti; tute ipsum considera, vide quis sis, tuas tu vires explora, & naturam, non qualis sis aliorum sermonibus credas. Sæpè mundus uirtutes tibi adscribit, cum uitijs repletus sis. Numquam tibi uerum dicer, sed adulando semper decipiēt.

Magnus Alexander in urbis cuiusdā obsidio cū telo fauicus, & dolore pressus, sanguinem defluētē cerneret, ad suos cōuersus, ait: *Omnes iurāt me esse filium Louis, sed vulnus hoc hominem me esse clamat.* Mundus nobis adulatur, & decipit, & persuadere conatur, esse nos semideos; at Alexandrū imitemur, dicamusq. Omnis nos mūdus beatos, sapientes, diuites, & albae gallinæ filios uocat: at nostrā fragilitatem agnoscimus, scimus imperfectiones, perspecta habemus uulnera, & plagæ, quas indies in tribulationum obsidio accipimus, satis euidenter ostendunt nonnisi homines mortales nos esse. Hoc si modo loquamur, mundo insultabimus, eiusq. imposturas, & fraudes detegemus.

Post sapientes illos ethnicos, ait etiam Hieronymus: *Nos, qui ad patriam festinamus, mortiferos Sirenum cantus surda aure transire debemus.* Doctor ille metaphorice loquitur, & per Sirenas adulaciones, & blandimenta mudi intelligit, uultq. nos, qui procellosum seculi huius oceanū nauigātes alterius uitæ portuni ingredi contendimus, suaibus illarum cantibus aures obturare, & dierū nostrorum iter prosequi, fascinum laudum, & adulacionum incantationes non auscultando.

Generosum monstrorum domitorem Herculem legimus, oceanum per nauigantem, & Syrenū cantus exaudientem, se malo alligari iussisse, ne forsitan

Epist. Gre
gor. hom.
12. super
Euangel.

forsitan placidus incantatricum cantus in scopulos naufragio infames pertraheret. De rei ueritate non dispuio, ut quam poetæ nobis proponunt: at si uadeo, modò securè nauigare, & à uitæ huius naufragijs Herculeo ritu immunis esse uelis, arboris crucem, quæ Ecclesiæ malus, ut amplectaris, & hinc mentem, ingenium, & cogitationes onynes, mox, ut cantus, musicam, applausus, laudes, & lenocinia adulatorum, quæ ueræ mundi huius Syrenes sunt, audieris, affigas.

Hoc igitur cogita Christiane, noli permittere tibi mundum imponere, ab illius blanditijs tibi caue, technas, & dolos explora, laudes pedibus protere: ubi hunc adulantem uideris, ut persecutorem aliquem pertimesce: Vbi blandis te uerbis inescare, & illicere uoluerit, proditionem tibi moliri cogites, cumq[ue] lingua laudando, corde sanguinariam aduersus te conspirationem machinati. Si itaque sapias, si saltus tibi curæ mundi huius illicia, ut suspecta habe: uerbis illius noli credere, illius amplexus nonnisi prodiciones, humanitatem, conspirationem, & uerba meras imposturas esse tibi persuade. Vale.

Vanitas vanitatum, & vniuersa vanitas.



